Sagittārĭus, rii, m. f. Qui sagittas ex arcu emittit. [רב קשת rab kasschschath. τοξότης. Gall. Archer. Ital. Sagittario, balestriere, arciere. Germ. Ein Schütz. Belg. Een Schutter. Hisp. Frechero, ballestero, archero. Pol. Strzelec z łuku. Vng. Iyas nyilas. Ang. An archer.] Cic.ad Att.lib.5: Magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis ex nostris, incolumi exercitu negotium cōfecimus. ¶ Est & Sagittarius, signū cœleste, quem alii Centaurū Chironem arbitrātur, alii Crotum filium Euphemes nutricis Musarum, & habitasse in Parnasso cum Musis, & venationi incubuisse, & usum esse sagittis, & equo insedisse. Post mortem precibus Musarū à Iove inter astra relatū, & varia forma conscriptū. Idibus Februarii vespere occidit, ac vehementer hyemat, inquit Columella.

Sagittĭfĕr, ra, rum, Qui fert sagittas: [διστοφόρος. Gall. Qui porte flesches, archer. Ital. Che porta saette. Germ. Das pfeyl tregt. Hisp. Cosa que tiene ó trahe saetas. Polon. Strzal y nosżaci. Vngar. Nyil hordozo. Ang. That beareth arrowes, a fletcher.] ut Geloni sagittiferi. Virg. 8 Aen. Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos, Finxerat. Sagittiferæ pharetræ, Stat. 1.Achil. Pecus sagittifera, Claudianus de histrice.

Sagittĭpŏtēns, pen.corr. Pro signo cœlesti, quē & Sagittarium dicimus. [Pol. Strzelec.] Cicer. in Arato: Mense Sagittipotens Solis quum sustinet orbem.

Sagitto, tas, Sagittas ex arcu emitto. [τοξεύω. Germ. Schiessen. Bel. Schieten.] Iustin. Hist. li.41. de Parth. Hos pari cura ac liberos suos habēt, & eqtare, & sagittare magna industria docēt.

Sagmă, atis, n.t. σάγμα, Græcis scuti thecam significat. [Pol. Pokrowiec z nataraza.] nam σάγμα illi dicunt quē nos clypeum, aut scutum appellamus. Sunt & qui pro iumenti sella, sive strato accipi tradant, in qua significatione & Veteris instrumenti interpres sumpsisse videtur. [Pol. Wsiodek, podkład. Ang. A pack sadle.] Levitici cap.15, ubi sic legitur: Sagma super quod sederit, immundum erit.

Sagmĭnă, Romani herbam appellavēre, quam Græci ἱεροβοτάνην, & περιστερεῶνα nominānt, nostri etiam verbenam, sive verbenacam. [Germ. Eysenkraut. Pol. Kossyczka samiec, żeleźnik.] qua Pater patratus & Feciales, tam fœdera percussuri, quàm bellū denunciaturi solebant coronari. Festus: Sagmina vocantur verbenæ id est, herbæ puræ: quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætoréve, legatis ad indicendū bellum aut fœdus faciendū proficiscentibus. Plin.lib.22.cap.2: Quoniā non aliunde sagmina in remediis publicis fuēre, & in sacris legationibus, quàm verbenæ. Certè utroq; nomine idē significatur, hoc est gramē ex ara cum sua terra evulsum. Hac semper & legati, quum ad hostes, clarigatumq; mitterentur, usi sunt. Vide Liv.lib.1. ab Vrb. & lib.10. bell. Punici.

Sāgum, sagi, n.f. [σάγος ἱμάτιον, χλαμύς, Plutarcho. Gall. Vn saye ou sayon. Ital. Saio, saglio, habito da guerra. Germ. Ein kurz kriegsklaid. Belg. Een vutmantel. Hisp. El sayal ò albornoz. Pol. Saian. Vng. Curtamente szke, item tsergé. Ang. A cassocke or cloke.] Genus erat vestis brevioris, qua tempore belli omnes Romani utebantur, exceptis viris Consularibus: quemadmodum contrà, quum urbs nullo bello premebatur, utebantur togis. Vt enim toga pacis, ita sagum erat indicium belli: ut non obscurè colligi potest ex Cicerone 8.Philip. ¶ Est & Sagum vestis stragulæ genus, nō dissimilis cilicio. Suetonius in Othone: Ferebatur & vagari noctibus solitus, atq; invalidū quenq; obviorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. In masculino genere usus est Afranius. Quod quadrati sunt sagi. Et Ennius in fœminino. Sagas cærulas Therna purpureis gemmavit pampinus uvis. Sosipater lib.1. & Plinius.

Sagulum, diminutivum, Hoc est vestis genus, quod armis superindui solet. [σαγοχλαμύδιον. Gall. Petit sayon. Ital. Picciolo saglio. Germ. Ein oberkleid / ein kleid so man uber den harnisch anhat. Hisp. Pequeno sayal. Pol. Szata ktora na zbroie obl oczymieze. Vng. Kisdraba. Ang. A little cassocke or cloke.] Virg.lib.8: Virgatis lucent sagulis. Liv.lib. 1. bell. Pun. Multi sæpè militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias, stationesque militum conspexerunt.

Sagāria, æ, f.p. Exercitiū vendēdi saga: [ἱματιοπωλικὴ. Gal. Marchandise de sayes. Ital. Mercantia de sagli. Ger. Beihabung oder verkauffung kurtzer kriegskleyderen. Hisp. Mercaderia de sayales. Pol. Targowa przedawa sucamki. Vng. Curtamentes, szke arulas. Ang. Merchandise or selling of cassockes.] quemadmodum Lintearia, linteorum mercatura. Vlpian. de Trib.act. Duas negotiationes exercebat puer, sagariam, & lintecariam.

Sāgārĭus, rii, m.f. Qui ex sagorum negotiatione quæstum facit. [ἱματιοπώλης. Gal. Vendeur de sayes & hocquetons. Ital. Chi vende sagli. Germ. Ein Krämer oder Verkeuffer der harnisch kleyderen. Hisp. El que haze ò vende sayal. Pol. Przekupien sucamikow. Vng. Zeke kurta mente aros. Ang. A seller of cassockes.]

Sagātus, m.f. Qui sago indutus est. [χλαμυδωτός. Gall. Qui est vestu d'un saye. Ital. Vestito di saglio. Ger. Der ein kriegs kleid oder kriegs schopen anhat / mit einem prägedin bekleidet. Hisp. Vestido de sayal. Polon. W saian obleczony. Vng. Zekes kurta mentes. Ang. Cladde with a cassocke or cloke.] Suet. in Cæsare: Duobus tricliniis, uno quo sagati, palliative, altero quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent. Martial.libr.6: Vis te purpureum Marce sagatus amem?

Sāl, salis, per metathesin à Græco deducitur, quod est ἅλς: estq; illud quo utimur in condiendis cibis. Declinatur utroq; numero. In plurali tamē tantùm masculini est generis, quum in singulari etiam neutrum admittat. [מלח meladh. Gall. Du sel. Ital. Sale. Ger. Saltz. Belg. Sout. Hisp. Sal. Pol. Sol. Vn. So. Ang. Salt.] Cato: Ex sale qui apud Carthaginienses fit. Salustius in Iugurtha: Neque salem, neque alia gulæ irritamenta. Columella: Carnem salibus aspersam. Paulus Iureconsultus: Cotem ferro subigendam, necessaria quoque hostibus venundari, ut ferrum, & frumentum, & sales, non sine capitis periculo licet. Colum. lib. 12. cap.53: Deinde in seriam substernitur sal coctum, sed modicè infractum. Dicitur etiam Sale neutro genere, secundum Priscianum pro mari. Ennius lib. 14 Annalium: Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. ¶ Aliquando sal ponitur pro sapientia, in qua significatione masculino tantùm genere proferri consuevit. Terent. in Eun. Qui habet salem qui in te est. Vbi Donatus: Sal neutraliter, condimentum: masculinum, pro sapientia. ¶ Aliquando pro urbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad risum, vel delectationem compositis, idque tàm singulari, quàm plurali numero, εὐτραπελία, ἀστεϊσμός. Catullus Epigr. 81. de Quintia: Nulla est in toto corpore mica salis. Hoc est, nihil venustū, nihil argutum, nihil facetum. Cicer. de Clar. Orat. P. Scipio omnes sale & facetiis superabat. Lucanus: Non soliti lusere sales. Quintil.lib.6: Salsum (inquit) in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc est, quanquam & ridicula oporteat esse salsa. Nam sicut sal suavitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam urbanorum ioca. Sales enim, Ciceronis sententia, sunt ipsa ridicula, quæ necessariò salsa oporteat esse. Nam salsum erit quod non erit insulsum, velut quoddam oris condimentum, quod sentitur latente iudicio, & veluti palatum excitat. ¶ Quandoque sal pro mari ponitur, quemadmodum & ἅλς fœmininum apud Græcos: quia salsum est, & ex ipsius aqua sal elicitur. Virg. 1. Aen. & spumas salis ære ruebant.

Sălārĭus, rii, substantivum, m. f. Qui sal, vel salsamenta vendit. [ἁλοπώλης. Gall. Qui vent du sel ou de la saline, saunier. Ital. Chi vende sale ò salumi. German. Ein verkauffer des saltz oder gesaltzner dingen / Grempler. Hispan. El que vende sal ò cosas saladas. Pol. Prasol, przekupien rzeczy nassolonich. Vng. Só aros. Angl. That selleth salt.] Martial lib.1: Quod viles pueri salariorum.

Sălārĭus, a, um, adiectivum, Quod ad sal pertinet. [τὸ ἐξ ἁλός. Gall. Appartenant à sel. Ital. Pertinente à sale. Germ. Das zu dem saltz gehört. Hisp. Pertenesciente à sal. Pol. Solnyczy. Vngar. Sohoz valo. Ang. Pertaining to salt.] Liv.lib.9. bel. Pun. Vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt.

Sălārĭum, rii, substantivum, n.f. Dicitur stipendium, vel merces quam quis pro opera persolvit. [שכר sachar. Gall. Salaire, loyer qu'on recoit de son labeur. Ital. Salario, paga, mercede. Germ. Die besoldung / lidlon. Hisp. El salario ò acostamiento del señor. Pol. Zapłata za pracę. Vng. Ber, vitalum. Ang. Wage payed to hired folkes.] Plin. lib. 31. cap.7: Sal honoribus etiam militiæque interponitur, salariis inde dictis, magna apud antiquos autoritate. Dictum salarium, quòd ita necessarium sit, ut homini sal. Cornutus in Persium scribit salarium victum esse unius diei, atque hoc valde congruit cum verbis Plinii: victus enim quotidianus tàm est necessarius quàm sal.

Sălārĭārĭus, rii, Cui salarium solvitur. Vlp. L. 10. §. 8. D. mandat. Nisi si salariarius fuit, & hoc convenit, ut sumptus de suo faceret: hoc est, de salario. Hotomanus.

Salictarius, rii, apud Cat. cap.11: Est qui salictum curat, & ex eo materiam salignam viti pedandæ, iugandæq; parat.

Salsus, a, um. Quod salis saporem habet, sive quod sale conditum est. [ἁλμυρός. Gall. Salé. Ital. Salato. Ger. Gesaltzen. Hisp. Salado. Pol. Przysolony, słony. Vng. Só izes. Ang. Salted.] Plaut. in Rud. Itaq; alvum prodisperavit nobis salsis poculis. Horat. Epod.16: Ametq; salsa levis hircus æquora. Lucr.lib.1: Et lacrymis salsis humectant ora, genasque. Virgil.lib.2. Aeneid. salsusq; per artus Sudor iit. Idem 5. Aen. Et salsos reddent revomentem pectore fluctus. ¶ Per translationem salsus dicitur pro faceto & urbano. Quintil.lib.6.cap.3: Ridiculum di-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ctum plerunque salsum est. Cic. ad Papyrium lib. 9: Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque urbani sales.

Salse, adverbium, Facetè, & urbanè, & cum quadam mordacitate. [ἁλμυρῶς, ἀστείως, εὐτραπέλως, χαριέντως. Gall. En picquant, en mordant, en rencontrant. Ital. Piacevolmente, con gratia. German. Schimpfflich / mit rässen possen oder schimpffreden. Hisp. Donosamente, con donayres. Pol. Ostrye, a nieobraźliwie. Vngar. Eles tréfa, bolyes tréfa. Ang. Merilie, tauntinglie.] Cic. 2. de Orat. Valde hæc ridentur, & hercle omnia, quæ à prudentibus quasi per dissimulationem non intelligendi subabsurdè, salseque dicuntur. Idem eodem lib. Quod est hominibus facetis & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum: & ea quæ occurrāt, quū salsissimè dici possent, tenere. Quint. lib. 6. cap. 4: Sed repetam necesse est infinitas esse species, tàm salsè dicendi, quàm severè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maximè varius.

Salsamentum, ti, n. s. Quod est ex sale compositū, sive quod est sale cōditum ad diuturnū usum ciborū: [τάριχος. Gall. Toute salure, ou chose salee, soit chair, soit poisson. Ital. Salame, salsamenta. Germ. Allerley eyngesaltzne speiß / so seye fisch / fleisch / etc. Hispan. Salsas de cosas saladas. Polon. Rzecz kazda nassolona badz ryba, albo mięso. Vngar. Sos, sokot. Ang. Made of salt, or any thing that is salted.] ut pisces salsi, & lardum: quæ & per syncopen salsamenta dici possunt. Terent. in Adelph. -salsamenta hæc Stephanio Fac macerentur pulcrè.

Salsamentarius, Qui salsamenta vel facit, vel vendit, qui & salarius. [ταριχοπώλης. Gall. Vendeur de salines, chaircutier. Ital. Luganegaro, pezzicarolo. Germān. Ein Eynsaltzer / der allerley eyngesaltzne speiß verkaufft. Hispan. El que vende saladura. Pol. Nasolonich rzeczy przekupien. Vngar. So aros. Ang. A salter or that selleth any salt thing.] Autor ad Herennium libro 4: Vt si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.

Salsamentarius, ria, rium, Quod ad salsamenta pertinet. [ταριχευτικός. Gal. Appartenant à salures & sausses. Ital. Pertinente à salame & salsamento. Ger. Das zu dem eynsaltzen dienstlich ist. Hisp. Pertenesciente à salsa de cosas saladas. Pol. Do nassolenia przynależący. Vng. Sosbez valo, sozotti. Ang. Vessells to salt in, or any thing belonging to salting.] Plin. lib. 31: Quin & testis cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere, mirum in modum prodest. Colum. lib. 2. cap. 10: Ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recondatur, si major est modus, in horreo: si minor, in vasis olearis, & salsamentariis.

Salsura, æ, f. p. Salsamentum. [τάριχος. Gall. Salure. Ital. Salame. German. Eyngesaltzene speiß / Sultz. Hispan. Saladura. Pol. Nassolenie. Vngar. Sozotsag. Ang. Salting or powdring.] Colum. lib. 8. cap. 17: Nulla tamen æque, quàm prædictæ salsuræ pabula, commodè dantur.

Salsedo, dinis, Ipse salis sapor. [ἅλμη. Polon. Słoność.]

Salina, f. p. Locus in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur. [ὁ τόπος ἐξ οὗ ἅλας ἐξορύττονται, ἢ ἐν ᾧ [illegible]. Gal. Saline. Ital. Salina. Ger. Ein saltzgrub / oder ein ort da man auß wasser saltz seudet / saltzhütten. Hisp. Las salinas donde se haze la sal. Pol. Hutawkiore sól warzą, gruba z ktore, sól wieczerzaią. Vng. So akna. Ang. A place where salt is made.] Plinius libro 13: Fit sal vulgaris, plurimusque in salinis effuso mari, non sine aquæ dulcis rivis, sed imbre maximè juvante. Cicer. ad Attic. libr 5: Destrue salinarum planè rogo. Idem pro lege Manilia: Quum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur.

Salinum, ni, n. s. Vasculum in quo sal reponitur tum ad mensæ usum, tum ad sacrificia paratum. [ἁλοδόχος. Gal. Saliere. Ital. Salino, saliera. Ger. Ein Saltzfaß. Hisp. El salero, vaso donde se pone la sal. Pol. Solniczka. Vngar. So tarto. Ang. A salt seller, or salt fatt to sett salt on the table.] In eo enim cū sale diis primitiæ offerebantur. Persius Satyr. 3: -purum & sine labe salinum. Idē Satyr. 5: Vare regustatum digito terebrare salinum Contentus perages. ¶ Ponitur tamen pro quocunq; vase fictili mensæ pauperis. Horat. lib. 2. Carm. Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui salinum.

Salillum, li, diminutivum, Parvum salinum. [τὸ μικρὸν ἁλοδοχεῖον. Gall. Vne petite saliere. Ital. Salinetto. Ger. Ein Saltzfäßlin / Saltzbüchßlin. Hisp. Pequeno salero. Pol. Solniczka. Vng. So tartocska. Ang. A litle salt fat or salt cellar.] Plaut. in Trinum. -utrium nos homunculi, Salillum animæ quæ quum extemplo amisimus, æquè mendicus, Atq; ille opulentissimus censetur ad Acherontem mortuus.

Sallo, lis, act. q. & prima correpta, Sale condio. [מָלַח malách. ἁλίζω. Gall. Saler. Ital. Salare. German. Saltzen. Belg. Souten. Hispan. Salar. Polon. Nasalam. Vngar. Meg sozom. Ang. To salt.] Tibul. Farre pio placet, & saliente sale. Hujus præteritum Salivi, supinum salitum. Vnde salitus, & saliturus. Cels. lib. 2. cap. 18: Item pisces omnes qui salem non patiuntur, solidive saliuntur. Legitur etiam pro eodem sallio duplici l. Corn. Severus: Ad quem salliti pomiliones offerebantur.

Sallo, lis, per duplex l, tertiæ conjugationis, salli, salsum, Salio, sale condio. [מָלַח malách. ἁλίζω. Gall. Saler. Ital. Salare. Ger. Saltzen. Hisp. Salar. Pol. Solić. Vng. Meg sozom. Ang. To salt.] Lucilius lib. 4: Sallere murænas, & frigidaria terræ. ¶ Participio passivæ significationis in dus, usus est Colum. lib. 7. cap. 7. quum inquit: Quòd si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt pecora: vel si neque id contingere potest, interneanda sallendaque.

Salitor, toris, m. t. Qui salis tributū colligit. [Ger. Saltzzoller, der zoll vom Saltz auffhebt. Pol. Cełnik nadsolia.] Cic. ad Attic. 4: Cōfecta Britānia, obsidibus acceptis, multa prēda, imperata tamē pecunia data salitoribus Britāniæ. Vbi interpres, salitoribus præfectis, quos jurisperiti Murilegulos appellāt, relictis à Cæsare in Britannia, qui salū scrutarentur, margaritasq; Britannicas. Quidam codices habent, nō salitoribus, sed dari à littoribus.

Salitura, turæ, f. p. Actus saliendi: hoc est, sale cōdiendi. [ἅλισις. Gall. Quand on sale. Ital. Esso salare. German. Eynsaltzung, das saltzen. Hisp. Obra de salar. Pol. Nasolanie. Vng. Sozas. Ang. Salting, when one salteth.] Colum. lib. 12. cap. 21: Post salituram mulsi cochlear cumulatum.

Salsilago, laginis, f. t. Salsugo. [ἅλμη. Gall. Saumure, salure, liqueur salee. Ital. Liquore, salata, salamora. Ger. Saltzbrüe, saltzwasser. Hisp. Sudor de la cosa salada, salmuera. Pol. Rosół. Vng. Sos nedvesseg. Ang. Salt liquour, brine.] Plin. lib. 20 cap. 12: Natura ciceris est gigni cum salsilagine, ideo solum urit. Idem lib. 31. cap. 7: Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago.

Salsitudo, dinis, f. t. Humor saporem salis referens. [ἅλμη. Gall. Liqueur salee, salure, saumure. Ital. Liquore salata, salamora. Germ. Ein räße oder gesaltzne feuchte. Hisp. Sudor de cosa salada, salmuera. Pol. Ossolenie. Vngar. Sos nedvesseg. Ang. Salt liquour, brine.] Plin. lib. 20. cap. 14: Salsitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit.

Salsugo, inis, f. t. Quivis humor salsus: cujusmodi in salinis est aqua salsa, ex qua sal conficitur. [ἅλμη. Gall. Liqueur salee, saumure. Ital. Liquor salata, salamora. Ger. Saltzwasser / saltzlab / saltzbrüe. Hisp. Sudor de cosa salada, salmuera. Pol. Słona woda. Vn. Sos nedvesseg. Ang. Any salt liquour or brine.] Plin. lib. 31. cap. 7: Præter hoc etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida marina aqua salsior ut distans.

Salaconia, pen. prod. [σαλακωνία. Pol. Chłuba, chełpliwość.] Vox Græca est jactantiam significans cum vanitate, & superbia conjunctam. Quidam & mollitiem interpretantur.

Salacones, σαλάκωνες, Dicuntur homines jactabundi, qui quū Iro pauperiores sint, Crœsos tamē quosdam se esse simulant: quumq; Sardanapalo sint effœminatiores, fortitudinis tamē opinionem captant. [Pol. Chłubcowie.] Cic. M. Fabio Gallo: Cognosti meam causam, & istius salaconis iniquitatē. Suidas hanc significationem fluxisse existimat à Salacone quodam, ejusmodi, quales jam depinximus, moribus prædito.

Salamandra, f. p. [σαλαμάνδρα. Gal. Salamandre. Ital. Salamandra. Ger. Salamandra / ist ein art der Molen. Hisp. Salamanquesa. Pol. Salamandra podobny robak jaszczurce. Vng. Mergus tarka nemet auaggyk. Ang. A creker.] Animal lacerti figura, stellatum, nunquā nisi magnis imbribus proveniēs, & æstate deficiens: cujus tantus rigor est, ut ignem nulla sui læsione tactu extinguat, non aliter quàm glacies. Autor Plin. lib. 10. cap. 67. Essecet venenatissimum sit (nam si arbori irrepsit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit: idem facit si in puteum cadat) à suibus tamen sine nocumento manditur.

Salapusius, à sale, & pusio compositum nomen. [Polon. Niedorosłek karlik.] Pusius enim, sive pusio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus est Calvus, Catulli familiaris, tanquam puer, ob staturam puerilem, plenus salis, & orationis mordacitatis.

Salarium, Vide SAL.

Salax, cis, om. t. Propensus in venerē, multa libidine pruriens: à saliendo (ut quidam volunt) hoc est, ab ascendendo. Aut certè ab eo quòd ex humore salso citatur libido. Vnde Venus fingitur è mari orta. [זַנַּאי hegíleh. ἀφροδισιαστικός. Gall. Sort enclin à sailler & paillarder, luxurieux. Ital. Salace, lussurioso. Ger. Geil, unkeusch / oder zu unkeuschheit geneigt. Hisp. Luxurioso. Pol. lurni, nieczystości gamrat. Vngar. Kacer. Ang. Cockish, lecherous or lustie.] Colum. lib. 7. cap. 9: Maximeque quod ad rem pertinet, quàm salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant. Galli salaces, Varro 3. de Re rust. Nymphæ salaces, Ovidius 4. Fast. Aries salax, ibidem. ¶ Salaces cibi, venerem citantes: ut erucæ, & bulbi, Ovidius 2. de Rem. am. Nec minus erucas aptum est vitare salaces, Et quicquid Veneri corpora nostra parat.

Salacitas, atis, f. t. id est, lascivia & propensio in Venerem. [זנונים zenunim. ἡ ἀφροδισιομανία. Gall. Hastiveté à paillardise, inclination à paillardise, luxure. Ital. Lussuria. Ger. Geilheit/neigung zur unkeuschheit/der gammel. Hisp. La luxuria. Pol. Skłonność do nieczystości, zapalczywość. Vng. Kaczérság. An. Lecherie or vnchastnesse.] Plin. lib. 10. cap. 36: Passeri minimũ vitę cui salacitas par.

Salebræ, f. p. Sunt loca inæqualia, & aspera, & prærupta ita dicta quod vix sine saltu præteriri possunt. [τραχύτητες, δυσχωρίαι. Gall. Lieux mal vnis, hauts & bas, qu'à grand peine on peut passer sans sauter. Ital. Luoghi male vniti per i quali à fatica si puo andare senza saltare. Ger. Rauhe/vneben/vngebanete vnnd schroffechtige ort. Hisp. Camino pedregoso y aspero. Pol. Miejsce chropowate, albo przypadłe, przypadliska. Vngar. Hataopas hely. Ang. Places that are not plaine, going vp and downe, which can not be passed but leaping.] Propertius libro 3. Eleg. 16: Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras. ❡ Per translationem accipitur pro quavis asperitate, sive difficultate. Martial. lib. 11: Carmina nulla probat, molli quæ limite currunt, Sed quæ per salebras altaq; saxa cadũt. Cic. de Orat. Alter enim, quasi sedatus amnis, sine ullis salebris fluit. Cic. 2. de Finib. Hic si definire, si dividere potuisset, si loquendi vim, si deniq; consuetudinẽ verborũ teneret, nunquã in tantas salebras incidisset. ❡ Tristitiæ salebra, singulari numero dixit Valerius Maximus li. 6. Legitur & apud Cic. 5. de Finib. Salebra, numero etiam singulari, ubi sic ait: Hæret in salebra: cupit enim dicere, nihil posse ad beatam vitam deesse sapienti, &c.

Salebrosus, sa, sum, Quod multas habet salebras: [איתן ethan. τραχύς, δύσβατος. Gall. Mal vni, desrompu. Ital. Aspro da caminare. Ger. Das vil rauhe/herte vnd abgerissene ort hat. Hisp. Cosa aspera, llena de piedras. Pol. Nierowny pełny wyboiow kamienia, przypadłý. Vng. Raia hepar ias. Ang. Vneuen, vneasie to go in.] ut iter salebrosum, hoc est, crebris salebris interruptũ. Salebrosa oratio: id est, abrupta, intercisa, & quibusdã veluti salebris remorans impetũ auditoris. Quint. li. 11. cap. 11. inde interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio. ❡ Salebrosus scriptor id est, difficilis, inamœnus, & in cujus lectione sæpiùs hæsitandum. Martial. lib. 11: Scriptores tetrici salebrosum ediscite Sanctram.

Sal Ammoniacus, Terræ salsugo est, in Libyæ arenis crescẽtiana efferveſcens, alumini fossili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis, ἀμμωνιακὸς Dioscoridi. Invenitur potissimum in tractu Cyrenaico, juxta Iovis Ammonis templum, unde & nomen accepit. Qui salem Ammoniacum metopii arboris lacrymam sunt interpretati, in errorem sanè quàm puerilem inciderunt, lacrymam Ammoniacam à sale Ammoniaco non distinguentes: quum tamen sint res diversissimæ, ut latiùs annotavimus suprà in dictione AMMONIACVM.

Salgama, pen. cor. n. t. Appellabantur à priscis quæcunq; condita ad victũ nostrum in vasis servabantur, utputa mala, pyra, fici, uvæ, rapæ. [τὰ τάριχα. Gal. Toutes choses salées ou confites & mises dans des pots pour garder. Ital. Cose condite & assaggionate, acconciate nei vasi. Germ. Allerley eyngemachet dessig ops/kreuter vnd wurtzen. Hisp. La conserva que se garda en cantida. Pol. Wszelakie konfekty, albo nassalone rzeczy. Vngar. Be foxot anagrakot eledel. Ang. Things condite and conserved, as peares figges grappes.] Columel. lib. 10: Tempore non alio vili quoq; salgama merce, Capparis, & tristes inulæ, ferulæq; minaces Plantantur. Idem lib. 12. cap. 4: Post hoc præceptum locum & vasa idonea salgamis præparari jubent.

Salgamarius, m. s. Qui salgama vendit. [ἀλμοπώλης. Gall. Vendeur de telles confitures. Ital. Chi sa condire & assaggionare ò chi vende tal cose. Ger. Der obs/kreuter/wurtzen/vnd dergleichen ding eynmacht vnd verkaufft. Hisp. El que vende aquela conserva. Polon. Ten ktory konfekcki sprawuie. Vng. Gerakot be foxat eledel aros. Ang. He that selleth thinges conserved.] Colum. lib. 12. cap. 44: Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus Coci, & Getarii, & Salgamarii. Ibidem cap. 54: Raporum quàm rotundissima sumito, eaque si sint lutosa, detergito, & summam cutem novacula decerpito: deinde, sicut consueverunt salgamarii, decussatim ferramento lunato incidito.

Salii, per simplex i, aviculæ sunt, quas Aristoteles αἰγίθους, & αἰγίθους appellat, fœcunditatis magnæ, ut perdices, gallinæque. Plin. lib. 10. cap. 52: Plurima ova pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, salii.

Salica lex, Vide SALII, Germaniæ populi in PROPRIIS.

Salicastrum, Genus labruscæ in salictis nascens. ἄμπελος ἀγρία. Plin. lib. 23. cap. 10: Est labruscæ similis, sed in salictis nascens, ideo distinguitur nomine, quum eosdem usus habeat, & salicastrum vocatur.

Salicetum, Salictum, Saligneus, Vide SALIX.

Salientes, Vide SALIO.

Salinæ, Salinum, Vide SAL.

Salio, lis, salivi, vel salii, vel salui, divisis syllabis, supinum saltũ, Salto. [רקד rakâd. דלג dalâgh. נתר nitter. ἅλλομαι, πηδάω. Gal. Sauter. Ital. Saltare. Ger. Springen/gumpen. Hisp. Saltar. Pol. Skaczę. Vngar. Szökök, vgrandozom. Ang. To leape.] Virgil. 2. Georgic. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Horat. 1. Epist. 14: Nec meretrix obicina, cujus ad strepitum salias terrę gravis. Plaut. Bacch. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, Saliendo se exercebant magis quàm scorto, aut suaviis. ❡ Salire è terra, pro prodire, emitti. [יצא jatsá.] Lucret. lib. 1: E terraq; exorta repentè arbusta salirent. Virg. 1. Georg. Tam multa in tectis crepitãs salit horrida grãdo. ❡ Salit mihi cor, per translationem. Plaut. Mil. Dicito doctè, & cordatè, ut ei cor saliat. Subau. præ gaudio. ❡ Salire dicuntur animalia carentia ratione, quando mares ineunt fœminas: nam saliendo ascendunt. [רבע rabâh.] Ovid. 2. de Arte: Læta salitur ovis, tauro quoq; læta juvenca est. Varr. 2. de Re rust. cap. 7: Quum equus matrem ut saliret, adduci nõ posset, & eum capite obvoluto perorigo adduxisset, & coëgisset matrẽ inire: quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Idem 3. de Re rustic. cap. 10: Saliunt ferè in aqua, de anseribus. ❡ Composita sunt, assilio, absilio, cõsilio, desilio, dissilio, exilio, insilio, prosilio, presilio, resilio, & transilio: quæ omnia mutant a, simplicis in i, faciuntq; præteritum usitatius per ui, divisis syllabis. In supino autẽ mutant a, sui simplicis in u: ut Assilio, assilui, assultũ, Dissilio, dissilui, dissultum Significata vide suis locis.

Salientes, m. t. à Latinis dicuntur fistularum capita, atq; etiam ipsæ tubulorum fistularumq; scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. [צנורים tsinnorim. κρουνοί. Gall. Les bouts des tuyaux des fontaines par où l'eau sort. Ital. Canoni per condurre le acque dalle fonti altrove. Ger. Wasserrören / oder die vorbersten theil der teuchlen auß welchen das wasser herfür springt/brunnröhren/springröhren. Hisp. Las chorros del agua viva. Pol. Rury wodne, item sykawka, item kurek. Vng. Ferras ison tsatorna. Ang. Pypes to conuergh water.] Vitruv. lib. 8: Hæc maximè considerantur Athenis: ibi enim ex ejusmodi locis, & fontibus, & in asty, & ad portum Piræum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo, sed lavationibus & reliquis rebus utuntur. Bibunt autem ex puteis. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3: Equidẽ hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylva viridicata.

Salto, tas, n. p. Tripudio. [חגג chágâgh. רקד rakâd. כרכר chirchér. ὀρχέομαι. Gall. Sauter, danser. Ital. Ballare. Germ. Springen vnnd tantzen. Belg. Dansen. Hisp. Dançar ò baylar. Pol. Tancuie, wyskakuie. Vng. Vgrandozom, tzkkedem. Ang. To leape often, to daunce.] Salust. in Catil. Sed in his Sempronia, multa virilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberisque satis fortunata fuit, literis Græcis atque Latinis docta, psallere & saltare, & cantare elegantiùs quàm necesse est probæ, multaque alia quæ luxuriæ instrumenta sunt. Cicero in Catilinam: Hi pueri tàm lepidi, ac delicati non solùm amare, & amari, neque cantare, saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt. Idem pro Muræna: Nemo ferè saltat sobrius. ❡ Carmina saltantur theatro, Ovid. 5. Trist. Eleg. 1. Saltata poëmata populo, Idem 2. Trist. ❡ Saltare laudes alicujus, est saltationibus immiscere, ait Budæus. Plinius in Paneg. Quum laudes Imperatorum ludis etiam, & comessationibus celebrarentur, saltarenturque, &c. ❡ Hujus composita mutãt a, in u, ut Assulto, Exulto, Prosulto, Præsulto, Subsulto, & Transulto, de quibus suis locis.

Saltatio, onis, f. s. illa hominum jactatio, quam vulgus tripudiũ vocat. [חגג chágh. χορεία, ὄρχησις. Gall. Dansement, sautement, danse. Ital. Esso ballare. Ger. Ein Tantz. Belg. Een dansinge. Hisp. Dança ò baylo. Pol. Taniec. Vng. Vgrandozas, tzkkdezes. Ang. A leaping, dansing.] Cic. pro Muræna: Multarũ deliciarũm comes est extrema saltatio. Quint. lib. 1. cap. 11: Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquã ad bella quoq; utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Cic. de Clar. Orat. Quos Sextus Tityus consecutus, homo loquax sanè, & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Saltator, m. t. Tripudiator, qui saltat. [חגג chogheg. רקד rakâd. ὀρχηστής, ἀλλόμενος. Gall. Danseur. Ital. Danzatore. Ger. Ein Täntzer. Hisp. Dançador ò baylador. Pol. Skoczek, tanecznik. Vng. Vgrandozo, tzkkdezó. Ang. A dancer or iumper.] Cic. lib. 1. Offic. Adde huc, si placet, unguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium. Quint. lib. 1. cap. 12: Non Comœdum in pronuntiando, nec saltatorem in gestu facio. Cicer. pro Muræna: Saltatorem appellat L. Murænam Cato: maledictum est, si verè objicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conviciatoris.

Saltatrix, verbale. f. t. [חוגגת chogheghéth. רקדת rekâdeth. ὀρχηστρίς. Gall. Danseresse. Ital. Ballarina. German. Ein Täntzerin. Hisp. Dançadora ò bayladera. Pol. Tanecznica. Vng. Vgrandozo tzkkdezó aszony. Ang. She that daunceth.] Cicer. in Pison. Tu ex

 tenebri-

tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatum Reipub. occasum atq; interitum lugere vetuisti.

Saltātrīcŭlă, diminutivum. [ὀρχηστρίδιον, ὀρχηστρὶς μικρά. Gall. Sauterelle, santinelle, dansirelle. Ital. Picciola ballarina. German. Ein kleine Täntzerin. Hispan. Pequeuna bayladora, dançadora. Polon. skoczka. Vng. Vgrandozo aczyroporska. Ang. A litle dancer.] Gell. lib. 1: Dionysiamque cum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

Saltātōrĭus, ria, rium, Quod ad saltationem pertinet. ὀρχηστικός, ut Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. [Gall. Escole pour apprendre à danser le bal. Ital. Luogo doue si impara à ballare. German. Ein ort da man lernet springen vnnd tantzen. Hispan. Escuela de dançar à baylar. Pol. Miesce gdzie tancowac vcza. Vng. Vgrandozobor vala. Ang. Belonging to leaping or dansing.] Macrobius lib. 3 Saturn. Filii Senatorū in ludum saltatorium commeabant, & illic crotala gestantes, saltare discebant. Cicer. in Pisonem: Quumque ipse nudus in convivio saltaret, in quo ne tunc quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.

Saltātŭs, tus, m. q. Saltatio. [חגג chagh. ὄρχησις. Gall. Dansement, danse. Ital. Esso danzare. Ger. Tantz oder tantzung. Hispan. Dança à bayle. Pol. Tancowanie. Vng. Zbilchfes, vgrandozas. Ang. Dansing.] Liv. lib. 1 ab Vrbe. Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu jussit.

Saltūră, turæ, Saltatio, πήδησις, πήδημα. Plaut. in Curc. Nūc dum saltura sat bona est, si id feceris, Venire poteris intestinis vilis.

Saltŭs, m. q. Ipse saliendi actus. [πήδημα. Gall. Saut. Ital. & Hisp. Salto. Ger. Ein sprung. Pol. Skok. Ang. A leap or iumpe.] Virgil. 9. Aeneid. Tum demum saltu præceps sese omnibus armis In fluvium dedit.

Saltim, apud antiquos, sive saltuatim, Saltus. [πηδητικῶς. Gall. De saut en saut, en sautelant. Ital. Di salto in salto. Ger. Mit springen oder hoppen. Hispan. Salto à salto. Pol. Skacząc. Vng. Zökdelsölue vgrandozua. Ang. Frome leape to leape.] Gell. lib. 9. cap. 4: Atque item esse alia apud ultimas Orientis terras miracula: homines, qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimæ pernicitatis. ¶ Saltuatim scribere, est carptim scribere, non suo ordine, sed ut sese offert. Sisenna lib. 3 Histor. Nos una æstate in Asia, & Græcia gesta, literis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

Salisatōres, inquit Rhabanus Maurus de Magorū præstigiis, vocati sunt, quia dum eis membrorū quæcunq; salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicunt.

Sāliuncă, f. p. Herba est eadem, ut Ruellius putavit, cū nardo Celtica [Ger. Mariamagdalenen kraut, saugentreut, katzenkräuterle. Pol. Spikanarda. Ang. A kinde of lavander.] Plin. lib. 21. cap. 7: Saliunca foliosa quidē est, sed brevis, & quæ necti non possit. Radici numerosæ cohæret herba verius quàm flos, densa veluti manu pressa: breviterq; cæspes sui generis. Pannonia hāc gignit, & Norici, Alpiumq; apricæ urbium Eporhedia, tantæ suavitatis, ut metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum. Virgil. Aeglog. 5: Puniceis humilis quantum saliunca rosetis, Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Sălīvum, salivi, n. f. & Saliva, salivæ, f. p. Sputū, quòd ferè salis saporem habeat: vel à saliendo, quod in ore saliat, & crescat. [רק rok. πτύελον, σίαλον. Gall. Salive. Ital. Saliva, sputo. Germ. Der speichel, geiffer, geiffer. Belg. Speecsel. Hispan. La saliva de la boca. Pol. Slyna. Vn. Nyal. Ang. Spittle.] Plin. lib. 7. cap. 2. Feruntq; ictas saliva, ut fervētis aquæ contactu fugere. Idē lib. 23: Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuiq; ætas gratissima: hoc est, media. ¶ Ponitur aliquando saliva pro gustu. Persius Satyr. 6: Nec tenuem solers turdorum nosse salivam.

Sălīvōsŭs, adjectivum, Quod salivæ similitudinem habeat. [σιαλώδης. Gall. Plein de salive, resemblant à salive. Ital. Che rende gusto di saliva, pieno di saliva. German. Dem speichel gleich. Hisp. Cosa llena de saliva ò semejante à saliva. Pol. Slynie podobni. Vng. Nyalas. Ang. Full of spittle or lik spittle.] Plin. lib. 16. cap. 38: Humorulmis salivosus.

Sălīvo, as, n. p. Salivam facio. [ירק jarak רק rok. σιαλίζω, πτύω, πτυαλίζω. Gal. Iettter salive, cracher. Ital. Gittare saliva. German. Geiffern, geiffern. Hisp. Hazer ò echar de si saliva. Pol. Sline toczę, sliniesie. Vng. Nyalat gyöjtök. Ang. To spitte, to cast out spittle.] Plin. lib. 6. cap. 26: Congregantur verno tempore purpuræ, mutuoq; attritu lentorem cujusdam ceræ salivant. ¶ Aliquādo illino, sive perungo. Colum. lib. 6 cap. 5: Tunc panacis, & eryngii radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defrui ac moliti tritici farina, candentiq; aqua conspergendæ, eoq; medicamine salivandum ægrotum pecus.

Sălīvārĭus, ria, rium, adjectivum, Quod ad salivam pertinet. [σιαλώδης. Gal. Appartenant à salive. Ital. Pertinente à saliva. Ger. Das zu dem speichel oder geiffer gehört. Hispan. Perteneciente à saliva. Pol. Slynian. Vngar. Nyalhoz vala. Ang. That belongeth to spittle.] Plin. lib. 9. cap. 51: Quæ ditioris testę sunt, ut murices, purpuræ, salivario lentore pariuntur est, viscositate salivæ.

Sălix, salicis, f. t. Arbor nota, à saliendo: hoc est, crescendi celeritate dicta. [ערב harab. ἰτέα. Gall. Saule. Ital. Salice, salce. German. Ein weyden oder weydenbaum. Hispan. Sauze. Polon. Wierzba. Vngar. Fuz, fa. Ang. A willow tree or withie.] Nam si vel sata, sive casu terræ impacta, statim surgit. Virg. 10. Aeglog. Mecū inter salices lenta sub vite jaceret. Ovid. lib. 10 Metam. Amnicolæq; simul salices, & aquatica lotos. Virg. 1. Aeglog. Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

Sălignŭs, a, um, Quod ex salice confectum est. [ἰτέϊνος. Gall. Qui est de saule. Ital. Di salice. German. Weyden, weydenen von weyden gemacht. Hispan. Cosa de materia de sauze. Polon. Wierzbowi. Vng. Fuz fabol vala. Ang. Made of a willow tree.] Virg. Est tuguri custos armatus falce saligna. Idem 4. Georg. Et custos furum, atque avium, cum falce saligna Hellespontiaci servet tutela Priapi. Colum. lib. 7 cap. 1: Quippe vel foliis, spinisque, vel perticis salignis alitur. Horat. 1. Serm. Satyr. 5: donec cerebrosus prosilit unus, Ac mulæ nautæque caput lumbosq; saligno fuste dolat.

Sălignĕŭs, a, um, Idem. Colum. lib. 7. cap. 10: Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro rescindi, detractoque sanguine colligari saligneo libro, vel etiam ulmo. ¶ Salignea clava, apud eundem lib. 6 cap. 2.

Salicetum, saliceti, & per syncopam salictum, n. f. Locus salicibus consitus. [ערבים harabim. ἰτεών. Gall. Vne saulsaye. Ital. Luogo piantato di salici. German. Ein ort an dem viel weyden stehen. Hispan. El sauzal, el lugar de sauces. Pol. Wierzbina. Vng. Fuzes. Ang. A place sett with willow trees.] Varro: Idoneus locus eligendus ubi facies salictum, & arundinetum. Cicero 1. de Divin. ex Ennio: Nam me visus homo pulcer per amœna salicta, Et ripas raptare. Idem pro lege Agr. Accedet eo mons Gaurus, accedent salicta ad Minturnas. Virg. 1. Aeglog. Hyblæis apibus florem depasta salicti. Iuvenal. Sat. 11: Necdum ausus virgas humilis mordere salicti.

Salso. Sallo, Vide SAL.

Salmo, Piscis marinus, qui & fluvios subit, semelque gustata aqua dulci vix unquam in mare regreditur. [Gall. Saulmon. Ital. Salmone pesce. Germ. Ein Salm. Hisp. Salmon pescado. Pol. Losos. Vngar. Sal. Ang. A salmond fishe.] Plin. lib. 9 cap. 18. In Aquitania Salmo fluviatilis marinis omnibus præfertur.

Sālnĭtrum, n. f. Vt modò consuetudine vulgi dicitur, fossilium est, & ad tormenta ignium missilia repertum, veteribus autem fuisse videtur incognitum. [ἀλόνιτρον. Polon. Salpetra.] Corrupta tamen dictio est. Nam legitur apud Plinium, Sal, & nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. Vide in dictione NITRVM.

Salpă. [σάλπη. Ger. Ein Meerfisch behalt zu Venedig funf Nahm, hat mitten durch den Leib hinab etlich goldfarbe striemen; ein wolf ein Stockfisch.] Genus piscis, circa Ebusum Hispaniæ insulam, obscœnus alibi, & qui coqui non possit, nisi ferula percussus, ut ait Plin. lib. 9 cap. 18.

Salpygă, pen. prod. Genus formicarum venenatarum Luc. lib. 10: Quis calcare tuas metuat Salpyga latebras? Cicero appellat soldugas.

Salsāmentum, Salsè, Salsedo, Vide SAL.

Salsicortex, salsicorticis, A' nōnullis appellat' arbor et genere glandiferarū, quā Græci ἀλίφλοιον nominãt. Est autem arbor cortice, atq; caudice crassissimo, & pleriq; cavato, fungosoq; Sola corde caret, etiā quū vivit, putrescens. Fulmine frequenter dicitur etiā si altitudine nō excellat, ideo ad sacrificia nefas erat apud Aeoles. Eadem ferè sterilis est: & si quādo glandē tulerit, ea adeò est amara, ut præ sues, à nullo attingatur animali: ac ne ab iis quidē, quū aliud pabulū possunt nāciscii.

Salsilago, Salsitudo, Salsura, Vide SAL.

Saltātor, Saltatrix, Saltatricula, Vide Saltoin SALIO.

Saltem, conjunctio per defectionē dicta, quasi si alias nō potest. Vel (ut inquit Gellius) u litera abjecta. [γοῦν, ἀλλὰ γοῦν, τὸ ἐλάχιστον. Gall. Au moins, à tout le moins. Ital. Almeno, pero. Ger. Doch nur, zum wenigsten oder mindsten. Belg. Maer, tenminste. Hisp. Alomenos, si al quemo. Pol. Tylko. Vn. Akarsak. Ang. at the least.] Nam à principio salutem dicebant, quod nos saltem dicimus. Nam quū alia quædam petita & nō impetrata sunt, hic solemus, quasi ad extremū aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere. Hoc saltē fieri, aut dari oportere tanquam salutē postremò petentes, quā impetrari sit æquissimum. Servius: Saltem tractū à captivis, qui quū tenerētur ab hostibus, dicebant sublatis manibus, Salutem concede. Hinc per synæresin natus est sermo, ut in concepta rerum multarum petituri aliquid, saltem dicamus. Virg. lib. 1. Aen. Sin absumpta Salus, & te pater optime Teucrūm Pontus habet Lybiæ, nec spes jam restat Iuli: At freta Sicaniæ saltem, sedesq; paratas, Vnde huc advecti, regemq; petamus Acesten. Idem lib. 6. Aeneid. Da dextram misero, & tecum me tolle per undas, Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Cicero Attic. lib. 4.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

lib.4: Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.

Saltio, Vide SALIO.

Saltus, tus, m. q. Locus incultus propter sylvas, inquit Varro, aut id genus, ubi pecus pasci possit. [יער jahár ἄλσος. Ger. Ein Forst / ein ungebauwen waldechtig ort / da man das Vych weyden und summeren mag. Pol. Chrósćiny, gáje, bydlé w pássácá, pásiéka. Vng. Berek liget. Ang. A forest, a lawne in a park or forest.] De saltu ita scribit Festus, Saltum Cajus Aelius lib. 2. Significationum, quæ ad jus civile pertinent, ita definivit: Saltus est ubi sylvæ & pastiones sunt, quarum causa casæ quoque: si qua particula in eo saltu pastorum, aut custodum causa aratur, ea res nō perimit nomen saltus, nō magis quàm fundi, qui est in agro cultu & ejus causa habet ædificium, si qua particula in eo habet sylvam. Cæs. 6. bell. Gall. Atq; ille latebris, aut sylvis, aut saltibus se eriperet, & noctu occultaret. Idem 1. belli Civi. Celeriterq; Pyrenæos saltus occupari jubet. Virg. 1. Georg. & magnos canibus circundare saltus. Ovid. Epist. 5: Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos? Vide plura de hac voce apud Vallam Elegant. lib. 5. cap. 106 & lib. 4. cap. 57.

Saltuārĭus, rii, m. f. Sylvarum, seu saltus custos. [δρυμοφύλαξ. Gall. Maistre, garde ou forgeaut de forest. Ital. Guardiano di foresta. Ger. Ein Forstmeister. Hisp. Montaraz, que guarda los bosques. Pol. Gáiowník, leśny. Vng. Berek liget őrző. Ang. A maister or keeper of forestes.] Pomponius l. si ita ff. de Usu & habitat. Dominus proprietatis, etiā invito usufructuario, fundum, vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit.

Saltuōsus, sa, sum, Id in quo multi sunt saltus. [δρυμώδης. Gall. Plein de forests, bocageux. Ital. Boscoso, pieno di foreste. Ger. Waldechtig. Hisp. Cosa de muchos bosques y pastos. Pol. Pełny kássu. Vng. Ligetes berkes. Ang. Full of forestes.] Liv. 9. bell. Pun. Aperta erat regio, sine ullis, ad insidias latebris: itaq; in loca saltuosa cedere inde cœpit.

Saluber, Salve, vide SALVS.

Salvĭă, æ, f. p. Frutex est nulli nō notus, virgas habēs quadrangulas, foliaq; aspera, crassa, & incava, odore suavi quidem, cæterum ingrato. [ἐλελίσφακος. Gall. Sauge. Ital. & Hisp. Salvia. Ger. Salbey. Pol. Szałwija. Vng. Salya. Ang. Sauge.] Dicta salvia (ut putatur) quod multis incōmodis medeatur, ægrotosque salvos præstet. Prodest enim paralyticis, & contra serpentum morsus remedium exhibet. Plin. lib. 22. cap. 25. Dioscor. lib. 3. cap. 38.

Salviātum, salviati, n. s. Genus medicamenti est, quo veterinarii, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione. [τὸ ἐλελισφακωτὸν ποτόν. Gall. Breuvage de sauge, vin saulgé. Ital. Bevanda di salvia. Ger. Ein artzney oder tranck von salbeyen. Hisp. Salvado. Pol. Lekárstwo z szałwiy. Vng. Salya bol isznalt orvosság. Ang. A drink made of sauge.] Colum. lib. 6. cap. 9: Recens tussis optimè salviato farinæ ordeaceæ discutitur. Idem lib. 6. cap. 24: Lupini semicrudi conteruntur, & offæ salviati more faucibus ingeruntur. Et paulò pòst: Potest etiam cum arido fico & ervo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut salviatum demitti. Quibus tamē in locis salivatum potius legendum crediderim: quod & eruditioribus placere video, qui salivatum interpretantur medicamēti genus, quod pecori ægroto datur deglutiendum.

Salvio, salvias, act. p. Salviato medeor, vel salviatum deglutiēdum præbeo. [ἐλελίσφακον πίνειν, ἢ διδόναι πιεῖν ἐλελισφακωτόν. Gall. Faire boire vin saulgé. Ital. Dar à bevere bevanda di salvia. Ger. Salbeyen eyngeben. Hisp. Sanar con salvados. Pol. Lekárstwo szałwijne. Vng. Salya bol isznalt orvosság gal meg orvoslom. Ang. To give a drink of sauge.] Colum. lib. 6. cap. 24: Vel tenero olere commisto, torrido, mollitoq; milio, & per unam noctem lacte macerato salviatur. Quo tamen in loco doctioribus quibusdam, salivatur, legendum videtur: quorum judicio nos quoq; libenter subscribimus, alio Columellæ loco adducti, qui est ejusdem lib. cap. 5. ubi sic habet: Evincendi sunt quanvis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi. Tunc panacis & eryngii radices, fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farina, candentiq; aqua conspergendæ: eoq; medicamine salivandum ægrotum pecus. Ubi salivandum pecus dixit, pro eo quod est, salivato per os immisso curandum.

Sălum, sali, n. s. Mare: [ים jam ἅλς. Gall. Mer. Ital. Mar. Ger. Das Meer. Hisp. El mar. Pol. Morze. Vng. Tenger sos tenger. An. The sea.] à sapore salis: vel à verbo Græco σαλεύειν, quod significat movere, fluctuare. Virg. 1. Aeneid. Perq; undas superante salo. Cic. pro Cæcin. Ut à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem quam petebat. Idem 3. Tuscul. Nec tam ærumnoso navigassem salo. Virg. 2. Aeneid. Fit sonitus spumante salo. ❡ Veteribus etiam in masculino in usu fuit, ut annotavit Nonius. Ennius in Hecuba: Undantem salum.

Sālūs, salutis, f. t. Incolumitas. [ישע jescháh תשועה teschuháh. σωτηρία. Gal. Salut, sauvement, santé. Ital. Salute, sanità. Ger. Glück und heil/gesundtheit/ wolstand/ wolfahrt. Bel. Salicheyt/ welvaert. Hisp. Salud, sanidad. Pol. Zdrowie, zbáwienie. Vng. Idvösség, egésség, uraddas. Ang. Health.] Cicero Attico: Saluti, si me amas, consule. Terent. in Adelph. Quod cum salute ejus fiat. Cic. lib. 3. de Leg. Cur ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit afferre. Plaut. in Merc. Spem teneo, salutē amisi: redeat, an nō, nescio. Ovid. lib. 3. Metam. Te scilicet omnis in uno Nostra salus posita est. ❡ Salutem dicere alicui, ten...d...est, vale dicere, & jubere valere, relinquere. Cic. ad Volum. lib. 6: Quas si, ut volumus, ceperimus, ego verò multam salutem & foro dicam, & curiæ: vivamq; tecum & cum communibus nostris amatoribus. Hoc est, jubeo valere curiam: nihil mihi amplius cum curia erit commune. ❡ Accipitur aliquando salus pro remedio. Virgil. 2. Aeneid. Una salus victis, nullam sperare salutem. ❡ SALVS item dea salutis credita est: unde salutaris porta Romæ appellata, ab ejus deæ æde, quæ ei proxima fuit. Terent. in Adelph. Ipsa si cupiat Salus, servare prorsus non potest hanc familiam. ❡ Dicimus Latinè, Nunciare salutem, Adscribere salutem. Dicere salutem, est salutare. Cic. Attic. lib. 4: Misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. Et lib. 6: Epistola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes. Plaut. in Cap. Omnium primum salutem dicito patri & matri. Mittere salutem, Remittere salutem: id est, salutare, & resalutare. Ovid. Epist. 15: Hanc tibi Priamides mitto Ledæa salutem.

Sălūbĕr, pen. prod. m. t. salubris fœminini, salubre neutri: & hic & hæc salubris, & hoc salubre. Quod præbet sanitatem. [ὑγιεινός, σωτήριος. Gall. Salutaire, qui donne salut, sain. Ital. Salubre, salutifero, salutare. Ger. Das gesundt ist/ oder gesundtheit bringt/ gesundreich. Hisp. Cosa saludable. Pol. Zdrowy. Vng. Egésséges. Ang. Holsome, that giveth health.] Unde aer, cibus, locus, salubres dicūtur. Colum. lib. 2. cap. 4: Fundum sicuti ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita ne effœti, si vel saluberrimus sit, parandū. Cic. 1. de Divin. Ut enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere servare, conjecturāq; capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit. Nam si obscurior, quasi caligine sa stella extiterit, pingue & concretum esse cœlum, ut ejus aspiratio gravis & pestilens futura sit. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cœlum esse tenue, purumq; & propterea salubre. Aquæ salubres, Horat. in Carm. secul. Fluvius saluber, Virg. 1. Georg. Salubre alicui rei, Plin. lib. 8. cap. 27: Chelidoniam visui saluberrimā hirundines monstravēre. Consiliū salubre, Cicero ad Atticum lib. 8. ❡ Aliquando salubris accipitur pro sano. Salustius in descriptione Africæ: Genus hominū salubri corpore. Liv. 3. ab Urbe: Graviore tempore anni circūacto, defuncta morbis corpora salubriora esse cœpēre.

Sălūbrĭtās, tis, f. t. Sanitas. [רפואה rephuáh רפאות riphuth, ὑγίεια. Gall. Santé, sainteté. Ital. Sanità. Ger. Gesundtheit/ gesunde. Hisp. Sanidad. Pol. Zdrowie. Vng. Egésség. Ang. Holsomnesse.] Plin. li. 37. cap. 13: Jam situ ac salubritate cœli atq; temperie, &c. Cæs. 2. belli Gall. Ipse tantū itinerū faciebat, quantū satis esse ad mutationem locorum propter salubritatem existimabat.

Sălūbrĭtēr, adverbium. [ὑγιεινῶς, σωτηρίως. Gall. Sainement. Ital. Sanamente. Ger. Mit gesundtheit/ heilsamlich. Hisp. Saludablemente. Pol. Zdrowo. Vng. Egésségessen. Ang. Holsomelie.] Liv. 1 ab Urbe: Et trahi bellum salubriter, & maturè perfici potest. Cic. de Senectute: Ubi enim potest illa ætas aut æquè calescere, vel apricatione melius, vel igni: aut vicissim umbris, aquisq; refrigerari salubrius?

Sălūtārĭs, tare, om. t. Salubre: hoc est, sanitatem præbens, vel ad sanitatē præbendam idoneū. [σωτήριος. Gall. Salutaire, sain, qui donne santé. Ital. Salutare, salubre, salutifero. Ger. Heilsam/ gnadreich/ gesundt/ das heil oder gesundtheit bringt/ heilfürderlich. Hisp. Cosa saludable. Pol. Zdrowie przynoszący, Zbawny. Vng. Idvösséges. Ang. Holsome, or that giveth health.] Cicero ad Octavium: Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. ❡ Salutares literæ dicuntur quæ consolationem afferunt. Cicero ad Atticum libro 7: Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse, &c. ❡ Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ absolutionis nota erat: ut tristis C, quæ cōdemnationis. Cicero pro Milone: Nec nobis tam salutarem hanc judicando literam, quam illam tristem dedisset Budæus. ❡ Invenitur & Salutare substantivum. Plin. lib. 12. cap. 5: In præsentia externa prosequemur à salutari maximè orsi. ❡ Salutaris digitus, qui pollici est proximus, qui & index dicitur. λιχανός. Sueton. de Aug. cap. 80: Dextræq; manus digitum salutarem tam imbecillū interdum sentiebat, ut torpentem, contractumq; frigore, vix corneo circuli supplemento scripturæ admoveret. Martianus de Nupt. Verùm quidem redimitus puer ad os cōpresso digito salutari, silentium commonebat. Dicitur autem salutaris, vel quia non salutamus, nisi visa & indicata. Virgil. 3. Aen. Italiam læto socii clamore salutāt. Vel quia eo comprimimus os ad silentiū, quod

salutare est præceptum. Inter salubris tamen & salutaris multum interest: non enim salutarem locum, cibum, aquam dicimus ut salubrem. Itaq; intelligendum est, salubria dici de loco, cibo & aliis quę natura affert & largitur: Salutaris verò de reliquis omnibus, quæ arte, ingenio aut alio modo parantur. Cornel. Fronto de diff. vocab.

Sălūtārĭtĕr, adverbium, Salutis ergò, sine discrimine salutis, tuendæ salutis gratia. [σωτηρίως. Gall. Salutairement, sauvement. Ital. Sanamente. Ger. Heilsamlich/zu heil oder gesundheit. Hisp. Saludablemente. Pol. Zbawiennie. Vng. Egessegesen. Ang. Helsomelie, without hurt or danger.] Plancus Ciceroni: Quadraginta millium passuum spatio relicto, consedi eo consilio ut vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem. Cicer. de Clar. Orat. Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui didicerant eis uti gloriosè, quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant.

Sălūto, salutas, act. p. Salutem dico, inviso. [ברך berich. ἀσπάζομαι, ἀσπάζομαι. Gall. Saluer, donner le bon iour. Ital. Salutare. Ger. Grüssen. Bel. Groeten. Hisp. Saludar dexando saludes. Pol. Pozdrowiam. Vng. Köszöntek. Ang. To haile, to giue good morrow.] Cicero Attico: Quum Philogenes libertus tuus ad me salutandi causa venisset. Terent. in Adelph. Opperiar hominem hic, ut salutem, & colloquar. ❡ Neque verò accedentes tantùm salutare dicimur, verumetiam recedentes. Statius 4. Theb. Stant tamen, & nota puppim de rupe salutant. ❡ Salutare item venerari. [השתחוה ishtachavah.] Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc salutatū domum divortar. Mart. lib. 12: Multis dum precibus Iovem salutat. Ovid. 15. Metam. lætoq; Deum clamore salutant. ❡ Composita, Consaluto, & Resaluto, de quibus suis locis.

Sălūtātŏr, oris, m. t. Qui salutat. [מברך mebarech. ἀσπαστής. Gall. Saluteur, qui salue & fait la reuerence. Ital. Chi saluta & fa riuerenza. Ger. Ein grüsser. Hisp. El que saluda. Pol. Pozdrowiaiący. Vng. Köszöntö. Ang. He that halseth.] Quint. Cicer. de Petit. Consul. Deductorum officium quod majus est quàm salutatorum.

Sălūtātĭo, onis, f. t. Salutandi actus. [ברכה beracbah. ἀσπασμός, προσαγόρευσις. Gall. Salutation. Ital. Saluto. Ger. Ein gruß/begrüssung. Hisp. Salud. Pol. Pozdrowienie. Vng. Köszönés. Ang. Halsing.] Cic. in Pisonem: Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis deniq; communi salutatione dignum putet?

Sălūtātōrĭus, ria, rium, adjectivum. [ἀσπαστικός, ἀσπαστήριος. Gall. Appartenant à salut. Ital. Pertinente à salute. Ger. Das zu dem grüssen oder heilwünschen gehört. Hisp. Pertenesciente à salud. Pol. Pozdrowienia przyległy. Vng. Köszöntésre valo. Ang. Belonging to health.] Plin. lib. 15. cap. 11: Omnia jam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Sălūtĭfĕr, ra, rum, Salutaris. [σωτήριος. Gall. Qui donne santé, sain. Ital. Salutifero. Ger. Das heil oder gesundtheit bringt/heilsam. Hisp. Cosa que trahe ò tiene salud. Pol. Zdrowie daiący, zdrowy. Vng. Idvösségös egessegöt hozo. Ang. That bringeth or restoreth health.] Ovid. 2 Metam. Aspicit infantem, totoq; salutifer orbi, Cresce puer dixit, tibi se mortalia sæpè Corpora debebunt. Martial. lib. 5: Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis, Sive salutiferis candidus Anxur aquis. Ovid. 15. Metam. Utq; salutifera miseris succurrere rebus Sorte velit, tantæq; urbis mala finiat, orans.

Sălūtĭgĕr, salutigeri, m. f. Quo nomine utitur Apuleius, videtur esse non qui suo nomine alicui dicit salutem, sed qui nuntiat, tanquā interpres & administer ejus à quo mittitur. [ἀσπασιοφόρος. Pol. Pozdrowiacy.]

Sălūtĭgĕrŭlus, [Pol. Pozdrowienie odnoszący.] Idem. Unde Plautus Aul. Salutigerulos pueros, vocat servos, qui jussu dominæ, hunc, illūmve salutant, suntq; nuntii & renuntii.

Salvē, verbum salutantis, idem valens quod salvus sis: solumq; declinatur per secundas personas imperativi utriusq; numeri, & præsens infinitivi. [שלום schalom. χαῖρε. Gall. Dieu te garde, bien te soit. Ital. Dio ti salui. Ger. Gott grüß dich/ biß gegrüsset. Bel. Weest gegroet. Hisp. Sey saluo. Pol. Badź pozdrowiony. Vng. Egessegel. Ang. Good morrow, good evening, good saue.] Terent. in Phor. Here salve, salvum te advenisse gaudeo. D. Oh bone custos, salve. ❡ Iubeo te salvere: id est, precor tibi salutem. Horat. lib. 1. Epist. 10: Urbis amatorem Fuscum salvere jubemus Ruris amatores: hac in re scilicet una Multùm dissimiles: at cætera penè gemelli. Cic. Attic. lib. 4. Dionysium velim salvere jubeas. Virg. 5. Aen. Salve sancte parens, iterum salvere recepti Nequicquam cineres, animæq;, umbræq; paternæ. ❡ Salveo dixit Plautus Truc. pro salvus, & sanus sum. ❡ Salvebis in futuro dixit Cic. Att. lib. 6. Salvebis à Cicerone meo: id est, Cicero meus te salutat. Vide in dictione VALEO.

Salvŭs, salva, salvum, Sanus, incolumis. [σῶος. Gall. Sain, sauue, eschappé hors de danger. Ital. Sano e saluo, scampato da vn pericolo. Ger. Frisch vñ gesund/ auffrecht. Bel. Gesont. Hisp. Cosa salua de peligro. Pol. Zdrowy. Vng. Egesseges. Ang. Saue, whole.] Terent. in Phor. Salvum te advenisse gaudeo. Idē in Andria: Salvus sum, si hæc vera sunt: hoc est, in tuto, & sine periculo sum. ❡ Transfertur & ad inanimata. Plaut. in Rud. Heu heu, scelestus galeā in navi perdidi: Nunc mihi opportuna hic esset, salva si foret. Cic. 2. de Fin. Simulatq; ipse gravi vulnere exanimari vidisset, ut primum despexit, quæsivit, salvúsne esset clypeus, &c. Terent. Adelph. Salva res est: id est, rectè se habet.

Salvo, salvas, act. p. Salvum facio, servo. [הושיע hoschiah. σώζω. Gall. Sauuer, rendre sain & sauue. Ital. Saluare. Ger. Erhalten bey dem heil vnd wolstand. Hisp. Hazer saluo, saluar. Pol. Przydrowiu zachowuie. Vng. Idvözitöm meg tartom. Ang. To saue.] Cicero in Pisonem: Me posse iterum Rempub. salvare, si cessissem, infinitam cædem fore, si restitissem: quanquam meliora exemplaria hic habent servare.

Sălvātŏr, salvatoris, m. t. Vox in Sacris literis nusquam non occurrens: [מושיע moschiah. σωτήρ. Gall. Sauueur. Ital. Saluatore. Ger. Ein Heiland/ Seligmacher. Hisp. Saluador. Pol. Zbawiciel. Vng. Idvözitö meg tarto. Ang. A sauiour.] quam tam eruditiores, tanquam parum probam, religiosè fugiunt, quemadmodum & verbum Salvo: quod nec ipsum satis Latinum judicant: putantq; locum Ciceronis, quem jam citavimus, mendo non vacare: præsertim quum id verbum non facilè apud quempiam veterum, apud Ciceronem certè alibi nusquam liceat invenire.

Sambūcă, sambucæ, f. p. sive Sambyca, sive Sambyx, sambycis, [σαμβύκη, ἡ σαμβύξ. Ger. Ein seitenspil. item, ein Kriegsrüstung zum Sturm/ ward inwendig mit seyten gespannen wie das seitenspil Sambuca mit seyten.] Instrumenti musici genus, triangulū teste Porphyrio in Ptolemæi Harmoniaca, quod ex nervis tum longitudine, tum crassitudine inæqualibus constabat: solebatq; leviori carminum generi adhiberi. Unde sambucam cothurno aptare, proverbii schema habet, pro eo quod est, res levissimas, planeq; nugatorias, negotiis gravibus seriisq; admiscere. Persius Sat. 5. Sambucam citiùs caloni aptaveris alto. Nomē habet, ut Diomedes existimat, à Sambyce inventore, quāquam Athenæus ad Ibycum Rhegynum poëtam ejus originē referre malit. ❡ Est & genus machinæ militaris, qua urbes expugnare consueverant, in qua sic funes intendebantur, sicut in organo musico chordæ.

Sambūcĭnă pen. corr. Quæ sambuca canit, σαμβυκίστρια, sicut fidicina, quæ fidibus. Plaut. in Stich. Fidicinas, tibicinas, sambucinas advexit secum forma eximia.

Sambūcistrĭă, sambucistriæ, σαμβυκίστρια, Mulier sambucas canens, quæ sambucina dicitur. Liv. 9. bell. Maced. Tunc psaltriæ, sambucistriæq;, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambūcŭs, ci, f. s. Arbor nota, surculos spargens arundinaceos, teretes, cavos, candicantes, fungosa medulla plenos, folia juglandis terna, quaternáve, ex intervallis circa ramos excuntia, gravi odore, minutim in ambitu secta, & in ramulorū cacuminibus, caulisq; circinatas habens umbellas, quæ florem candidum pariunt, mox acinū terebintho similem in rugedine purpureum, racemosum, atri sanguinis succo madentem. [ἀκτή. Gal. Sureau, ou sueau, ou sût. Ital. Sambuco. Ger. Ein holderbaum. Hisp. Sauco arbol. Pol. Bez. Vng. Bodza fa. Ang. An elder tree.] ❡ Est & alterum sambuci genus, quod ob humilitatem χαμαιάκτην vocant Græci, herbaceo magis generi assignandum, caule quadrangulo, geniculato, foliis amygdalæ, ex intervallo longioribus, geniculatim expansis, pinnatisq; in ambitu, serratis, muscario flore, & acino superioris sambuci. Latini ebulum vocant. Vide Plin. lib. 24. cap. 8.

Sambūcĕus, adject. [ἀκτίνεος. Gall. De sureau. Ital. Di sambuco. Ger. Holderbäumin/ auß holder. Hisp. Cosa de sauco. Pol. Bzowy. Vng. Bodzai fa bodzai fabol valo. Ang. Made of elder.] Quod ex sambuco est. Plinius de vir. illustr. Iuvenibus regis Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adscritus, baculo sambuceo aurum infusum deo donū tulit. ❡ Sambucca arbor. Plin. lib. 29. cap. 4.

Sămĕră, samaræ, f. p. Semen est ulmi. [τὸ σπέρμα τῆς πτελέας. Gal. Semence ou graine d'un orme. Ital. Seme di olmo. Ger. Der sam am rüsthaum oder vlmenbaum. Hisp. Simiente de olmo. Pol. Siemie z ilmu. Vng. Szil fa mag. Ang. The seed of the elme tree.] Colum. lib. 5. cap. 6: Atinεam ulmum Tremellius Scrofa non ferre samaram; quod est semē ejus arboris) falsò est opinatus. Apud Plin. li. 17. cap. 11. legitur, samara, per primam vocalem in media syllaba. Ulmorum (inquit) priusquam foliis vestiantur, samara colligenda est, circa Martias Cal. quum flavere incipit. Et rursum lib. 16. cap. 17: Atineæ non ferunt samaram: ita vocatur ulmi semen.

Samniones, um, m. t. σαμνίωνες, à Samniis dicuntur, qui sunt dictis fatui, & in moribus obscœni. Cicer. lib. de Orat. Quid porrò tam ridiculum quàm Sannio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, deniq; corpore ridetur ipso? ❡ Quidā tamen Samniones à sanna deductum nomen arbitrantur. & rectiùs n gemino scribi debet.

Sampsa, sive Sansa, f. p. (ut ex Gregorii Tiferni sententia tradit Georgius Alexādrinus in suis ad Columellam Annotationibus) nucleus est olivæ, quem Græci πυρῆνα vocant. [Gall. Le noyau d'une olive. Ital. Ossa dell' oliva. Ger. Die frucht des öhlbaums/ weil sie der zeitigung schwartz/ hat ein kern in ihr verschlossen. Hisp. Huesso de azeytuna. Pol. Kostka oliwowa. Vng. Olay mag, avag mag vagy kitsiny tatot olay mag. An. The kernell of an olive.] Quorum sententiæ subscribit & Cælius Rhodiginus, & Ruellius, aliiq; nonnulli eruditione non contemnenda viri. Locus autem cui, qui primi sententiæ hujus autores sunt, innituntur, est apud Colum. lib. 12. cap. 50 ubi sic habet: Quū primùm baccę variare cœperint, & jam quædam nigræ fuerint, plures tamen albæ, sereno cœlo manibus destringi olivā oportebit, & substratis segetibus, aut cannis cribrari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis novis includi, prælisq; subjici, ut quantum possit, paulatim exprimatur. Postea resolutis corticulis, emolli debebūt, adjectis binis sextariis integri salis in singulos modios: & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè novis fiscinis, sampsæ exprimi. Quo in loco Columellæ, Sampsas exprimere, idem esse putant, quod sampsas: hoc est, ossa, ex olivis premere, sive olivas ossibus liberare. Quorū sententiæ quominus subscribam, facit alter ejusdem Columellæ locus qui est libro eodem, cap. 49. ubi sic legitur: Oliva nigra maturissima sereno cœlo legitur, eaq; sub umbra uno die in cannis porrigitur, & quæcunq; est vitiosa bacca separatur. Item siqui adhæserant pediculi, adimuntur, foliaq; & surculi, quicunq; sunt intermisti, eximuntur. Postero die diligenter cribratur, ut siquid inest stercoris, separetur. Deinde intrita oliva novo fisco includitur, & prælo subjicitur, ut tota nocte exprimatur. Postero die injicitur quàm mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et quum est in sampsam redacta, tūc sal coctus tritusq; mana permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Quo certè in loco sampsas nulla ratione pro olivarum ossibus accipere possumus. Neq; enim ullo pacto fieri potest ut oliva in nucleos suos redigatur. Quinetiam is ipse locus, quo illi præcipuè nituntur, interpretationi, quā adducunt, prorsus reclamat: at non magno negotio deprehendet qui locū eum paulo penficulatiùs examinarit. Quid autem ea voce significetur, non facile fuerit pronūtiare, præsertim quum præter unū Columellam (quod quidem sciam) nemo ea fuerit usus. Si tamen conjecturę locus sit, quantum partim ex jam citatis Columellæ locis, partim ex variis Catonis, Varronis, & Palladii locis colligere licuit, crediderim sampsas dici ipsas olivarū carnes, mola suspensa leviter comminutas & ossibus liberatas: quæ deinde exprimuntur, oleūq; fundunt: aut aridis quibusdā herbis seminibusve conditæ, in usum cibarii condimentive reponuntur.

Sampsuchum, sive Sampsychum. [σάμψυχον. Gall. Mariolaine. Ital. Maggiorana. Ger. Meyeran. Hisp. Amaradux. Pol. Maieran. Vng. Maioran. Ang. Maioram.] Herba quam nunc Majoranam appellant, alioq; nomine Amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22: Sampsuchum sive amaracum in Cypro laudatissimū, & odoratissimum.

Sampsuchĭnus, a, um, adject. [σαμψύχινος. Gall. De mariolaine. Ital. Di maggiorana. Ger. Von meyeran. Hisp. Cosa de amaradux. Pol. Maieranowy. Vng. Maiorana, maiorana bol valo. Ang. Of maioram.] Idem quod amaracinus. Plin. ibidem: Fit ex eo oleum, quod sampsuchinum vocatur, aut amaricinū, vide AMARACVS.

Sanabĭlis, Sanatio, vide SANO.

Sancio, cis, civi, citum, vel xi, ctum, act. q. Statuo, stabilio, ratū facio, firmo: [הֵקִים hekim קִיֵּם kijjām חָקַק chakák κυρόω, κυρῶ. Gall. Ordonner & decerner, establir & confermer sur peine grande au transgresseur. Ital. Consacrare, ordinare, determinare, confirmare, ratificare. Ger. Setzen oder ordnen/ steiff und unzerbrüchlich zu halte/ bestätigen. Bel. Heylich maken/bevestigen. Hisp. Establecer, ordenar, consagrar. Pol. Postanowiani tak aby statecznie trwal o. Vng. Vegezessenl meg erősítem. Ang. To decree, to mak firme and stable.] à sanguine, ut putatur, dictum, eò quòd mactatę hostię sanguine fœdera solerent confirmari: ut est videre apud Liv. lib. 1. ab Vrbe condita, ubi vetustissimum fœdus inter Romanos Albanosq; initum, porcæ immolatione docet sancitum fuisse. Hoc etiam Servius explicans illud Virgil. 12. Aeneid. Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit: Sanctum, inquit, dicitur quasi sanguine cōsecratum. Vnde & Sanctio vocatur pars illa legis, qua eam violantibus pœna prescribitur. Sed de hoc suo loco. Est itaq; sancire, sanctè aliquid & inviolabiliter constituere. Cicer. de Amic. Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Idem 1. de legib. Populariter interdum loqui necesse erit & eam legem quæ scripto sanciat quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus appellat. Cæs. 1. bel. Civil. Hæc quò faciliùs certisq; conditionibus sanciantur, aut, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. Heu, Quàm temerè in nosmet legē sancimus iniquā! Cic. Attic. lib. 10: Ego verò Solonis popularis tui, ut puto etiā mei, legem negligam, qui capite sanxit, siquis in seditione non alterutrius partis fuisset: Id est, legibus suis capitis pœnam statuit. Idem de Arusp. resp. Hoc si minus jure civili perscriptum est, lege tamen naturæ, communi jure gentium sancitum est: id est, receptum & corroboratum.

Sancītus, a, um, participium à supino sanctum, Idem quod sancitum. [מוּקָם mukám מְחֻקָּק mechukkák. ὁ νομοθετηθείς, κυρωθείς. Gall. Ordonné. Ital. Ordinato. Ger. Geordnet darob zu halten/ bestätiget. Hisp. Ordenado. Pol. Postanowiony y potwierdzony. Vng. Vegezessel meg erősített. Ang. Decreed, or deined.] Liv. 10. ab Vrbe: De provocatione legem diligentiùs sanctam. ¶ Hinc deducitur & Sanctus, a, um, nomē quod significat propriè id quod neque religiosum est, neq; profanum, sed sanctione quadam confirmatum, ita ut violari non liceat. [קָדוֹשׁ kadhósch, ἱερός. Gall. Sainct, & sans tache de vice. Ital. Santo, senza machia di vitio. Ger. Heilig. Hisp. Sancto, dedicato à Dios. Pol. Swieti. Ang. Holy.] Cic. post reditum: Numenq; vestrum æquè mihi grave & sanctum ac deorum immortalium, erit. Idem 2. de Nat. deor. Astypalæa insula Achillem sanctissimū colit. Idem de Arusp. respon. Id omnibus semper sanctum, augustum, & religiosum esse visum est. ¶ Sancta loca, dicuntur quæ adversus injuriā & vim religione quadam muniuntur, & (ut inquit Donatus) quæ omni observatione inviolata sunt. Sanctum (inquit Martianus de rerum divisione) propriè dicitur quod ab injuria hominum defensum atq; munitum est. ¶ Sanctum interdum idem quod purum & impollutum. Virg. 12. Aeneid. Sancta ad vos anima, atq; istius inscia culpæ Descendam. Idem 11. Aeneid. tuq; ô sanctissima conjux Fœlix morte tua: id est, castissima conjux.

Sanctŭlus, sanctula, sanctulum, diminutivū à Sanctus, per contemptum deductum. Hieronymus in Rufinum: Tibi quasi religiosus, & sanctulus personam humilitatis imponis.

Sanctè, adverb. Religiosè. [ἁγίως. Gall. Sainctement. Ital. Santamente. Ger. Heiliglich. Hisp. Sanctamente. Pol. Swiecie. Vng. Zentül. Ang. Holy.] Cic. pro Font. Ab his quicquam sanctum, aut moderatè dictum putabis? Plaut. Cap. An tu dubium habebis, etiam sanctè quum ego jurem tibi? ¶ Aliquando idem quod firmiter & constanter. [βεβαίως. Gall. Fermement, constamment. Ital. Fermamente. Ger. Bestiglich. Hisp. Firme y fuertemente.] Cicer. Licin. lib. 5. Epist. Meq; ea quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissimè esse observaturum, diligentissimeq; esse facturum. ¶ Hinc compositum persanctè. Terent. in Hecyr. Thais persanctè dejerat. Plaut. Persanctè juravit se facturum.

Sanctor, ris, m. t. Sancitor: ut Sanctor legis, idē quod legislator. [מֵקִים mekim (vel) mekajjém מְחוֹקֵק mechokek. νομοθέτης. Pol. Vstawca. Vng. Torvenyado vegező. An. A lawmaker.] Tacit. lib. 3: Sed præcipuus Servius Tullius sanctor legum fuit.

Sanctĭo, onis, f. t. Confirmatio: [חֹק chok חֻקָּה chukkáh. βεβαίωσις. Gall. Ordonnance, ratification, confirmation. Ital. Confirmatione, ratificatione. Ger. Ein bestätigung/ ein satzung/ ein bott oder verbott das man bey einer peen steiff halten soll. Hisp. Establecimiento. Pol. Vstawa, vtwierdzenie. Vng. Vegezessel meg erősítés. Ang. Ordinance, ratefying, or decreeing.] ut Sanctio fœderis, apud Cicer. pro Cor. Balbo, ponitur pro lege, constitutione & decreto. Ibidē: Sanctiones sacratæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœna, quum caput ejus qui contra facit, consecratur. ¶ Aliquando sanctio significat partem illam legis qua se contra violatores munit, qua pœna constituitur. Sanctio (inquit Servius) latio legis est, cum terrore pœnæ. Cicero 6. Verr. Nisi vehementiùs homini minatus essem, nisi legum sanctionem, pœnamq; recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. Idem ad Attic. lib. 3: Sed vides nunquam esse observatas sanctiones earum legum quæ abrogarentur.

Sanctĭtas, sanctitatis, f. t. Pietas, reverentia, sanctimonia. [קֹדֶשׁ kódhesch. ἁγιότης, ὁσιότης. Gall. Saincteté. Ital. Santità. Ger. Heiligkeit/ frombkeit. Hisp. Sanctidad. Pol. Swiatość, pobożność. Vng. Zentség. Ang. Holinesse, devotenesse.] Cic. 1. Offic. Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. Idem pro Cælio: Si matremfamiliās secus quàm matronarū sanctitas postulat, nominamus. Idē 2. de Fin. Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia, pœnæ, aut infamiæ metu coërcebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur.

Sanctĭtudo, sanctitudinis, f. t. Sāctitas. [קֹדֶשׁ kódhesch. ἁγιότης.] Cic. 4. de Rep. ut citat Nonius: Eosdem terminos hominum curæ atq; vitæ, sic Pontificio jure sanctitudo sepulturę. Accius Tereo, apud eundem: Alia hic sanctitudo est, aliud & nomen, & numen Iovis.

Sanctĭmōnĭa, sanctimoniæ, Sanctitas. [קֹדֶשׁ kódhesch. ἁγιότης.] Cic. pro Quintio: Quid mihi, inquit, cū ista sanctimonia summa ac diligentia? Idem pro Rabirio: Mentes quæ ex hominum vita ad deorum immortalium religionem, sanctimoniam demigrarunt.

Sānctīmōnĭālēs dicuntur monachæ. ἀσκήτριαι. Augustinus in psalmum Iubilate: Iuvenes sanctimoniales indisciplinatas, nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est?

Sānctĭmōnĭum, n. f. ἁγνεία vocatur sanctimonialiũ professio.

Sānctŭārĭum, sanctuarii, n. f. Abditissimus templi locus, sacrarium. [מִקְדָּשׁ mikdásch דְּבִיר debir. ἄγιον ἁγίων, ἄδυτον. Gall. Sanctuaire, vn lieu sainct & retiré. Ital. Santuario. Ger. Das Heiligthumb. Bel. Een Sacristie. Hisp. Lugar donde guardan las cosas sanctas. Pol. Miejsce swiete, gdzie sam tylko kapl'an wchodzi. Vng. Zentseg tarto hely helib auagy ritek zent hely. Ang. A sanctuarie, the most holie and secret place in the churche.] Sanctuaria quoque Mithridatis appellavit Plin. lib. 23. cap. 8. quæ alio loco vocat arcana: Plutarchus ἀπορρήτοις: In sanctuariis, inquit, Mithridatis maximi Regis devicti Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti. Sanctuariũ Cæsaris appellat Siculus Flaccus, sanctius tabularium principis.

Sāndălĭum, lii, n. f. [σανδάλιον, ἢ σάνδαλον. Ger. Ein gantzig schuh: etlich sagen pantoffien. Pol. Pątonki. Ang. A shoe called a slipper or pantouffle.] Luciano muliebris calceamenti genus. Terent. in Evnuch. Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput. ❡ Hinc Sandalarius Apollo dictus est: à vico, cujus meminit Gellius libro 17: In Sandalario fortè apud librarios fuimus. ❡ Item Sandaligerula, σανδαλιοφόρος, ἡ, quæ sandaliis utitur. Plautus in Trinum. -ducitur familia totâ, Vestispici unctor, auri custos, flabelliferæ, sandaligerulæ, Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis & peni.

Sāndălum, li, n. f. Farris Gallici genus, plus alio quovis farre panis reddens. Plinius lib. 18. cap. 7: Galliç quoq; suum genus farris dedêre, quod illinc Brance vocant, apud nos sandalum, nitidissimi grani. Est & alia differentia, quòd quaternis libris plus reddat panis, quàm far aliud. Ruellius autor est, etiã hodie Gallis unius literæ immutatione Blance appellari.

Sāndălīdēs. σανδαλίδες. Palmæ genus, à similitudine sandalii dictum. Plin. lib. 13. cap. 4: Quarta autoritas sandalidum, à similitudine appellatum.

Sāndăpĭlă, sandapilæ, pen. corr. f. p. [σορὸς τῶν νεκρῶν φερομένη νεκροφόρος. Gall. Biere à mettre les trespassez. Ital. Cadaletto da morti. Ger. Ein todenbar. Hisp. Lecho en que llevan à enterrar los muertos. Pol. Mari. Vng. Zent mihaly lova selye. An. A biere or cophin where dead men ar caried.] Genus feretri, quo tenuiorum cadavera efferebãtur. Mart. li. 8: Grãdis in angusta sarcina sandapila.

Sāndăpĭlārĭi, dicebantur vespillones, qui pauperum cadavera in sandapila efferebant.

Sāndărăchă, sandarachæ, f. p. [σανδαράχη. Ger. Roßgel oder Bergrot. An. A bright redde colour vsed of peinters, arsenik.] Coloris rubri genus est, quod in aurariis & argentariis fodinis invenitur, eò melius, quò magis rufum, quoq; magis virus redolet, quoq; purius est magisq; friabile. ❡ Est & sandaracha factitia, quæ ex cocta cerussa confici solet. Plin. lib. 35. cap. 6: Sandaracha quo modo fieret, diximus. Fit & adulterina ex cerussa, non in fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Pretium in libras asses quini. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandycem facit. ❡ Sandaracha, item herbæ homẽ apibus gratissimæ, quam alio nomine cerinthum appellant. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

Sāndărăchĭnŭs, a, um, pen. corr. σανδαράχινος. Quod colorem sandarachæ refert: hoc est, quod flammæ colorem imitatur. Nævius apud Nonium: Merula sandarachino colore.

Sāndărăchātŭs, adject. Cui sandaracha admista est. Plin. lib. 35. cap. 13: Item lentes tollit cum squamis æris, aceto sandarachato admisto.

Sāndăstrŏs, Gemma est ex genere ardentium, quã aliqui garamantiten vocant. Habet velut in translucido stellantes intùs aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Hanc nõnulli eandem putaverunt cum sandasere, quam Nicanor sandaserion & sandaseron appellat: sed falsò, ut inquit Plinius, vicinitate nominum decepti: quum sint gemmæ prorsus diversæ. Vide Plin. lib. 37. cap. 7.

Sāndȳx, sandycis, m. t. [σάνδυξ. Ger. Sammetrot oder Bergrot/ Menning. Pol. Minium.] Coloris rubri genus, quod fieri solet ex cerussa vehementiùs adusta, teste Galeno ad finem lib. 9. Simplic. Plin. & ex sandaracha fieri tradit æqua parte rubricæ admista. Quo in loco & Virgilium tacitè imperitiç videtur reprehendere, quod sandycem herbam esse crediderit: quũ ait: Spõte sua sandyx pascẽtes vestiet agnos. Verùm (quod viri totius memoriç doctissimi bona cũ venia dictũ velim) eo ex versu colligi nõ potest, Virgiliũ sandycem pro herbæ genere posuisse: quod & ante nos annotavit Virgilius Marcellus eo capite quo de sandaracha agit Dioscorides. Illud enim solùm videtur spectasse Maro, cam fore rerũ omnium & felicitatẽ, ut sponte sua colores in oviũ velleribus nascerentur, & inter pascendũ lanæ colorarentur: neq; id pastu sandycis futurũ significasse, sed id tantùm voluisse fore ut sponte sua lanç sandycis colorem contraherent, nõ detonsæ, sed in ipsis agnorum tergoribus, quum interim illi pascerentur.

Sāne, adverb. Profectò, certè. [אָכֵן achén אוּלָם ulam, ὄντως, ἀληθῶς. Gall. Certes, vrayement. Ital. Certamente, veramente. Ger. Zwar/warlich. Hisp. Ciertamente. Pol. Ziemsem. Vng. Bizonyara. Ang. Truely, surely, verely.] Cic. ad Lentulum lib. 1: Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. ❡ Aliquando in concessionibus locum habet: ut, Sit sanè ut vis pro esto ut vis. Cicero: Quid enim habet commodi? quid non potius laboris? sed habeat sanè. Quint. Tulerit sanè filius noster meritò pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquimur, quasi dicat: Esto ita, sit ut tu vis. ❡ Quandoq; ponitur pro valde, quoniam qui sanus est, validus est. μάλα. Sueton. Bellum sanè difficile gessit. ❡ Iungitur nonnunquã cum &, affirmativaq; est. Quint. Et sanè quis concipiat vel declamãtis habitum, vel orantis vocem, incessum, pronuntiationẽ, illum denique animi & corporis motũ? Item cum quàm, Gellius: Sanè quàm utile est. ❡ Non sanè, pro non admodũ. Cic. 2. de Finib. Post enim Chrysippum nõ sanè est disputatũ. Budæus. ❡ Sanè bene: id est, bene quidem. Cic. pro Quint. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica: sanè bene culta & fructuosa. ❡ Ponitur aliquando in principio sententiæ. Cicer. 2. de Natura deor. Sanè rebat ut qualis eorũ natura sit, consideremus. ❡ Ponitur aliquando pro Satis. Cicero: Sopater, quum hoc illi improvisum accidisset, commotus est sanè. ❡ Aliquando pro multum. Terent. in Andr. Sanè pol illa temulenta est mulier.

Sānēsco. vide SANVS.

Sangenos. Gemma est ex opali generibus, quam ob eximiã gratiam, & παιδέρωτα quidam appellarunt. Plin. lib. ult. cap. 6.

Sānguĭs, sanguinis, m. t. quod & sanguen, neutri generis ab antiquis dicebatur. [דָּם dam. αἷμα. Gal. Sang. Ital. Sangue. Ger. Blut. Hisp. Sangre. Pol. Krew. Vng. Ver. Ang. Bloude.] Lucret. Viscerbus viscus gigni, sanguenq; creari. Dicitur autem propriè sanguis, qui est intra venas: cruor verò, qui jam extra vasa est effusus. Cic. 2. de Nat. deor. In quam sanguis à jecore per venã illam cavã influit, eoq; modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Idem 2. de Orat. Reliquæ duæ, sicut sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debent. Virg. 2. Aen. nec soli pœnas dant sanguine Teucri. Idẽ Egl. 8: Sævus amor docuit natorũ sanguine matrem Cõmaculare manus. ❡ Detractio sanguinis, & Sanguinis missio, φλεβοτομία. & Sanguinem mittere, & sanguinẽ detrahere, φλεβοτομεῖν, apud Celsum lib. 2. cap. 8. & 9. sæpiùs leguntur. Quint. lib. 2. cap. 10: Impleat se declamator aliquando, dũ sciat, ut quadrupedes, quæ viridi pabulo distentæ sunt, sanguinis detractione curantur, &c. ❡ Sanguis ærarii, pro substantia in ærario cõtenta metaphoricè. Cic. 5. Verr. Quæ quũ de pop. Rom. victu, de vectigaliũ nervis, de sanguine detraxisset ærarii, Tertiæ minæ cõdonavit. Plenus sanguinis, pro sanguinario. Plaut. in Bacch. Magistrõn' quenquã discipulũ minitarier? Nil moror discipulos mihi esse tã plenos sanguinis. ❡ Sãguis pro vigore ac vi. Cic. ad Att. li. 4: Amisimus, mi Põponi, omnẽ succũ & sanguinẽ, sed etiam colorẽ & speciem pristinã civitatis: nulla est Resp. quæ delectet, in qua acquiescã. ❡ Sanguis, pro Progenie. [דּוֹר dor. γενεά. συγγένεια. Gall. Lignee & race de quelqu'vn. Ital. Generatione, progenia. Ger. Ein Geblüt/Geschlecht. Hisp. Generacion, linaje. Pol. Narod. Ang. The stock or parentage where of one commeth.] Virg. 4. Aen. Trojano à sanguine duci Italiã regeret: genus alto à sanguine Teucri Proderet, ac totũ sub leges mitteret orbẽ. Idẽ 2. Aen. hortamur fari quo sanguine cretus, Quidve ferat, memoret: quç sit fiducia capto. Cic. pro Rosc. Amerin. Magnã vim, magnã necessitatẽ, magnã possidet religionẽ paternus maternusq; sanguis. Quint. lib. 8. cap. 3: Vt medici abalienata morbis mẽbra præcidũt: ita turpes ac perniciosos, etiã si nobis sanguine cohæreãt amputãdos. ❡ A' Sãguis fit cõpositũ Exãguis. Item denominativũ Sãguineus, ejusq; compositũ Cõsanguineus: de quibus suo loco. ❡ Sanguine flere, αἷμα κλαίειν, proverbialis hyperbole, significãs nihil nõ fieri quo flectatur aliquis. Sic enim antiquitus loquebãtur. Haud flesses illũ, ne si sanguine quidẽ fleveris. Translatũ videtur à prodigiis, quibus interdũ statuæ sanguineis guttis lacrymare videntur.

Sānguĭcŭlŭs, Sanguis hœdi, sive suis, in cibũ formatus. αἱμάτιον. Plin. lib. 28. cap. 14: Vtuntur ad utrunq; vitium & coagulo hœdi in vino myrteo magnitudine fabæ poto, & sanguine ejusdem in cibum formato, quem sanguiculum vocant.

Sānguĭnālĭs, & hoc sanguinale, pen. prod. ut sanguinalis herba πολύγονον. eadem quæ Sanguinaria. Col. lib. 7. cap. 12.

Sānguĭnŏlēntŭs, a, um, Plenus sanguine, & sanguine conspersus. [αἱματώδης. Gall. Sanglant, plein de sang. Ital. Sanguinoso, pieno de sangue, tutto sangue. Ger. Blutig/voll blut. Hisp. Cosa llena de sagre. Pol. Krwawi. Vng. Verbs verel tellyes. Ang. Full or sprinkled with bloode.] Varro de Vita popul. Roman. Itaque propter amorem imperii, magistratus grãdatim, seditionibus sanguinolentis

sanguinolentis urbem perturbavêre. Ovid Epist. 3: Vidi quâ tus erat, fusum tellure cruenta Pectora jactantem sanguinolenta virum. Idem 1. Amor. Eleg. 12: Ille color verè sanguinolentus erat. ¶ Litera sanguinolenta, pro invectiva, seu famoso libello. Idem in Ibin: Nullaq; quæ possit, tot scriptis millibus, extat Litera Nasonis sanguinolenta legi. Sanguinolenti præterea appellabantur infantes expositi, quòd recens nati efferrentur, de quibus in C. sub Rubr. de infant. exposit. & de iis qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

Sanguĭnārĭus, ria, rium, adjectivum, Sævus & crudelis. [φιλαίματος, αἱμοχαρής. Gall. *Sanguinaire, cruel.* Ital. *Crudele, sanguinario.* Ger. Blutdürstig/bluthund/rauw und grausam. Hisp. *Ensangrentador, cruel.* Pol. *Okrutnik, krwie przelicwcza.* Vng. *Ver zopo kegetlen.* Ang. *Cruell, bloode thirstie or bloodie.*] Cic. Itaq; gravem illam, ac sanguinariam vocem audivimus. Sic sanguinarius homo dicitur à Seneca, qui gaudet humano sanguine, & crudelis est. Cic. ad Att. lib. 2: Megabrotus, & hæc sanguinaria juventus inimicissima est. Plin lib. 19. cap. 5: Tarquinius nuntiũ illam sævum atq; sanguinarium filio remisit ex horto. ¶ Sanguinaria, herba est quam Græci à multitudine geniculorum πολύγονον appellant. Sanguinaria dicta, propterea quòd succus ejus infusus naribus, supprimit sanguinem. Colum. lib. 7. cap. 5: Est etiam gravis pernicies herbæ sanguinariæ, quam si pasta est ovis, toto ventre distenditur contrahiturq;, & spumã quandam tenuem tetri odoris expuit. Vocatur & sanguinalis herba. Colum. lib. 7. cap. 12, cujus hæc sunt verba: Possunt etiam ut Cornelius præcipit, lilii radix, aut scylla cum sale, vel sanguinalis herba, quã πολύγονον Græci appellãt, vel marrubiũ, ferro reclusa sanare. Vulgus *corrigiolam* vocat, & *centinodiam*.

Sanguĭnĕus, a, um, is cui plurimum inest boni sanguinis. [ὕφαιμος, αἱματώδης. Gall. *Sanguin, de sang.* Ital. *Sanguigno.* Ger. Blutreich/blutig. Hisp. *Lleno de sangre.* Pol. *Krwie pel ni.* Vng. *Veresakiben sok is ver vagyon.* Ang. *That hath much bloode, of a sanguine or bloodie colour.*] Medicis enim sanguineus dicitur, cui plurimum insit boni sanguinis: hoc est, qui temperamento calido sit & humido. ¶ Aliquando id est quod ex sanguine constat: ut Imber sanguineus, apud Ciceronem 3. de Divinat. Plin. lib. 11. cap. 37: Costæ nulli, nisi sanguineum pulmonem habent. Ovid. 2. Metam. - at inde Sanguineæ manant tanquã de vulnere guttæ. ¶ Interdum idem quod sanguinolentus. αἱματώδης. Ovid. 3. Trist. Eleg. 9: Pallentesq; manus, sanguineumq; caput. ¶ Modò ad animum refertur: & significat crudelem cruentumq;. Ovid. 12. Metamorph. Hunc ego sanguineæ successu cædis ovantem Eminus ingenti resupinum pondere fudi. Horatius 1. Carminum, Ode 27: Tollite barbarum morem, verecundumq; Bacchum sanguineis prohibete rixis. ¶ Sanguineus frutex, à corticis sanguineo colore nomen accepit, vimina ferens lenta, vitibus vincula suppeditantia, teste Plin. lib. 16. cap. 37: Virgæ sanguineæ, ex sanguineo frutice detractæ. Idem lib. 19. cap. 10: Sunt qui virgis sanguineis tangãt ea quæ erucis nolint esse obnoxia. Idem li. 24. cap. 10: Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior cicatrices quæ persanavêre aperit.

Sanguino, sanguinas, sanguinare, Est sanguine manare. [αἱμάσσω. Gall. *Saigner, jetter sang.* Ital. *Insanguinare.* Ger. Bluten. Hisp. *Ensangrentar, haziendo sangre.* Pol. *Krew puszczam.* Vng. *Verel folyok.* Ang. *To lett out bloode.*] Quint. 10. Declam. 10: Tum reptetus sanguinavêre planctibus jam convalescentes lacerti. Et iterum: Mulier quæ sanguinantes porrigit ad judicem lacertos. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Nã lucrosę hujus & sanguinãtis eloquẽtiæ usus recẽs, & malis moribus natus.

Sanguĭsūgă, sanguisugæ, pen. prod. Vermis in aqua degens, sanguinemq;, sese lavantium exugens: qui & hirudo dicitur. [עלוקה haluká. βδέλλα. Gall. *Vne sangsue.* Ital. *Sansuga, sanguisuga, sanguetta.* Ger. Ein âgel so das blut sauget. Hisp. *Sanguisuella.* Pol. *Pijawka.* Vng. *Nadaly pioka.* Ang. *An horseleach or bloode sucker.*] Plinius lib. 32. cap. 7: Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur.

Sănĭēs, hujus saniei, f. q. Sanguis corruptus, necdum ad puris albedinẽ crassitudinẽq; coctus. [חבורה chabburah. ἰχώρ. βρῶμα. Gall. *Sang meurtri ou venant à corruption.* Ital. *Marcia, sangue marcio.* Ger. Wundschweiß / die materi auß welcher der eyter wachs. Bel. Etter. Hisp. *Sangnaza de la sangre.* Pol. *Drzen, krew ropa.* Vng. *Ev gënietseg ertelenus.* Ang. *Mater comming of putrefaction, corrupted bloode.*] Virg. 8. Aeneid. & sanie, taboq; fluentes. Celsus lib. 5: Sanguis omnibus notus est: sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimũ, albidissimumq;, glutinosius, & sanguine & sanie. Exit autem sanguis è vulnere recenti, aut jã senescente: sanies inter utrunq; tẽpus est: pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. ¶ Ponitur aliquando sanies pro lanæ infectura. Plin. lib. 9. cap 38. Rursusq; cominata mergitur, donec omnem ebibat saniem. ¶ Sanies oleæ est ipsa amurca: hoc est, fæx olei. Plin. lib. 15. cap. 3: Olivę constãt nucleo, oleo, carne, amurca: sanies est hęc ejus amara.

Sănĭōsus, adjectivum, Sanie, & impuro sanguine conspersus. [ἰχωρώδης. Gall. *Saigneux, plein de sang meurtri.* Ital. *Guasto di marcia o pieno di essa.* Ger. Schweissig und eyterächtig. Hisp. *Lleno de sanguaza.* Pol. *Pokrwawiony, posoczony.* Vng. *Evsilen eues, gbu yersegei.* Ang. *Full of putrefaction and corrupted bloode.*] Plin lib 7 cap. 15: Aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, ut autor est Nigidius.

Sanĭtas, Vide SANUS.

Sannă, sannæ, per duplex n, f. p. Irrisio, quæ (ut inquit Hieronymus) ab occipitio distorto ore, & labris cõtractis fit, anteriorum dentium ostentatione. Cornutus verò in Persium Satyr. 1. Tria Sannarum genera esse scribit, cùm aut manum contractis digitis, & ad inferiorẽ partem inclinatis Ciconia significatur: aut auriculæ asini apponũtur: aut lingua in modum sitientis canis protenditur. [קלס kéles קלסה kallasah. χλεύη. Gall. *Mocquerie.* Ital. *Irrisione, dileggiamento.* Ger. Verspottung mit zerzerrtem maul/vermupffung. Hisp. *Ronquido o escarnio.* Pol. *Oszczerganie.* Vng. *Zay vigye vitassal valo gunyolas.* Ang. *A scoffe, a mocke.*] Quo vocabulo usus est Iuven. Satyr. 6: I nunc, & dubita qua sorbeat aëra sanna Tullia. Et Pers. Satyr. 1: Vos ô patritius sanguis, quos vivere fas est, Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ. Proverbialiter hoc dixit pro clancularia irrisione. ¶ Hinc Sanniones, & sannii, ut inquit Probus: de quibus paulò pòst. Item Desanno, desannas, quod est, per fastidium derideo. Subsanno, de quo alibi χλευάζω. ¶ Similiter sannatores, qui eo modo irrident χλευασταί.

Sannĭo, sannionis, m. t. Qui soluto risu, & contortis corporis totius partibus quempiam irridet, moresq; aliorum tam inepto gestu exprimit, ut quum alios irrideat, ipse omnibus sit ridiculus. [מתקלס mithkalés. χλευαστής. Aristot. Gal. *Mocqueur, le fol en vn jeu ou en vne farce.* Ital. *Chi fa il buffone, o contrafa altri nelle comedie.* Ger. Ein gäffer / ein schalcknarr: der mit seinem spöttischen possen jederman zu lachen macht / ein läppischer spötter. Hisp. *El mofador o escarnidor, bouo.* Pol. *Oszczerca.* Vng. *Zay vigiorito sal valo gunyolo, habatalud valo tsufolo.* Ang. *A scoffer or mocker.*] Cic. 2. de Orat. Quid enim potest esse tãm ridiculum quàm sannio est, qui ore, vultu, imitandis moribus, voce deniq; corpore ridetur ipso? Idem ad Papyrium, lib. 9: Salis enim satis est, sannionum parum. ¶ Sannio quoque per metaphoram dicitur, qui rectum vultum non habet, quòd granniones alios irridendo, os & vultum distorqueant, Cornutus in Pers. Sat. 1.

Săno, sanas, vide SANUS.

Sanqualĭs, Avis, quam quidam ossifragam appellant. φήνη. de qua vide Plin. lib. 10. cap. 7: Sanqualem autẽ atq; immusulum, Augures Romani in magna quæstione habent. Immusulum aliqui vulturis pullum arbitrabantur esse, & Sanqualẽ Ossifragę. Massurius Sanqualem ossifragã dicit esse, immussulum aût pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Quidam, post Mutium Augurem non esse visos Romæ affirmavêre.

Sansucus, vide SAMPSUCHUM.

Sansă, vide SAMPSA.

Santălum, santali, [σάνταλον. Ger. Sandelholtz/Sandel.] Aëtio, quod vulgus *sandalum* vocat, Lignum est quod India mittit: cujus tria sunt genera, candidum, rubrum, luteum: quibus simul commistis fit compositio vulgatis, quæ trisantalon appellatur. Vide Ruellium.

Santernă, santernæ, f. p. [Ger. Berggrün.] chrysocollæ genus est, quo aurifices utũtur ad auri ferruminationẽ. Temperatur Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

Santonica, Tertia absinthii species est minore folio quã Ponticum: aliis nominibus absinthium marinum, & absinthium seriphum appellatum ἀψίνθιον θαλάσσιον. Dicta santonica, sive (ut apud Plin. lib. 27. cap. 7. legitur) Absinthium Santonicum, à Santonibus Galliæ Aquitaniæ populis, apud quos copiosissimè provenit.

Sānus, a, um, Integer, incorruptus, bene habens, prospera usus valetudine, cujusq; partes omnes probè suas obeunt functiones. [בריא bari תמים tamim חי chaj. ὑγιής. Gall. *Sain.* Ital. & Hisp. *Sano.* Ger. Gesundt. Pol. *Zdrowi.* Vng. *Egeszseges.* Ang. *Whole or in health.*] Cicero in Philip. Quasi medicus ille te sanum fecisset. Cato cap. 137: Quum plurimũ ederit, tum citissimè sanus fiet ex eo morbo. Propert. li. 2. Eleg. 13: Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentũ cuipiam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. ¶ Transfertur & ad animũ. Vnde dicimus hominẽ sana mente, sanoq; cõsilio. Terent. in Heavt. Satin' sanus es, aut sobrius? Plaut. Trinum. Satin' tu sanus mẽtis, aut animi tui, qui conditionem Hanc repudies? Cicer. 2. de Nat. deor. Esse igitur deos, ita perspicuum est, ut id qui neget, eum sanæ mentis non existimem. ¶ Nihil sanum, οὐδὲν ὑγιές. Proverbiũ, quo indicatur summa morũ corruptio, & nullius honesti respectus. ¶ Hinc insanus dicitur, cui mentis sanitas deest: hoc est, qui instrumẽtũ principũ animæ facultatũ habet vitiatum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

vitiatum. ἄνους, ἄνοος. Vnde insania, pro dementia: & Insanio, pro deliro, desipio, mentis compos non sum: de quibus copiosiùs egimus suis locis.

Sānĭtas, ratis, f.t. Bona valetudo: hoc est, status corporis actiones omnes suas probè obeuntis. [רפואות rephuàh רפואות rephuoth מרפא marpè תעלה tehalàh. ὑγεία. Gall. Santé. Ital. Sanità. Ger. Gesundtheit. Hisp. Sanidad. Pol. Zdrowie. Vng. Egesseg. Ang. Health of bodie.] Quintil. lib. 5. cap. 10: Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Cic. 5. Tusc. Corporis temperatio, quum ea congruunt inter se è quibus cōstamus, sanitas est. ¶ Per translationem quoq; de animo dicitur, quū ille functiones suas probè obit. Vnde redire ad sanitatem dicimus: pro eo quod est resipiscere. Cicer. Cassio lib. 11 Epist. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Calend. Septemb. potestas facta est.

Sāno, sanas, act. p. Sanum facio, redintegro, & incolumitati restituo. [רפא rippa החיה ghabah היה chajah ἰάομαι, ὑγιάζω, ἀκέομαι. Gall. Guarir. Ital. Sanare, guarire. Ger. Heylen vnd gesundt machen. Bel. Gesondt maken. Hisp. Sanar à otra cosa. Pol. Vzdrawiam. Vng. Meg gyogitom. Ang. To heale.] Cic. 4. Tusc. Citiusq; oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Idē 3. de Nat. deor. Nec enim Herculi nocere Dejanira voluit, quum ei tunicā sanguine Centauri tinctā dedit, nec prodesse Pheræo Iasoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quā sanare medici non potuerant. Ovid. 10. Metam. habeo quod carmine sanet, & herbis. ¶ Vulnera Reip. sanare, per translationem. Cic. 4. de Fin. Quæ hic Reipubl. vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Idem 2. in Catil. Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, nō tam ulcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare Reip. Tibul. lib. 2. Eleg. 3: Nec potuit curas sanare salubribus herbis. ¶ Hinc fiunt Consano, & Resano, composita: quorum significationes suprà explicantur suis locis.

Sanātĭo, sanationis, f.t. Valetudinis restitutio. [רפואה rephuàh רפואות rephuoth מרפא marpè תעלה tehalàh. ἴασις, ὑγείωσις. Gall. Guarison. Ital. Il restituire la sanità. Ger. Heilung/widerbringung der gesundtheit. Hisp. Obra de sanar. Pol. Vzdrowienie. Vng. Meg gyogitas. Ang. A healing or curing.] Cic. 3. Tuscul. Quumq; ad corporum sanationem multum ipsa corpora, & natura valeant, &c. Et paulò pòst: Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est.

Sānābĭlis, le, om. t. Qui sanari potest. [ἰάσιμος. Gall. Facile & aisé à guarir, guarissable. Ital. Cosa atta à risanarsi. Ger. Vnd so fertig/ das sich leichtlich heylen laßt. Hisp. Cosa que se puede bien sanar. Pol. L'atwi do vzdrowienia. Vng. Meg gyogitato. Ang. That may be healed or cured.] Plin. lib. 29. cap. 4: Aspides percussos torpore, & somno necant, omnium serpentum minimè sanabiles. Ovid. 1. de Rem. amor. Vidi ego, quod primò fuerat sanabile vulnus, Dilatum longæ damna tulisse moræ. Cic. 4. Tusc. Qui autem natura dicuntur iracundi, aut immisericordes, aut invidi, aut tale quid, ii sunt ejusmodi cōstituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen.

Sānesco, sanescis, n.t. Sanus fio. [חיה chajah נרפא nirpà ὑγιάζομαι. Gall. Se guarir. Ital. Sanarsi. Ger. Heil oder gesundt werden/ genesen. Hisp. Sanarse. Pol. Pozynam zdrowiec. Vng. Meg gyogyulok. Ang. To waxe heale.] Colum. lib. 6 cap. 7: Sed vulnera facta igne, dum sanescūt, defricare bubula urina convenit: at ferro rescissa, melius pice & oleo curātur. ¶ Hujus compositum est Consanesco. Colum. lib. 4: Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id ex quo viride, & tenerū deceptum est, celeriter consanescit.

Săpa, æ, f. p. à sapiditate, Vinum ex musto ad tertias decocto confectū. σιραῖον, Græcè, & ἕψημα ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. [Gall. Du vin cuit. Ital. Sapa, vin cotto. Ger. Eyngesotener Wein/ oder most biß auff das dritthail. Hisp. La meloxa ò arrope. Pol. Winno przywarzone. Vng. Fŏt bor tu/fia. Ang. Sodden wine.] Plin. lib. 23. cap. 2: Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars supersit. Idem lib. 14. cap. 9: Siræum, quod alii hepsema, nostri *sapam* appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usq; ad tertiam partem mensuræ decocto. Martialis: Et Lalætanæ nigra lagena sapæ. Ovid. 4. Fast. Lac niveum potes, purpureamq; sapam.

Săperda, f. p. σαπέρδης. Piscis pontici genus, teste Athenæo, lib. 3. qui in Mæotide optimus capiebatur. Pers. Satyr. 5: Ecquid agam, rogitas? En saperdam adveho Ponto. Festus saperdam vilissimum piscem interpretatur. Quinetiā Phocion, referente Cœlio Rhodigino, saperdā pro apua accepit arundini inserta. ¶ Nonius per translationē pro sapiente, & venusto accipi annotavit, citās locum Varronis in Modio: Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdæ quum simus σαπροί.

Săpĭdus. Sapiens. Sapientia. Vide SAPIO.

Săpīnus pen. prod. Pars est abietis inferior, quæ enodis est: [ἐλάτη. Gal. Vn sapin. Ital. Abiete albero, parte più bassa d'esso. Ger. Das vnderist theil einer tannen so ohne knöpff ist. Hisp. La parte baxa del abeto arbol, o abeto ello, o pinsabo. Pol. Pien iodl'owi. Vng. Bozkeszlen iegnye fanak. Ang. The neather part of a firre tree.] Cujus superior, quæ nodosa est fusterna. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua *sapinum* vocat. Vide Plinii lib. 6. cap. 39.

Săpīneus, a, um, Quod ex sapino est. [ἐλάτινος. Gall. De sapin. Ital. Di abiete. Ger. Das auß dem vndersten stammen ist. Hisp. Cosa de abeto. Pol. Ziodl'oczynioni. Ang. Of firre.] Colum. lib. 12. cap. 5: Alii nucibus ardentibus sapineis idem efficiunt.

Săpĭnos, Genus gemmæ est, ex amethysti generibus, colore hyacinthi, sed paulò dilutiore, quæ & paranites dicitur. Autor Plin. lib. ult. cap. 9.

Săpĭo, pis, pivi, vel sapii, sapitum, pen. prod. vel sapui, sapitum, pen. corr. n.t. Propriè pertinet ad sensuum gustus: proprièque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. [γεύω. Gall. Sentir, avoir saveur & goust. Ital. Haver sapore. Ger. Ein geschmack oder luß haben am versuchen. Bel. Smaken. Hisp. Tener sabor. Pol. Smakuie, kosztuie. Vng. Kostolo/sal ... Ang. To savour, to have a tast in the mouth.] Iuven. Satyr. 11: Qui meminit calidæ sapiat quid vulva popinæ. Cicero 2. de Finib. Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Colum. lib. 7. cap. 8: Nec dubium quin ficti ramulis glaciatus caseus jucundissimè sapiat. ¶ Hinc sapor, & sapidus: quorum significationes vide suis locis. ¶ Transfertur & ad animum, pro sapientem esse, seu rectæ mēte præditum esse. [חכם chacham. φρονεῖν. Gall. Estre sage & posé. Ital. Esser in cervello, ... savio. Ger. Weiß oder witzig seyn/ verstendig seyn. Hisp. Saber ... prudencia. Pol. ... madri. Vng. Eszessagyek ... Ang. To be wise and wittie.] Terent. in Evnuch. Si sapis, neque præterquam quas ipse amor molestias habet, addas: & istas quas habet, rectè feras. Martialis: Nubere vis Prisco? non miror Paula: sapisti. Cicero 3. Offic. Quem qui audiant, intelligere etiam & sapere plusquā cæteros, arbitrantur. ¶ Quandoq; dativo jungitur. Plaut. in Trinum. Habeō tu amicum, aut familiarem cui pectus sapiat? Hic sapit rem suam id est, ... quid tibi agendum sit. Sapit ad genium: id est, novit curare cutem lam, & indulgere genio. ¶ Accipitur etiam sapio pro resipio ut illud apud Persium: Quum sapimus patruos: hoc est, quum sapientiam patruorum referimus. Ad hunc modum dicimus, Liber hic sapit hæresin, Phrasis sapit Græcanismum: hoc est, refert hæresin, vel Græcanismum. ¶ Hujus composita sunt, desipio, & resipio: quorum significata explicantur in verbo DESIPIO.

Săpĭens, tis, om. t. Qui sapit. [חכם chacham נבון nabon σοφός. Gall. Sage, prudent, bien avisé. Ital. Sapiente, saggio, saputo. Ger. Weiß/ verstendig. Hisp. Sabio o prudente. Pol. Rozumny, madry. Vng. Bölcs. Ang. Wise.] Cicero 4. in Catil. Miser nunquam sapienti non potest accidere. Horat. lib. 1. Epist. 7: Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratū. Idem lib. 2. Epist. 1: Sed tum hic populus sapiens. Tacit. lib. 3: Cæteri ad sapientiora convertere. ¶ Sapiens tribus modis dicitur: Primò qui scientiam aliquam optimè tenet: ut Aristoteles in philosophia, Atilius in jure civili. Secundò; qui per longā ætatem rerū multarum cognitionem adeptus est: ut Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene vivendi, & cognitionem versatur: qualis fuit Lælius. Cic. de Amic. Vnum accepimus Apollinis oraculo sapientissimū judicatum.

Săpĭentĭa, sapientiæ, f. p. Est (ut ait Cic. 4. Tusc.) rerum divinarum, atq; humanarū scientia, cognitioq;, quæ cujusq; rei causa sit. [חכמה chachmah תבונה tebunah. σοφία. Gall. Sagesse. Ital. Sapientia. Ger. Weißheit. Hisp. Sabiduria, prudencia. Pol. Madrość, rozum. Vng. Bölcsesseg. Ang. Wysdome.] Idem 2. Offic. Sapientia est (ut à veteribus Philosophis definitum est) rerum divinarum & humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, scientia. Idem 1. Offic. Princepsq; omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocāt: & qui eam profitetur, sapiens, σοφὸς, appellatur. Vnde qui nunc Philosophi dicuntur, primum σοφοὶ à Græcis, à nostris *sapientes* dicebantur. Neque quemlibet eo nomine olim dignabantur. Vix enim septem eodem tempore invenit Græcia, quibus id nominis deferret: quorum nomina & patria sic se habēt: Thales Milesius: Solon Salaminius, seu Atheniensis: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Prienæus: Cleobulus Lindius: Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus non sophum se, sed Philosophum appellavit: hoc est, nō sapientem, sed sapientiæ amatorem: & scientiam ipsam, nō Sophiam, sed Philosophiam nuncupandam existimavit, quòd hominem neminem, sed solum Deum sapientem judicaret.

Săpĭentĭpŏtens, tipotentis, penult. corr. Qui sapientia multum valet, quemadmodum Bellipotens, qui plurimum potest bello. Est autem vox Enniana satis durè composita. Cicero 2. de Divin. Postremò quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, bellipotens magis quàm sapientipotens, tamen hanc versus amphibolum intelligere potuisset.

Săpĭentĭa,

Sāpĭĕnĕ, adverb. [σοφῶς. Gall. Sagement. Ital. Sauiamente. Ger. Weislich. Hisp. Sabia, ò prudentemente. Pol. Madrze, rozumnie. Vng. Bölcsen erczsen. Ang. Wisely.] Terent. in Andr. Sapienter vita instituit. Cicero pro Domo sua: Quia jus à majoribus nostris, qui non fictè & fallacitèr populares: sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Idem Curioni lib. 2: Nemo est qui ibi suadere sapientius possit ipso. Ovid. 13. Metam. Precq; deos oro, quos hosti nuper ademi, Per siquid superest quod sit sapienter agendum, &c.

Sāpŏr, saporis, m. t. Est qualitas illa quam gustu dignoscimus. [טעם taam, γεῦσις, γεύομαι. Gall. Saueur, goust. Ital. Sapore. Ger. Der geschmack eines dings so man versucht. Hisp. Sapor de lo que se gusta. Pol. Smak, koszt smacznie. Vng. Kostolat, anagiz. Ang. A taste, sauor or smacke.] Saporum verò decem sunt genera (ut docet Plin. lib. 15. cap. 17.) scilicet dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, & salsus. Cicer. 3. de Finib. Vt enim mel etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis dulce esse sentitur. Plin. lib. 15. cap. 18: Quæ odoratiora, non eadem in gustu tetra: quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem cinnum odor acerrimus, sapor asperrimus, quadantenus & cornicinullarū odorificis. Virg. lib. 4. Georg. Asper in ora sapor. Quintil. lib. 1. cap. 10: Et muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi saporem vario florum ac succorum genere perficiunt. Idem lib. 1. cap. 1: Vt sapor, quo novas imbuas, durat, &c. ¶ Ponitur aliquando sapor per translationem pro jucunditate sermonis. Cic. de Clar. Orat. Gravius obrubat nescio quo sapore vernaculo.

Sāpĭdŭs, sapida, sapidum, Quod gratum saporem habet. [Γλυκύς. Gall. Savoureux. Ital. Saporito. Ger. Weigeschmackt oder lieblich. Hisp. Sabro al gusto. Pol. Smaczny. Vng. Ize szerint. Ang. That has a good taste, smack or relish.] Cujus contrarium est Insipidus, hoc sapore: ut Caseus sapidus, Vinum insipidum.

Sāpo, m. g. [בורית borith, σμῆγμα, σμήχω, σάπων. Gal. Du savon. Ital. Sauone. Ger. Seyffen. Hisp. El xabon. Pol. Mydło. Vng. Szapon. Ang. Soap, or any thing to cleanse with.] Plin. lib. 28. cap. 12. Prodest & sapo: Gallorum hoc invētum rutilandis capitis & fero & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis, spissus ac liquidus: utercq; apud Germanos majori in usu viris quàm fœminis.

Sāpŏr, Vide SAPIO.

Sāpphīrŭs, pen. prod. [סטיר sappir, σάπφειρος. Gall. Saphir. Ital. Zafiro. Ger. Das ein gestein so man Saphir nennet. Hisp. El saphiro preciosa. Pol. Saphir kamień. Vng. Saphir kö. Ang. A saphire stone.] Lapis pretiosus, coloris aërei, aureis pūctis collucens, de quo vide plura apud Plin. lib. 38. cap. 9.

Sāpphīrātŭs, σαπφειρώδης. Sapphiris intertextis variegatus. Sidonius: Ac si sub versicoloribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos.

Sāpphīrīnŭs, pen. corr. adject. [σαπφειρώδης. Gall. De saphir. Ital. De zafiro. Ger. Eines Saphirs. Hisp. Cosa de zafir. Pol. Safirowy. Vng. Saphir köből valo. Ang. Of saphire.] ut sapphirinus lapis, Plin. lib. 37. cap. 2.

Sāprum, [σαπρός. Ger. Ein angemacht trank von zerstossenē früchten der Cornus Cerui (das ist ein turbertbaum oder Thierichbaum) mit Saltz vnd Wein vermischt / den hefftigen Bauchlauff zu stillen.] Plin. lib. 28. cap. 9. appellat caseī quoddam genus putridum, quod cum sale & sorbis siccis è vino tritum epotumq; medetur cœliacis. Græci σαπρὸν vocant putridum: unde & σαπρόφαγοι dicuntur, qui putridis vescūtur: & verbum σαπροφαγεῖν, quod est putridis vesci. Quo quidem verbo etiam Martialis utitur lib. 3: Nescio quod stomachi vitium secretius esse Suspicatur quid enim Bætice σαπροφαγεῖν.

Sāpŏphāgus, gi. pen. corr. Martial. [Ger. Einer der die obgemaßte Speis braucht.]

Sāpsā, à veteribus dictum est pro ipsa, vel seipsa. Ennius: Quæ res sapsam loco sese ostendat.

Sārcĭsmŏs, σαρκασμός. Latinè dicitur jocus cum amaritudine, vel hostilis insultatio. [Pol. Pokpzypaiamie.] ut apud Virg. 2. Aeneid. referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori, illi mea tristia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Sārcĭnĭ, sarcinæ, Vide SARCIO.

Sārcĭo, sarcis, sarsi, sartum, Vestes consuo. [תפר taphár בדק badak, ἀκέομαι. Gall. Raccoustrer, refaire, reparer. Ital. Cusire vesti, raccomodare vesti. Ger. Zusammen flicken oder bessern. Bel. Gehert mas. His. Coser ò zarcir. Pol. Szyiemam, naprawiam. Vng. Meg varrom, ujra varrom. An. To amend, to botche, to reforce or renew.] Vnde Sartores dicti, qui vestes sarciūt, vel resarciūt. ¶ Accipitur & pro restituere, instaurare. ἀποκαθιστάναι. ¶ Per translationē ponitur pro damnū solvere, reparare. ἀντιποιεῖσθαι. Pacuvius: Tu damni nobis causa fuisti, tu nobis sarcito ut debes. Colum. li. 10. cap. 13: Quæ quum furci aliquam partem cibariorū absumunt, sarcendo damna, fiunt agiliores. Dicimus quoq; Sarcire detrimentum, pro reparare. Cæsar 1. belli Civilis: Dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temerè insecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. Sarcire infamiam. Idem 3. belli Civilis: Exercitui quidem omni tantus incessit ex incōmodo dolor, tantumq; studium infamię sarciendę, ut nemo aut Tribuni, aut Cēturionis imperium desideraret. Generis lapsi sarcire ruinas. Virgil. 4. Georg. de Apibus: Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes Incumbēt generis lapsi sarcire ruinas. ¶ Hinc componitur Resarcio pro instauro, & quasi novam formam induco.

Sārtŭs, sarta, sartum, participium. [בדוק badhūk, κεκοσμημένος, κεκαρπωμένος. Gall. Raccoustré. Ital. Raccomodato. Ger. Zusammen geflickt / ganz gemacht. Hisp. Cosido. Pol. Zszyty. Vng. Meg varratot de que varratot. An. Amended or botched.] Horat. 1. Epist. 3: an malè sarta Gratia nequicquam coit, & rescinditur?

Sārtē, adverbiū, pro integrè, Sarcire enim est integrum facere, Sospitare Instit. Grammat. lib. 11.

Sārtŏr, sartoris, m. t. Qui vestes facit, aut resarcit: [חטר tophér, ἀκεστής. Gall. Raccoustreur, rapportasseur. Ital. Raccomodatore. Ger. Ein Schneider. Hisp. Ensastre. Pol. Krawiec. Vng. Szabó. Ang. A cobler or botcher.] de quo vide plura in SARRATO, sartris.

Sārtrīx, cis, f. t. Mulier quę sarcit. [חטרת tophéreth.] Differt aūt Sartrix & Sarcinatrix, quòd Sartrix est tantūmodo quæ sarcit: Sarcinatrix verò quę sarcinas servat. Cornel. Fronto de differ. vocabul.

Sārtā tēctā, Opera publica quæ locantur ut integra præstentur. ἐπιμελῶς & ἀκεραίως. Dicimus aūt exigere sarta tecta, locare sarta tecta, cōducere sarta tecta, tradere sarta tecta, habere sarta tecta; præstare sarta tecta. Locabāt sarta tecta Censores, exigebāt ipsi quoq; Censores, interdū Aediles, aliquando etiam Prætores, nec nisi quū Senatus decreverat, tradebāt, habebāt, præstabant, conducebant sarta tecta, redemptores. Dicimus interdū cum conjunctione, sarta tectaq;, & sartum & tectum. ¶ Vtūtur antiqui hac locutione per translationē. Cic. ad Atticum lib. 13. Epist. Hoc mihi da, atq; largire, ut M. Curiū sartū & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia tuearis integrumq; conserves. Plautus in Trinum. Sarta tecta tua præcepta pater usq; habui mea modestia: hoc est, exacta, & constante undiq; obedientia, præceptis tuis parui.

Sārcĭmĕn, inis, Sutura, ῥαφή. Apuleius: Tūc tenui sarcimine summas oras ejus adæquavimus, & junctūræ rimam ferę densitate septimus.

Sārcĭnā, æ, pen. corr. f. p. Propriè utensiliū est, & eorum quæ ad cultū, & similem usum pertinēt: veluti fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit: atq; ita Cornu. Fronto distinguit ab onere, quum ait: Onus esse vehiculorū: sarcinam hominum. [משא massá מטענה mahamatsáh, φορτίον, ἐπίκοινον, βάσταγμα. Gall. Charge, fardeau, paquet qu'on porte. Ital. Carica, carga, peso. Ger. Ein burde / puntt. Bel. Ein packt. Hisp. La carga ò fatiga, ò fardaje. Pol. Brzemie, tłomok. Vng. Terhö. Ang. A burden, a fardell or pack carriage.] Plaut. in Mostell. hinc speculabor procul, Vnde advenienti sarcinam imponā senī. Hinc milites quū castra movere volunt, sarcinas colligere dicūtur: & qui in aliā domum immigrant, sarcinas suas cōponere solent. Cæsar 2. belli Gall. Quū prima legio in castra venisset, reliquæq; legiones magnū spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri. Ovid. Epist. 5: Non ego sum classi sarcina magna tuæ. ¶ Res etiam nostras domi cistis, capsisq; compositas, sarcinas vocamus. Quint. Iacent relictæ sine hærede sarcinæ. ¶ Per translationē quandoq; sarcina ponitur pro inutili onere.

Sārcĭnŭlā, æ, diminutivū, f. p. [τὸ μικρὸν & βραχὺ φορτίον. Gall. Petite fardeau, petit paquet, fardelet. Ital. Piccolo fardello. Ger. Ein burdelin / puntlein. Hisp. Pequeño fardaje. Pol. Tłomoczek, brzemiaczko. Vng. Terhecske. Ang. A litle fardell or pack.] Iuven. Satyr. 3: Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ Sarcinulis impar? Idem Satyr. 6: Collige sarcinulas, dicet libertus, & exit Iam gravis es nobis, & sepe emungeris, exi Ocyus.

Sārcĭno, sarcinas, act. p. Sarcinas conficio. [σακκίζω. Pol. Tłomoki czynie. An. To make fardeles or packes.] ¶ Interdum sarcinare capitur pro fuere. [חטר tophár, jaw'ne. Pol. Opiaw ā. Vn. Meg varnom.] ¶ Hujus compositū est consarcino, de quo suo loco.

Sārcĭnātŭs, a, um, adject. [σακκοφόρος, ἐπίκοινος. Gall. Charge de bardes. Ital. Caricato di carga. Ger. Mit einer burde beladen. Hisp. Cargado de fardaje. Pol. Tłomoki obciążony. Vng. Meg terhelitetö. Ang. That hath or bear a fardell.] Sarcinis onustus. Plaut. in Pœn. Videā' homines sarcinatos consequi.

Sārcĭnārĭŭs, a, um, adject. Quod ad sarcinas pertinet: [σκευοφόρος, φορτικός. Gall. Appartenant à charge & fardeaux. Ital. Pertinēte à carriche & carghe. Ger. Das zu den burdinen dienet. Hisp. Pertenesciente à cargas y fardajes. Pol. Do tłomoków przynależący. Vng. Terhelöre valo. Ang. Belonging to fardelles or packes.] ut Sarcinarium jumentum, quo sarcinæ vehuntur. Cæsar 1. belli Civilis: Illis & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditores, omnia sarcinaria jumenta interfici jubent.

Sārcĭnātōr,

Sarcinātŏr, oris, m. t. Qui suit, & vestes reficit. [תופר tophér. ἀκέστης, ἠπητής.] Gal. Radoubeur, ravaudeur, racoustreur d'habits. Ital. Raccenciatore (?) strazzaruolo. Germ. Ein Kleydenbützer / Hosenflicker. Hisp. El sastre de vestiduras. Pol. Ten ktory szaty opprawia, opprawiacz, partacz. Vng. Foldozo varro. Ang. A botcher, that amendeth garmentes.] Lucilius: Sarcinatorem esse summum, suere centonem optimè. Plaut. in Aulul. Petunt fullones, sarcinatores petunt. Paulus in l. Fullo. ff. de fur. Fullo, vel sarcinator, qui polienda, & sarcienda vestimenta accepit, ex contrectatione eorum furtum facit.

Sarcĭnātrix, cis, f. t. Mulier quæ vestes suit, & reficit. [תופרת tophereth. ἠπήτρια.] Gall. Ravaudeuse, radoubeuse. Ital. Donna che raccocia le vesti. Ger. Ein Flickerin / Kleydenbützerin. Hisp. La sastra de vestiduras. Pol. Takiora opprawia. Vng. Fol dozo varro asszony. Ang. She that amendeth garmentes.] Cajus in l. Et ancillarum. de pecul. Maximè si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat. Cajus autem hic differentiam suprà in voce Sartrix traditam, non observavit.

Sarcĭŏn, σάρκιον, Est veluti carnosa quædam vena gemmarū, vitiumq; carchedoniis smaragdis admodum peculiare. Vide Plin. lib. ult. cap. 5.

Sarcŏcollă. [σαρκοκόλλα. Ger. Ein Gummi / behalt noch diesen Nammen bey den Apoteckern.] Lacryma arboris in Perside nascētis, similis thuris pollini, inquit Dioscorides: ita dicta à glutinandis vulneribus. Vide Plin. lib. 24. cap. 14. & lib. 13. cap. 11.

Sarcŏphăgus, pen. corr. m. f. [σαρκοφάγος. Ger. Ein todtengrab: item, ein gattung eines steins / der die eyngelegte Leyb in dem Grab verzehrt.] Lapidis sive marmoris genus, quod circa Assum Troadis exscinditur: in quo corpora defunctorum condita, absumi intra quadragesimū diem constat, exceptis dentibus: ut tradit Plin. li. 36. cap. 17. Vnde & nomen habet à carne edēda: σὰρξ, σαρκὸς, enim caro est, φάγω, comedo. Vnde cōvenienter pro sepulcro poni consuevit Iuven. Satyr. 10: Sarcophago contentus erit. Augustin. lib. 18. de Civit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes jam sarcophagum vocāt, σορὸς Græcè dicitur, à nostris pro sepulcro usurpatur.

Sarcŭlum, li, n. f. Genus rastri: hoc est, cratis illa dentata qua segetes herbis purgantur: à sarriēdo, ut inquit Varro. [מעדר mahder. σκαλίς. Gall. Sarcloir, ou sarclet. Ital. Zappa, arpego, sarchiello. Ger. Ein Jätträchen. Hisp. Escardillo para escardar. Pol. Grabie, moska. Vng. Gereblye, avag kapaka. Ang. A rake or weeding hook.] Cato cap. 10: Sarcula octo, palas quatuor. ¶ Alii putant esse ligonem, aut simile aliquod instrumentum ferratum, quo terra foditur. Horat. lib. 1. Carmin. Gaudentem patrios findere sarculo Agros. Ovid. 1. Fastor. Sarcula cessabant, versiq; in pila ligones. Idem 11. Metamor. vacuosq; jacent dispersa per agros, Sarculaq; rastriq; graves, longiq; ligones.

Sarcŭlo, sarculas, act. p. Sarculo abscindo. [σκαλίζω. Gall. Sarcler. Ital. Arare et zappare. Ger. Jäten / abschneyden. Hisp. Escardar los panes. Pol. Okrzesać. Vng. Ki kapalom, gereblyelem. Ang. To weed with a weeding hooke or rake.] Colum. lib. 5: Primò plantæ sarculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maximè scrobis excedat.

Sarcŭlātĭo, sarculationis, verbale, f. t. Sarritio. [σκαλισμός. Gall. Sarclement, sarclure. Ital. Arpegamento, zappamento. Ger. Das jäten. Hisp. Aquella obra de escardar los panes. Pol. Okrzesowanie. Vng. Kapalas, gereblyeles. Ang. A weeding with a weeding hook.] Plin. lib. 18. cap. 1: Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis.

Sardă, dæ, f. p. [σάρδιον. Ger. Ein Carneol / ist ein gattung eines roten Edelgesteins.] Gemma est vulgaris non pellucida, rubedine diluta carnis colorem referens: unde & apud vulgum Carnalina nomen obtinuit. Facilè scalprum admittit, unde in literis obsignandis plurimus ejus est usus. Sarda dicta est, quòd Sardibus primùm fuerit inventa. Vnde Plin. lib. 37. cap. 7. ¶ Est & Sarda piscis ex genere pelamidum, teste Plinio lib. 32. cap. ultimo.

Sardăchātes, pen. prod. σαρδαχάτης. Gemma est ex Achatæ generibus, ad sardæ colorem nonnihil declinans. Hujus gemmę meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Sardĭānus, adjectivum. Vide SARDIS.

Sardĭnia, æ. Colum. [Ger. Meerfisch / behalten noch bey den Frantzosen und Italienern ihren Nammen / sind den häringen nit ungleich.]

Sardo, as. Verbum est obsoletum, quo antiqui utebantur pro intelligere. [הבין hebin. συνίημι.] Nævius apud Festum: Quod bruti nec satis sardare queunt.

Sardoă, pen. prod. Herba apiastro similis, quæ nascitur in Sardinia, & in fontiū defluviis largiùs provenit. [σαρδόνιον, πόα. Ger. Ein kraut Apium risus genañt / ist ein art von dem brennenden Hanenfüß oder Glesblumen / Bergwartzenkraut.] Ea si quis vescatur, nervos contrahit, & rictu diducit ora, ut qui moriuntur, veluti ridentium facie intereant. Inde Sardonius risus, proverbio celebratur pro risu ficto, aut amarulento, aut insano. Vide Chiliad. Erasmi.

Sardŏnyx, nychis, pen. corr. [שהם schoham. σαρδόνυξ.] Tam mascul. quàm fœm. gener. quemadmodum & onyx. Gemma est in summa sui parte unguis humani candorē, inferiore autem dilutum sardæ ruborem referens: ita ut cuipiam videri posset non simplex esse gemma (ut tamen est revera) sed ex onyche & sarda composita. Plin. lib. 37. cap. 6: Sardonyches olim (ut ex nomine ipso apparet) intelligebantur ex candore: hoc est, veluti carnibus ungue hominis imposito, & utroque translucido. Sardonychem insignem habuit Polycrates Samiorum tyrannus: quem ut fortunæ nimium blandientis insidias alicujus rei charæ jactura redimeret, in mare abjecit, qui tamen in ventre piscis paulò pòst inventus, ad eum relatus est. Iuven. Satyr. 6: In manibus densi radiant testudine tota Sardonyches. Persius fœminino genere usus est: Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Sardŏnychātus, σαρδονυχάτος, Sardonyche ornatus. Mart. lib. 2. Cujus & hinc lucet sardonychata manus.

Sargus, gi, m. f. [σαργός. Ger. Ein visch behalt noch zu Venedig disen Nammen.] Piscis genus qui in Aegyptio mari copiosissimè capitur. Hic piscem lutarium perpetuò comitatur, ipsoq; lutum fodiente, excitatum devorat pabulum, Plinius libro 9. cap. 17. & 51.

Sari, σάρι, neut. genul. Genus fruticis provenienš in aqua, radice dura, intortaq; ferrariis officinis utile: de quo Plin. lib. 13. cap. 23: Fruticosi est generis & sari circa Nilum nascens, duarum cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similiq; manditur modo: radice ferrariis officinis præcipuè carbonis usu propter duritiam.

Sario, ōnis, m. t. Piscis nomen, Ausonius. [Ger. Ein Selmen oder halb gewachsner Salmen.] Piscis ætate media inter salmonem & salarem Ausonio.

Sarissă, f. p. [σάρισσα. Gal. Vne sorte de longue lance, comme vne pique. Ital. Lancia, lanza, picca. Ger. Ein lang glän oder spieß. Hisp. Lanca. Pol. Kopya, drzewce, spiss. Vng. Lantsa copia. Ang. A long speare.] Hasta prælonga qua Macedones in bello utebantur. Liv. 7. bel. Maced. Prælongas hastas Macedones sarissas vocāt. Aelianus docet sarissam esse lanceam qua utebatur phalanx Macedonica longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent: inde σαρισσοφόροι, qui sarissas gestant. Ovid. 12. Metam. Qui clypeo, gladioq; Macedonicaq; sarissa.

Sarmentă, sarmentorum, n. f. Virgulæ supervacuæ (inquit Festus) à vitæ abscissæ. [κληματίδες, κληματίδες, φρύγανα. Gall. Sarmens de vigne. Ital. Sarmenti, gli tagli de vite brusciati. Ger. Gebüsch / abriss, unnütze oder überflüssige abgehauwene zweig. Hisp. Sarmientos de la vid. Pol. Obrzynki, gałązki, chrost. Vng. Szarmant venyke. Ang. Twiges or braunches of a tree or vine cut of.] Virgil. Georg. Primus humum fodito, primus devecta cremato Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto. Cic. 3. Ver. Ligna & sarmenta circundare, ignem subjicere cœperunt. ¶ Frequentissimè tamen etiam sarmentorum accipitur pro flagello adhuc in vite hærente, sive id frugiferum sit, sive sterile. Colum. lib. 3. cap. 10: Numerus uvarum, qui plerunq; conspicitur in prodigissimo sarmento. Idem li. 4. cap. 24: At ubi spissa internodia, frequentesq; oculi sunt, quamvis breve sarmentum multis palmitibus virescit. Varr. rei Rustic. lib. 1. cap. 31: Incuidum enim sarmentum, propter infirmitatem sterilescit.

Sarmentĭtĭus, sarmētitia, sarmentitiū, Quod est ex materia sarmentorum. [κληματινός. Gall. De sarmens. Ital. De sarmenti. Ger. Das von stöcken gerisp ist. Hisp. Cosa de materia de sarmientos. Pol. Chrostowy. Vng. Venyikebol valo. Ang. Of twigs of trees.] Columel lib. 6. cap. 26: Verùm vulnera ejus sarmentitio cinere linienda sunt.

Sarmentōsus, adject. Quod plurimum habet sarmenti. [κληματώδης. Gall. Qui a force sarmens. Ital. Che a molti sarmenti. Ger. Das viel schoß oder gerisp hat. Hisp. Cosa llena de sarmientos. Pol. Pełny chrostu, okrzeszu. Vng. Venyikes, saramentos. Ang. Full of twigges or braunches cutt of.] Plin. lib. 25. cap. 11: Radice tenui, supervacua, sarmentosum.

Sarapoda, Qui latos habet pedes, cujusmodi ferunt fuisse Pittacum.

Sarpă, Vinea putata: id est, pura facta, ut interpretatur Festus. [ἄμπελος τμηθεῖσα. Gall. Vigne povee & taillee. Ital. Vigna brusciata. Ger. Ein geschnittner räbacker. Hisp. Vinna cortada y podada. Pol. Winnica wyprawiona. Vng. Metszet szőlő. Ang. A vine that is pruned.] Vnde & virgulæ abscissæ sarmenta dicuntur. Nam Sarpere antiqui pro purgare usurpabant. Vnde fortassis deductum vulgare nostrum, hoc est Gallicum vocabulum ut Sarpam pro falce putatoria accipiamus.

Sarracum, pen. prod. n. f. Plaustrum, sive vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi consueverunt. [עגלה haghalah. ἅμαξα. Gall. Vn chariot ou vne charrette à porter bois ou pierres. Ital. Carro da vettura. Ger. Ein karren oder wagen auff dem man holtz oder stein führet. Hisp. Carro ò carretta de carga. Pol. Wóz do wożenia drzewa,

haminis. Vng. *Fa kő hordo Zeker.* Ang. *A cart to carie timber and stones.*] Iuven. Saty. 3: longa coruscat Sarraco veniente abies. Idē Sat. 5: Frigida circūagunt pigri sarraca Bootæ. Quint. lib. 8. cap. 3: An quū dicit in Pisonem Cicero: Quū tibi tota cognatio in sarraco advehatur: incidisse videtur in sordidum nomē?

Sarrio, sarris, sarrivi, sarritū, act. q. Sarculis fodio, purgo, quod fit quum segetes leviter scalpendo rastris, à noxiis herbis purgamus. [עדר *hodhár.* σκαλλεύω. Gall. *Sarcler les blez ou biner les vignes.* Ital. *Sappare, sarchiare.* Ger. Jäten/auffscharren oder außhacken. Hisp. *Escardar.* Pol. *Oprabuie.* Vng. *Gerebliclue gyom lalom, ngium.* Ang. *To weede.*] Plaut. in Capt. Semper occant, priusquam sariunt rustici. Plinius lib. 18: Qui sarriet, caveat ne frumenti radices effodiat. ☙ Hinc componitur Resarrio, quod est rursus sarrio. Plin. Quum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseverunt, resarrientes campos.

Sarritor, penult. prod. m. t. Qui sarrit. [עדר *hodhér.* σκαλλευτής. Gall. *Sarcleur, bineur.* Ital. *Zappatore.* Ger. Der ein saamen jätet oder außhacket. Hisp. *Escardador.* Pol. *Tenkiori grabi.* Vng. *Gerebliző gemlalo.* Ang. *He that weedeth.*] Colum. lib. 2. cap. 13: Tritici modii quatuor vel quinq; bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris duas.

Sarritura, sarrituræ, f. p. Purgatura, sive ipsum sarriendi actus. [σκάλσις. Gall. *Sarclure, binure.* Ital. *Zappamento.* Ger. Das jäten oder außfauberen. Hisp. *Obra de escardar.* Pol. *Wygrabiwanie.* Vng. *Gerebl yezel vale gemlalas irtas.* Ang. *A weeding.*] Colum. libro 11. capite 2: Sarritura quoque frumentorum iteratur egregiè, *&c.*

Sartor, oris, m. t. à sarrio, Sarritor: id est, purgator. [עדר *hodhér.* σκαλλευτής. Ger. Hacker/jäter/karsthans. Pol. *Zawdacz, gaiarz, wygrabian.* Vng. *Gerebl yezel gyomlalo irto.* Ang. *A weeder.*] Plaut. in Capt. Sator, sartorq; scelerum, & messor maxumè. TYN. Non occatorem dicere debebas prius? Nam semper occant priusquā sariunt rustici. ☙ Est & sartor à sarcio: de quo suprà egimus. Sartor, inquit Nonius Marcellus, non solùm à sarciendo, sed etiam à sarriendo deducitur: & tàm cum qui sarcit, quàm qui sarrit significat.

Sartura, sarturæ, penult. prod. Sarritura: hoc est, frugum, vinearumve à noxiis herbis purgatio. [σκάλσις. Ger. Das jätten oder hacken.] Plinius libro 18. cap. 27: Sartura nocere & vineæ, & segeti existimatur.

Sartago, sartaginis, f. t. Patella in qua caro frigitur. ἀπὸ τῆς σαρκὸς: hoc est, à carne nomen habens. [מרחשת *marchéschéth* מחבת *machabáth,* τήγανον. Gall. *Poesle à frire.* Ital. *Padella.* Ger. Ein pfann/oder bratpfann. Bel. Een braetpanne. Hisp. *Sarten para freir.* Pol. *Panewka do smazenia, rynka.* Vng. *Serpenyő.* Ang. *A frying panne.*] Plin. lib. 16. cap. 11: Item terebinthinam in sartagine ferventi. Sartago loquendi. Persius Satyr. 1: Hos pueris monitus patres infundere lippos, Quum videas, quærisne unde hæc sartago loquēdi, Venerit in buccas? Forte Farrago.

Sas, Veteres pro suā dixêre. & Sam pro eam. Ennius lib. 1: Virgines nam sibi quisq; domi Romanus habet sas. Idem lib. 4: Nec quisquam philosophiam in somnis vidit, priusquam sam discere cœpit.

Sat, adverbium est per apocopen à satis deductum: cujus etiā retinet significationem. [די *dái* ἱκανῶς, ἅλις. Gall. *Assez.* Ital. *Assai, à bastanza.* Ger. Genug. Bel. Genoech. Hisp. *Assaz.* Pol. *Dosyc.* Vng. *Eleg.* Ang. *Ynough.*] Cic. 2. de Nat. deor. Qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprū, *&c.* Idem de Senect. Tantum quantum sat est.

Satago, satagis, pen. cor. ex sat, & ago, compositum videtur: unde sategi preteritum, satactum supinum facit n. t. Est autem satagere, anxium esse, & distorqueri difficultate alicujus rei conficiendæ. [חרד *charádh* דאג *daágh.* πολυπραγμονῶ, διὰ πόνων εἶναι, ἀσχολοῦμαι. Gall. *Estre fort assiré à faire quelque chose, songner & diligenter à la faire.* Ital. *Ansiare, cruciarsi.* Ger. Sorgsam oder engsthafft seyn einem ding genug zu thun. Hisp. *Estar solicito ò angustiado.* Pol. *Usiel'wie, zmielkim fiatanim.* Vng. *Zorgalmatosko-dom.* Ang. *To be very sharpe, earnest, carefull or diligent.*] Terent. in Heauton. Nam hic Clinia, etsi is quoq; rerum suarum satagit, attamen Habet bene & pudicè edoctam, ignaram artis meretriciæ. ☙ Aliquando significat diligentem esse, seu festinare. σπουδάζω. Plaut. in Asin. Nunc satagit, adducit domum etiā ultro & scribit nūmos. Quintil. lib. 6. cap. 4: Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus jactantem, togam dejicientem, & imponentem: non agere dixit, sed satagere.

Satanas, m. p. σατανᾶς, Interpretatur adversur, à verbo Hebræo [שטן *satán.* Pol. *Szatan, czart.* Vn. *Satan.* An. *An adversarie.*] quod adversari declarat. Quo nomine appellatus est diabolus, quòd Christi adversarius sit. Quicquid enim animæ ad Deū tendenti resistit, & adversatur, & quicquid paci contrariū est, hoc satanas esse dicitur: sicut legitur in Regum libris: Quia suscitavit Deus Salomoni satanā, adversus eum qui erat pacificus. Et: Filii Sarviæ cur efficimini mihi hodie in satan?

Satelles, satellitis, m. t. Stipator, miles mercede conductus qui semper est à latere. [שומר *schoméer.* δορυφόρος. Gall. *Satellite, garde de corps, sergent, ministre.* Ital. *Satellite, birro, Zaffo.* Ger. Ein trabant. Bel. Een trawant. Hisp. *El que armado acompana à otro.* Pol. *Drabant.* Vng. *Katona.* Ang. *An officer or sergeant of the garde of a prince.*] Liv. 2. ab Vrbe: Quum concursu ad clamorem facto, comprehensum regii satellites retraxissent ad tribunal regis. Ovid. 5. Fast. Ille deæ custos ille satelles erat. Cic. contra Rullum: Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. Satelles Iovis, aquila. Cic. 2. Tusc. Ministri & satellites cupiditatum alicujus. Cic. 5. Ver. Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum. ☙ Satelles item dicitur, qui fontibus capiendis præest, qui & apparitor & viator dicitur.

Satellitium, satellitii, n. s. [δορυφόρημα, τὸ δορυφορεῖν. Pol. *Drabancy.* Vn. *drabk, katona sereg.* An. *The gard or office of a sergeant.*] Luciano, collectivum nomen est, ipsos significans satellites, tuendi corporis causa adhibitos: quemadmodum servitium accipitur pro ipsis servis: sodalitium, pro ipsis sodalibus.

Saterona, Animal amphibium in humore pariter & sicco vivens, σατύριον apud Aristotelē. Nam apud Latinos nondū legi.

Satin', Vide SATIS.

Satio, satias, act. p. Saturo, expleo, à sat deducitur, pertinetq; ad omnes sensus, & frequenter ad animum. [השביע *hisbiah.* κορέω, ἐμπίπλημι, χορτάζω. Gall. *Saouler, assouvir.* Ital. *Satiare, fastidiare.* Ger. Settigen. Bel. Versaten. Hisp. *Hartar hasta el hastio.* Pol. *Nasyczam.* Vng. *Meg elegitem.* Ang. *To fill or satisfie.*] Cic. in Catone: Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requietem oblectamentūq; noscatis. Cic. in Paradoxis: Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Idem lib. 2. de Finibus bonorum & malorum: Veniebat enim ad cœnam, ut satiaret animo quieto desideria naturæ. Ovid. 3. Trist. Eleg. 8: Forsitan hoc olim, quum jam satiaverit iram. Propriè ad famis sitisq; expletionem pertinet. Colum. lib. 9: Satiatq; se modius cibi in diebus singulis, vicenos & cētenos turtures. Ovidius 8. Metam. Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, Nec satiatur aquis peregrinosq; ebibit amnes: Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani Accipiunt, poscuntq; simul: cibus omnis in illo Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edēdo.

Satiatus, satiata, satiatū, participiū, Expletus, saturatus. [שבע *sabéah.* κεκορεσμένος, ἐμπεπλησμένος, χορτασθείς. Gall. *Saoulé, assouvi.* Ital. *Satio.* Ger. Gesettiget. Hisp. *Hartado con hastio.* Pol. *Nasycony.* Vng. *Meg elegitetet.* Ang. *Filled, satisfied.*] Liv. 2. ab Vrbe: Vbi illuxit, Romanus integer, satiatusq; somno productus in aciē, fessum stando & vigiliis primo impetu Volscum perculit. Iuven. Sat. 6: Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Satietas, satietatis, f. t. Satiritas. [שבע *sabáh* (vel *sóbah*) שבעה *sibháh.* κόρος. Gall. *Saoulement, repletion, assouvissement.* Ital. *Satietà, fastidio, pienezza, abbondanza.* Ger. Genügē/sättigung/maßleide. Bel. Versaethept. Hisp. *Hartura, ò hastio.* Pol. *Nasycenie.* Vng. *Eleg seg, meg elegedes.* Ang. *Satietie, filling.*] Licet frequētius accipiatur pro fastidio quod ex rei alicujus assiduo usu nobis ingignitur. Cicero in Catone: Omnino quidem, ut mihi videtur studiorum omnium satietas facit vitæ satietatem. Idem 1. de Inventione: Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Quint. lib. 5. cap. 14: Et odium ex quadam servitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Liv. 4. belli Punici: Pluribus vos milites hortarer si cum armatis dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. ☙ Sosipater lib. 1: Satietatem à saturitate ita distinguit, ut saturitas dicatur in cibo & potione: satietas verò in cæteris omnibus: quam distinctionem Latinè loquentium usus comprobare videtur.

Satias, satiatis, f. t. Satietas. Terent. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio cōmodi: Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit: Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Salust. Hi falsibus occupatis externorū agros invasere, frumentiq; ex inopia gravi satias facta.

Saties, satiei, Idem. Silius lib. 4: Nec finis, satiésve, novi sed sanguinis ardor Glisctere.

Satiabilis, satiabile, om. t. Qui satiari potest facilè. [εὐκόρεστος. Gall. *Aisé à saouler, & assouvir.* Ital. *Satiabile, che satia.* Ger. Ersettlich. Hisp. *Cosa que facilmente se puede hartar.* Pol. *Latwi do nasycenia.* Vng. *Meg elegitheto.* Ang. *That is easilie filled or satisfied.*] Cujus contrariū est, Insatiabilis, inexplebilis: ἀκόρεστος. Salustius: Avaritia insatiabilis est, neq; copia, neq; inopia minuitur.

Satio, sationis, Vide SERO, seris.

Satis, Quantitatis adverbium abundè, vel quantum opus est. [די *dái.* ἅλις ἱκανῶς. Gal. *Assez suffisamment.* Ital. *Assai, abundamēte, à bastanza.* Ger. Genug. Bel. Genoech. Hisp. *Assaz.* Pol. *Dosyc.* Vng. *Eleg.* Ang. *Ynough.*] Cicero de Inventione: Longū est, quod pluribus sententiis ultrà quàm satis est, μακρὰ διανοίας, producitur. ☙ Aliquādo ponitur loco nominis: ut, Satis elo-

quentiæ habeo. ¶ Hinc satius, comparativum: id est, melius. Nam quanvis satis significet quantitatem, satius tamen comparativum qualitatem denotat: quia derivativum non semper servat sensum primitivi. Virgil. 2. Aeglog. Nonne fuit satius tristes Amaryllidos iras Atq; superba pati fastidia? ¶ Dicimus pulchrè, Non satis est æstimare, pro eo quod est, Non posset quis satis æstimare. Plin. lib. 7. in Præfa. Vt non sit satis æstimare, parēs melior homini, an tristior noverca fuerit. ¶ Non satis habeas semel circuire, dixit Cato cap. 1. id est, Non satis sit tibi, non sufficiat tibi, sive non sis contentus semel circuire. ¶ Iungitur Satis cum semper, & dicimus, Satis superq; id est, satis, & plus quàm satis. Cic. 2. de Nat. deor. Nam contra Epicurum satis superq; dictum est. ¶ Satin' pro satisne. Terent. in And. Satin' sanus es?

Sătĭsăccĭpĕrĕ, Est accepto fidejussore sibi cavere: cui opponitur Satisdare. [ἱκανοδοτεῖν. Gall. *Prendre caution & respondant de quelqu'un.* Ital. *Prender cautione à sicurtà per alcuno.* Ger. Ein genugsamme versicherung mit Bürgen empfahen oder nemmen. Hisp. *Recepir de otro caution ò fiancas.* Pol. *Rekoimiemsie appatrzyc, wziac cautia.* Vng. *Valakit keßßeg alat meg hinni keßel kenanui.* Ang. *To take furetie or a pledge of one.*] Cic. pro Roscio Com. Qua de causa Flavius, quum de tota lite faceret pactionem, neq; satisacciperet à Roscio, neq; absolveretur à Fannio, &c. Nam satisaccipere dicitur creditor, quum accepit fidejussorem à debitore: contrà debitor satisdare dicitur, quum interposito fidejussore securum reddit creditorē. Cic. pro Quintio: Si veretur ut res judicio facto parata sit, judicatū solvi satisaccipiat: quibus à me verbis satisaccipiet, iisdē, quod peto, satisdet.

Sătĭsăccēptĭo, quæ est (ut Pōponius inquit) stipulatio, quæ ita obligat promissorē, ut expromissores quoq; ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. [ἱκανοῦ ἐγγύησις λῆψις. Gall. *Caution prinse de quelqu'un.* Ital. *Cautione ò sicurtà presa.* Ger. Die genugsame versicherung durch Mitschuldner so einer von einem anderen empfacht. Hisp. *Aquella obra de recebir fiancas.* Pol. *Zareczenie, zastawienie.* Vng. *Keßßeg alat valo meg hitel.* Ang. *Caution, taking of furetie.*]

Sătĭsdo, satisdas, satisdare, act. p. Est dato fidejussore creditorē securum reddo [ἐγγυητὴν παρέχειν. Gall. *Donner ou bailler caution.* Ital. *Sicurare, far la sigurtà.* Ger. Einē mitbürgē vnd mitschuldner / ein genugsamme versicherung thun. Hisp. *Dar à otro caucion y fiancas.* Pol. *Zapissuie sie, zareczam.* Vng. *Kezes vetue batar sagossa tezlek, kezest vetek.* Ang. *To giue furetie.*] Cic. Sulpitio: Primùm ut siquid satisdandum erit amplius eo nomine non peti cures ut satisdetur fide mea. Cajus: Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei cujus desideriū implemus: ita satisdare dicimur adversario nostro, quum aliquem damus qui pro eo quòd à nobis petitur ita caveat, ut eum hoc nomine securum faciamus.

Sătĭsdătĭo, satisdationis, f. t. [ἱκανοδοσία. Gall. *Donnement de caution.* Ital. *Esso dare sicurtà.* Ger. Genugsame versicherung so einer mit Bürgen dem anderen gibt oder thut. Hisp. *Aquella obra de dar fiancas.* Pol. *Zareczenie, zapissowanie danie.* Vng. *Kezes vetes.* Ang. *A geuing of furetie or caution.*] Cic. ad Attic. De satisdando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes: & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium in his & Menianorum prædiorum vel Attilianorum.

Sătĭsdătum, satisdati, pen. corr. ut Satisdato aliquid debere. ἐγγυοδότως. Cicer. Att. lib. 16: Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere.

Sătĭsfăcĭo, satisfacis, act. t. Exolvo, persolvo. [השיב heshib השלים hishlim. ἀποδίδωμι. Gall. *Satisfaire, contenter, faire son deuoir.* Ital. *Satisfare, contentare alcuno, far suo debito.* Ger. Vergnügen / außrichten vnd bezahlen. Bel. Betalen. Hisp. *Satisfazer de fiancas y deuda.* Pol. *Pl'acze, dosic czinie.* Vng. *Meg elegitlek, meg fizethem.* Ang. *To satisfie, to paye.*] Cic. pro Flacco. Hermippus Fusiis satisfacit, & fidem suam liberat. ¶ Interdum idem quod placeo, & efficio nequid habeat quod de me queratur. Cic. ad Att. li. 7: Cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt. ¶ Aliquando idem ferè quod purgo me, sive excuso. Cic. Philip. 2: Acceperam jam enim antè Cæsaris literas, ut mihi satisfieri paterer à te: id est, ut acciperem tuam purgationem, & excusationem. ¶ Satisfacio, præter dativum, aliquando ablativum habet cū præpositione de. Cæs. 5. belli Gal. Seseq; paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de injuriis satisfacere. ¶ Satisfieri. Cic. Acilio, lib. 13: Quanquam à te quidem cumulatè satisfit & mihi & omnibus.

Sătĭsfăctĭo, f. t. Purgatio, & excusatio. [ἀπολογία. Gall. *Satisfaction, contentement, excuse.* Ital. *Excusatione, satisfattione.* Ger. Vergnügung / entschuldigung. Hisp. *Excusa, obra de satisfazer.* Pol. *Wyprawa wimowka.* Vng. *Leg tetel.* Ang. *Satisfaction, a contenting.*] Cic. ad Treb. lib. 7: Hic tu me etiam instimulas, nec satisfactionem meam accipis.

Sătĭsprǣstărĕ, Satisdare: hoc est, pro re quæ petitur, fidejussorē dare. [ἐγγυητὴν παρέχειν. Pol. *Zarecȝic.*]

Sătĭŭs, comparativum videtur esse ab adverbio satis, licet à positivi significatione nonnihil recedat. [טוב מן tob min. βέλτιον. Gall. *Mieux.* Ital. *Meglio.* Ger. Besser / mägst. Hisp. *Mejor.* Pol. *Lepiei.* Vng. *Iob.* Ang. *Better.*] Idem enim significat quod melius sive potius. Virg. 2. Aeglog. Nonne fuit satius, tristes Amaryllidos iras, Atq; superba pati fastidia?

Sătīvus, Sator. Vide SERO, seris.

Sătrăpă vel Satrapes, satrapæ, pen. corr. m. p. [סרנים seranim אחשדרפנים achaschdarpenim. σατράπης. Gall. *Satrape, gouverneur d'une prouince & pays.* Ital. *Prefetto, presidente.* Ger. Ein Landtvogt / Stadthalter. Hisp. *Prelado, presidente.* Pol. *Starosta nikiorego pomiatnu.* Vng. *Tizt tarto.* Ang. *A piere of a realme, a lieutenant.*] Dictio Persica, apud nos significans *præfectum provinciæ.* Terent. in Heaut. Satrapes si siet Amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat.

Sătrăpīă, satrapiæ, [σατραπεία. Gall. *Prouince.* Ital. *Prouincia.* Ger. Vogtey / Herrschafft. Hisp. *Prouincia.* Pol. *Panstwo, starostwo.* Vng. *Tarto many, egy tizt tarta birodalma.* Ang. *A dukedome or duchee.*] Idem quod præfectura, quam Græci νομὸν appellant: hoc est, regio quæ ab uno administratur præfecto. Suidas, Σατραπεία ἐπαρχία, Σατράπης δὲ σατράπης, ὁ ἐπίτροπος. Plin. lib. 6. cap. 20: Etenim pleriq; ab Occidente, non Indo determinant, sed adjiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, &c.

Sătur, satura, saturum, Quod est cibo plenum. [שבע sabah. ἐμπλησθεὶς, κορεσθείς. Gall. *Saoul, plein.* Ital. *Satollo, pieno.* Ger. Satt / wol gesettiget. Hisp. *Harto.* Pol. *Nasiczony, nakarmiony.* Vng. *Meg elegedet.* Ang. *Full of meat, or full fedde.*] Terent. in Hecyra: Sed tu quum satura atq; ebria eris, puer ut sit satur facito. Cicer. 1. de Divinat. Præclara verò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur. Terent. in Adelph. Sed postquam intùs sum omnium rerum satur, Prodeambulare huc lubitum est. Virgil. Aeglog. 10: Ite domū saturæ venit Hesperus, ite capellæ. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Inde fit ut rarò qui se vixisse beatum Dicat, & exacto contentus tempore vita, Cedat, uti conviva satur, reperire queamus. ¶ Sumitur interdum pro fœcundo, & abundante, εὐφορος. Persius Satyr. 1: Nec nos saturum laudare. Virgil. lib. 2. Georgic. Saltus & saturi petito longinqua Tarenti. Vbi Servius: Saturi, aut fœcundi, aut quòd juxta oppidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum vicinæ sunt Calabriæ civitates. ¶ Satur color: id est, plenus, vehemens, cui opponitur dilutus. Plin. lib. 37. cap. 10: Ion apud Indos violacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Sătŭrĭtās, saturitatis, f. t. Cibi, potusq; plenitudo, satietas. [שבע sabah (vel) sobah שבעה sibhah. πλησμονή, κόρος. Gall. *Saoulete, repletion.* Ital. *Saturita.* Ger. Sate oder ersettigung. Hisp. *Hartura, hartazgo.* Pol. *Nasicenie.* Vng. *Meg elegedes.* Ang. *Fulnesse, a feeding.*] Plautus Captivis: Proinde tu deum hunc saturitate tranquillum facias tibi. ¶ Aliquando accipitur pro fœcunditate, seu fertilitate. εὐφορία. Cicero in Catone: Neq; solùm officio, quòd hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, & saturitate copiaq; rerum omnium quæ ad victum hominum, & ad cultum etiam deorum pertinent.

Sătŭro, as, act. p. Saturum reddo, satio, cibo, potuq; expleo. [השביע hisbiah. ἐμπιπλάω, χορτάζω. Gall. *Saouler.* Ital. *Satollare.* Ger. Satt machen / ersettigen / erfüllen. Hisp. *Hartar.* Pol. *Okarmiam, nasiczam.* Vng. *Meg elegitem.* Ang. *To make full with meat and drink.*] Cic. 2. de Nat. deor. Nuper nati mammas appetunt, earumq; ubertate saturantur. ¶ Transfertur & ad animi cupiditates, ut Saturare odium, apud Cic. in Vatinium. Saturare sanguine, apud eundem 4. Philip. Habet autem saturandi verbum vim majorem quàm explendi. Cicer. pro Domo sua: Explevi animos invidorum, placavi odia improborum: saturavi etiam perfidiam, & scelus civium. Expleri (inquit Nonius) & Saturari hanc habent differentiam, Expleri, est tantummodo plenum esse: saturari, supra modum. Cicer. libro 6. de Repub. Graves enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant, quæ expleri atque saturari nullo modo possunt. ¶ Composita sunt, Exsaturo, & Obsaturo: de quibus alibi.

Sătŭrātŭs, ta, tum, partic. idem quod Satiatus: quanquam volunt ita distinguere, ut Satiatus, ventris sit: Saturatus, animi. Corn. Front. de voc. differ.

Sătullo, satullas, Antiqui dicebant pro saturo. χορτάζω, πιμπλάζω. Varro: Neq; in pulvere mihi coquam carnes, quibus satullem corpora & famem ventris. Nonius.

Sătŭrēĭă, f. p. Herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum Heracleoticum. [θύμβρα. Gal. *Sarriette.* Ital. *Herba satureia.* Ger. Schmeck oder Saturey ein kraut. Hisp. *Axedrea.* Pol. *Czombr.* Ang. *Sauery.*] Plin. libro 19. cap. 8: Thymbra, quæ & cunila. Hæc apud nos habet & aliud vocabulum, *satureia*, dicta in condimentario genere. Venerem enormiter sufficere in cibis sumpta. Vnde ex Græco (ut quidam volunt) nomen sibi vendicavit, quasi satyrea, à Satyris, qui sunt in Venerē proni &

ni & salaces: vel à virili membro, quod σάθην Græci vocant. Dioscor. lib. 1. cap. 43.

Saturnalia, Vide in PROPRIIS.

Sătŭro, saturas, Vide SATVR.

Sătus, sata, satum, Vide SERO.

Sătyră, satyræ, pen. cor. [σατύρα. Ger. Ein mischleten mancherley dingen. Ein Gedicht der Poeten wider mancherley laster ohne ordnung beschriben.] Quasi satura dici videtur, ob carminis varietatem, seu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. [Pol. Pyssanie uszczypliwe y uszczypliwe.] Est enim Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia compositum, quale scripserunt Lucilius, Horatius, Iuvenalis, Persius. Accepit & id carminis hunc titulum, quod personis, factisq; satiatum abũdare videatur. Quidam à Satyra lance, quæ referta multis, variisq; primitiis in sacrificiis diis offerebatur. Alii à lege Satyra dictam existimabant, quæ uno rogatu multa simul complectebatur. De qua lege Salust. in Iugurth. Deinde quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur dictam Satyrã esse scribit. Vnde in secundo libro Plautinarum quæstionum habetur: Satyra est uva passa, & polẽta, & Nuclei pinei ex mulso conspersi. Sunt qui à Satyris derivent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæq; scribuntur: quemadmodũ proferri à Satyris solent. Donatus in Terent. Deinde aliud genus fabulæ: id est, Satyra, sumpsit exordium: quæ à Satyris, quos illotos semper, ac petulantes esse legimus, vocitata est. Potest etiam dici, Satyram ideò vocatam, quòd in antiqua Satyra introducebantur Satyrorum personæ, aut si quæ erant ridiculæ similes Satyris. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: alterum antiquius, quòd sola carminũ varietate constabat: alterum recentius, apertam hominum reprehensionẽ continens, & acrem vitiorum objurgationem.

Sătyricus, σατυρικός, Quod ad Satyram pertinet, aut Poëta ipse qui Satyram scripsit.

Satyricè, adverbium, Acriter, cum convitio.

Satyra, avis, vel ut alii legunt Satyria, à L. Floro pro corvo accipitur. [Ger. Ein rapp. Pol. Kruk wodny.] Verba ejus sunt hæc: Quum singulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro detraxisset, inde Torquati. Iterum in Pontino agro, quum in simili pugna L. Valerius insidente galeæ Satyra alite adjutus, Gallum vicisset, inde Corvini. Quo in loco illud quidem constat, Satyrã avem pro corvo accipi: cur tamen ita dicatur, videt plerisq; omnibus ignorari. Quidam ad naturam ejus avis referunt, quòd sola sit Satyrorum more, & ad libidinẽ procliviot. Quinetiam Anaxagoras ore coire credidit: quod tamen negat Aristoteles. Olim tamen vulgò ita persuasum fuisse satis constat ex Martialis disticho: Corve salutator, quare fellator haberis? In caput intravit mentula nulla tuum. Verisimilius tamen est, Satyram avem, dictam à loco quo res gesta est. Constat enim non modò Flori, verumetiam Livii & Gellii testimonio, singularem hanc Valerii cum Gallo pugnã in agro Pontino factam fuisse, quem agrum palus alluebat, quam Plinius Pontoniam, Virgilius Saturæ, sive Satyræ paludem appellat. Satyra itaq; avis dicta videtur, quasi avis Satyræ paludis. Corvos enim locis aquosis delectari, autor est Theon apud Aratum, propterea quòd corpora eorum vehementius maruerint. Vide Cælium Rhod. lib. 19. cap. 25.

Sătyri, [שְׂעִירִים seïrim. σάτυροι. Ger. Satyri sind vierfüssige thier in Wälden und Bergen Indie: haben Menschliche gestalt. Pol. Satyrowie.] Dicti sunt quòd in libidinem semper proni sint, à virili membro, quod veteres Græcè σάθην appellabant. Hi sunt (ut Plin. lib. 7. cap. 2. ait) animalia quadrupedia, in subsolanis Indorum montibus pernicissima, humana effigie, rectè currentia. Veteres hujusmodi monstra pro sylvestribus diis colebant: cujusmodi à D. Antonio visum fuisse in eremis Aegypti, autor est Hieronymus in vita Antonii. Vidit homunculũ (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes desinebãt. Et præmisso signo crucis, quũ quisnã esset, interrogasset Antonius, respondisse fertur: Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi: quos vano errore delusa gẽtilitas, Faunos, Satyrosq;, & Incubos appellat.

Satyricum signum: id est, Priapi effigies, quæ in hortis constitui solet, ad fascinationes hortorũ arcendas. [σατυρικὸν ἄγαλμα. Pol. Straszidł ona ogrodziech.] Plin. lib. 19. cap. 4: Quam rem comitata est & religio quædã: hortosq; & fores tantum contra invidentiũ fascinationes dicari videmus. In remedio Satyrica signa: quanquã hortos tutelę Veneris assignante Plauto.

Sătyrĭă, satyriæ, σατυρία, Cibus ex variis compositus herbis. [Pol. Pokarm zpol wyjmiony.]

Sătyrĭăsis, vel Satyrismus, σατυρίασις, σατυρισμός, Pulsus tentum, & velut singultus quidam inguinis, sequens inflammationem quandam passionem seminalis receptaculi, cum intentione, & tentigine. Quòd si non cessaverit pulsus ille, solent seminis receptacula incendi, vel spasmus nasci. Satyrismus, inquit Gal. lib. 2. Methodi, est virilis membri præter naturam arrectio. σατυριᾶν enim Græcis arrigere est, & rei venereæ pruritu extimulari. Idem & Priapismus dicitur, ab obscœno hortorum custode ducto nomine, qui veretro prægrandi sculpi solet, & erecto.

Sătyrĭon, f. σατύριον, Herba foliis lilii rubri aliquanto minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule lævi, cubitali modo, radice gemina. Vulgus Testiculum sacerdotis appellat. [Ger. Ein unbekant kraut in Teutschland: die gemeinẽ Artzet vñ Apotecker nennen es Testiculos canis oder Marienträhern darfur: aber unbillich: andere/testiculum sacerdotis, unsersrawẽ trähern/ Stendelwurtz mit dreyen bletern/Ragwurtz. Pol. Kszyęza yayka, lyszye yayka. Vng. Kosbor.] ¶ Est & alterum Satyrii genus, quod ἐρυθρόνιον cognominant, sive ἐρυθρόχραον, Venerem, etiamsi manu tangatur, extimulans. Semẽ habet lini, eoq; majus, durius & lævius. [Pol. Kopiel'ki.] Est & tertium, cognomento βασιλικόν, foliis nigra plumbagine maculosis, reliqua superficie cynosorchi similibus, radix est lutea, crebrisq; ramis, ad manus effigiem accedens. Officinę Palmam Christi appellant. [Pol. Raczki al' ou krystowa.] Deniq; herbas propemodum omnes, libidinis desiderium extimulantes, Græci Satyrii nomine sunt complexi.

Saucĭo, saucias, sauciare, act. p. Vulnero. [פָּצַע patsah. τραυματίζω. Gall. Blesser, navrer. Ital. Ferire, impiagare. Ger. Verwunden/ubel witsen. Bel. Woenden. Hisp. Herir, llagar. Pol. Ranian, wpruffocham. Vng. Meg sebesítem. Ang. To hurt or wound.] Cic. 3. Ver. Servi nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. Col. lib. 6. cap. 14: Ferro palatum opus est sauciare, ut sanguis profluat. Idẽ li. 4. cap. 25: Sauciandа ferro est atq; exulceranda vitis in ea parte qua pampinum studemus elicere. Ovidius 3. de Arte: tenues à pectore vestes Rumpit & indignas sauciat ungue genas.

Saucĭātus, a, um, participium, Vulneratus. [פָּצוּעַ patsuah חָלָל chalál. ὁ τετρωμένος, τραυματισμένος. Gall. Blessé, navré. Ital. Ferito, impiagato. Ger. Verwundet/verwirfet. Hisp. Herido, llagado. Pol. Raniony, ekrwawiony. Vng. Meg sebesíttetett. Ang. Hurt, wounded.] Colum. lib. 11. cap. 1: Sive quis (quod plerunq; accidit) sauciatus in opere noxam ceperit, &c.

Saucĭātĭo, onis, verbale, f. t. Vulneratio. [פֶּצַע pétsah. τραυματισμός, τρῶσις. Gal. Blessure, naureure. Ital. Esso ferire, impiagare. Ger. Verwundung. Hisp. Herimiento, de llaga. Pol. Ranienie. Vng. Meg sebesítes. An. A hurting, wounding.] Cicero pro Cæcinna: Et sauciatio quæretur, quum fugam factam esse constabit.

Saucĭus, a, um, Vulneratus. [פָּצוּעַ patsuah חָלָל chalál. τραυματίας. Gal. Blessé, navré. Ital. Ferito, impiagato. Ger. Verwundt. Bel. Gewondt. Hisp. Herido con llaga. Pol. Raniony. Vng. Sebes. An. Hurt, wounded.] Virg. 2. Aeneid. Quales mugitus, fugit quum saucius aram Taurus. Cæs. 3. bel. Civil. Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. Cic. pro Cæcinna: Nemo, inquit, occisus est, neq; saucius. ¶ Transsumitur & ad animum: ut Amore saucius. Cic. pro Cæl. ex vetusto quopiam Poëta: Medea animo ægro amore sævo saucia. ¶ Saucius fatigationis: id est, fessus, seu fatigatus. Apul. lib. 2. de Asino: Mihi verò fatigationis hesternæ etiam nunc saucio da veniam.

Săvĭor, Savium, Vide SVAVIVM.

Saură, σαύρα, Lacerta quæ in maceriis, & in sepibus delitescit. [Pol. Iaszczorka miedzy płoty mieszkaiaca.] Est & piscis nomen, quem & Latini lacertam nominant.

Saurites, sauritæ, σαυρίτης, Gemmæ species, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inveniri. Plin. lib. 37. cap. 10.

Saurix, Avis de qua infrà in dictione SORIX.

Săxum, saxi, n. s. Majus, asperius, duriusq; quàm lapis: licet quãdoq; saxum pro lapide ponatur. [סֶלַע sélah צוּר tsur אֶבֶן ében. λίθος. Gal. Caillou, pierre, roche ou rocher. Ital. Sasso, pietra, quadrello. Ger. Ein grosser rauher und hertter stein. Bel. Eenen bijden steen. Hisp. Piedra tosca y no labrada. Pol. Opoka, skal'a. Vng. Kő szikla. Ang. A rocke.] Cic. pro Cæcin. Qui saxa jacerent. Ovid. de Nuce: A populo saxis prætereunte petor. Virg. 2. Aeneid. Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat. Idẽ 2. Georg. Adde tot egregias urbes, operumq; laborem, Tot congesta manu præruptis oppida saxis. ¶ Volvere saxum dicuntur, qui inexhausto quopiam, atq; inutili labore fatigãtur. Teren. in Eunuc. Satis diu jam hoc saxum volvo. Donatus admonet proverbium fuisse dictum in eos qui inextricabili sudore affligerentur: tractumq; putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum volventis. Ad quem respexit & Virgil. 6. Aeneid. Saxum ingens volvunt alii, radiisq; rotarum Districti pendent, &c. ¶ Ponitur aliquando pro scopulo, seu monte saxoso, πέτρα. Plautus in Mostel. Iterum jam ad unum saxum me fluctus efferunt. Virgil. 1. Aeneid. Perq; undas superante salo, perq; invia saxa Dispulit. Ovid. 3. Metamorph. Per rupes scopulosque, adituque carentia saxa. Virgil. 2. Aeneid. stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Idem 2. Georgic. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Saxillum, saxuli, diminutivum. [λιθίον. Gall. *Petit caillou*. Ital. *Piccial sasso*. Ger. Ein steinlin/felsslin. Hisp. *Pequenna piedra tosca*. Pol. *Opoczka skalka*. Vng. *Kö szikla tska*. Ang. *A litle rocke*.] Cicer. lib. 1. de Orat. Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam.

Saxetum, saxeti, n. s. Locus saxosus, & petricosus. [πετρώδης τόπος. Gall. *Vn lieu pierreux*. Ital. *Luogo sassoso, pietroso*. Ger. Ein steinächtig oder felsächtig ort. Hisp. *Lugar pedroso*. Pol. *Opoczyste miejsce*. Vng. *Köszikla s*. An. *A place full of rockes or stones*.] Cicero pro Lege Agraria: Quod solum tam exile & macrū est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxetanus, adject. Quod inter saxa habitat. πετραῖος, λιθαῖος. Martialis lib. 7: Quum saxetani ponatur cauda lacerti.

Saxeus, saxea, saxeum, Quod è saxo est. [λίθινος. Gall. *De cailloux, ou de pierres, dur comme pierre*. Ital. *Fatto di sasso, duro come sasso*. Ger. Steinin. Hisp. *Cosa de materia de piedra*. Pol. *Kamienny, opokowy*. Vng. *Köszikla bol valo*. Ang. *Of a rock, hard lik a rocke or stone*.] Lucr. lib. 1: Strataq; jam vulgi pedibus detrita viarum Saxea conspicimus. Lucan. lib. 4: Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. Ovid. 12. Metamor. -socium quoque saxea moles Oppressit spatio stantem propiore Cometem. Pons saxeus, Lucan. lib. 4.

Saxosus, saxosa, saxosum, Saxorum copiam habens: ut, Saxosa via, quę saxis abundat. [πετρώδης. Gall. *Pierreux*. Ital. *Sassoso, pien di pietre*. Ger. Steinächtig/voll steinen. Hisp. *Cosa llena de piedras toscas*. Pol. *Kamienisty, skalisty*. Vng. *Köszikla s*. Ang. *Full of rockes or great, stones*.] Col. lib. 5. cap. 10: Loca aprica calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Saxosus frutex, in saxis crescens, vel saxosis locis. Plin. lib. 15. cap. 7: Simillimum huic inest & chameleæ frutici saxoso. Virgil. 5. Aeglog. -nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. Idem 2. Georg. Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.

Saxatilis, saxatile, pen. corr. om. t. Quod saxa incolit: [πετραῖος. Gall. *Qui est parmi les pierres, pierreux*. Ital. *Ogni cosa che sta fra gli sassi*. Ger. Das in steinen oder felsen wohnet. Hisp. *Cosa que esta entre las piedras toscas*. Pol. *Ropokach mieszkaiacy*. Vng. *Köszikla nlako*. Ang. *That inhabiteth rockes, or is stonie*.] ut Piscis saxatilis. Colum. lib. 8. cap. 16: Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quòd in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Saxatiles aves, quæ saxa incolunt. Varro 3. de re Rust. cap. 7: Vnum agreste, ut alii dicūt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villæ, à quo appellatę columbæ. Piscatus saxatilis, qui fit inter saxa. Plautus in Rud. Piscatum hamatilem, saxatilemq; aggredimur.

Saxificus, saxifica, saxificū, ut Os saxificum: id est, vultus aspicientes in saxa vertens. [πετροποιός, λιθοποιός. Gall. *Qui fait devenir pierre ou caillou*. Ital. *Che converte qualche cosa in sasso*. Ger. Das zu steinen machet. Hisp. *Cosa que haze à otra piedras*. Pol. *Wopoke obracający*. Vng. *Köszik lava valtoztato*. Ang. *That makes rockes or stones*.] Sen. in Herc. Furen. Tete laborum socia, & adjutrix, precor Belligera Pallas, cujus in læva ciet Aegis feroces ore saxifico minas. Ovid. 5. Metam. Vincis, *ait*, Perseu: remove tua monstra: tuæq; Saxificos vultus, quæcūq; ea, tolle Medusæ.

Saxifragum, saxifragi, vel Saxifraga, saxifragæ, vel Saxifragia, saxifragiæ. [σαξίφραγον. Pol. *Panny marycy wloski*.] Dioscoridi, Herba, à frangendis in corpore calculis appellata: vel quòd in locis saxosis, quum enascatur, saxa ipsa frangat. Vulgus *Salviam vitam* appellat.

Saxifragæ undæ, Cic. 3. de Orat.

S ante C.

Scabellum, Vide SCAMNVM.

Scaber, scabra, scabrum, Scabrosus. [שׂעיר *sahir*. τραχύς. Gall. *Rude & aspre à manier*. Ital. *Aspero, scabroso*. Ger. Rauch anzugreiffen/schebig. Bel. Ron/ruidich. Hisp. *Aspero, barrancoso*. Pol. *Chropiasty, skrobowaty*. Vng. *Darabos*. Ang. *Rough to handle*.] Cato de re Rust. cap. 96: Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt. Colum. li. 7. cap. 4: Hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non potest. Varr. 2. de re Rust. cap. 2: Non enim solùm ea uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas scabras fieri cogit. ❧ Quoniā verò quæ scabiosa sunt, cutem asperam habent: factum est, ut scabrum pro aspero ponamus, & impolito. τραχύς. Virg. lib. 1. Georg. Exesa invenies scabra rubigine pila. Cic. 4. Tusc. Pectus illuvie scabrum. Celsus lib. 7: At ubi scabri ungues sunt, circū aperiri debent, quà corpus contingunt.

Scabrosus, scabrosa, scabrosum, Plenus scabritia. [שׂעיר *sahir*. τραχώδης. Gall. *Scabreux, rude & aspre à manier*. Ital. *Rozzo, aspero nel toccare*. Ger. Vol reube/schrundechtig. Hisp. *Aspero, barrancoso*. Pol. *Chropowaty*. Vng. *Dara bosis*. Ang. *Full of roughnesse in handling*.] Plin. lib. 20. cap. 21: Hippolapathi radices privatim ungues scabrosos detrahunt.

Scabrum, scabri, substantivum, n. s. Scabrities. τραχύτης. Plin. lib. 37. cap. 2: Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, &c. De crystallis.

Scabratus, brata, bratum, adjectivum τετραχυσμένος. Colum. li. 4. cap. 24: Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata scabrataq; putrescat humoribus.

Scabredo, inis, f. t. Scabrities: hoc est, asperitas, & inæqualitas. τραχύτης. Quo vocabulo usus est Hieronymus in divi Hilarionis vita.

Scabritia, æ, f. p. & Scabrities, scabritiei, f. q. Asperitas. [τραχύτης. Gal. *Aspreté et dureté au toucher*. Ital. *Asprezza che si sente nel maneggiare*. Ger. Reube oder schebigkeit. Bel Ruydicheyt/grinbichheyt. Hisp. *Asperezza*. Pol. *Chropawość*. Vng. *Darabossag*. Ang. *Roughnesse in handling*.] Vnde Plin. Vnguiū scabritiam dixit. ❧ Nonnunquam accipitur pro scabie. Colum. lib. 7. cap. 5. Potest etiā scabritiem tollere succus viridis cicutæ.

Scabies, scabiei, f. q. Asperitas cutis cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxiosq; humores foras expellente. [גרב *gharab* חרס *cheres*. ψώρα. Gall. *La rongne*. Ital. *Rogna, scabbia*. Ger. Raub/kretzigkeit. Bel. *Rouwnagie/schurftheit*. Hisp. *La sarna ò semejamente*. Pol. *Krostki, świerzb*. Vng. *Koszuseg*. Ang. *A scab, a scalde or scabbednesse*.] Iuven. Satyr. 2: Sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit, & porrigine porci, Vvaq; conspecta livorem ducit ab uva. Virg. 3. Georg. Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber Altius ad vivū persedit, &c. de Arte: Vt mala quem scabies, aut morbus regius urget. ❧ Quoniam verò scabiem comitatur pruritus, pruritum autem scabiēdi cupiditas, & ex fricatione quædam voluptas: factū est, ut scabies pro voluptatis illecebris accipiatur. Cic. 1. de Legibus: Nos voluptatis blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, qa dulcedine hac & scabie carēt nō cernimus satis.

Scabiosus, scabiosa, scabiosum, Qui scabie laborat [ψωραλέος. Gall. *Rongneux, teigneux, galleux*. Ital. *Rognoso*. Ger. Kretzig/schebig. Hisp. *Lleno de sarna*. Pol. *Krostawy*. Vng. *Rühes*. Ang. *Scabbie or full of scalles*.] Persius Satyr. 2: nanq; est scabiosus, & acri Bile tumet. Colum. lib. 11. cap. 2: Nam si paucioribus diebus detur, ut ait Hyginus, per ver scabiosi boves fiunt.

Scabo, scabis, scabitum, act. t. Frico, scalpo. [גרד *gharad*. κνάω, ξύω. Gall. *Galler, gratter*. Ital. *Grattare, fregare*. Ger. Jucken/kratzen/schaben/reiben. Hisp. *Rascar la sarna ò comezon*. Pol. *Drapię*. Vng. *Rühe'sködöm, vakarodom*. Ang. *To scratch or claw*.] Plin. lib. 8. cap. 27: Si verò squamæ obtorpuēre, spinis juniperi scabit. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: -& in versu faciendo Sæpè caput scaberet, vivos & roderet ungues.

Scæva, Qui sinistra manu utitur pro dextra, & dextra pro sinistra. [איטר יד ימינו *itter iadh jemino* שמאלי *smali*. Gal. *Gaucher, senestre, gauche, mal droit*. Ital. *Mancino, sinistro*. Ger. Ein linckettaug. Hisp. *Cosa izquierda*. Pol. *Mańkut*. Vng. *Balog*. An. *That useth the left hand in stead of the right*.] Hoc nomine dictus fuit fortissimus quidam Cæsaris miles, qui apud Dyrrachiū, magna Pompeianorum vi oppugnatus, multisq; vulneribus acceptis, adduci tamen non potuit ut castelli sibi commissi custodiam desereret. Sueton. in Cæs. Scæva excusso oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato custodiam commissi castelli obtinuit.

Scævus, a, um, adjectivum, Bonum significat, eam ob causam, ut inquit Varro, quòd quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur.

Scala, æ, f. p. Scalæ, scalarū, utroq; modo dicitur, à scandendo, quòd his altiora scandamus. [סלם *sullam*. κλίμαξ. Gall. *Eschelle*. Ital. *Scala*. Ger. Ein leiter/stägen. Bel. Leeder. Hisp. *La escalera*. Pol. *Drabina*. Vng. *Lajtorja*. Ang. *A ladder*.] Nam propriè scalæ sunt, quæ ex pluribus gradibus constant. Distinguunt quidā sic, Scala est quæ ex transversis lignis, aut funib. aliave materia simili huc atq; illuc transferri potest: scalæ verò, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plin. lib. 14. cap. 1: E granni scala tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. De illa Cajus Iurisconsultus: Vel scalā sciens accōmodaverit ad ascendendū. Sed sæpe confunduntur, & scalæ magis in usu esse, quam scala dicimus. Salust. in Iugurth. Vnæ, atq; alteræ scalæ cōminutæ sunt: qui superstiterant afflicti sunt. Nō dixit, Vna atq; altera, singularem numerum tanquam parum usitatum refugiens. Cic. pro Milone: Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. ❧ Scalæ quibus per gyrum ascendimus, à cochleæ forma cochlides, & cochleæ dicūtur: quæ verò ex lignis teretibus constant, sive cannabinis funibus, à Capaneo inventæ primùm fuerunt, ut est apud Vegetium de re militari.

Scalmus, m. s. [σκαλμός. Gall. *La cheville d'un navire, à laquelle on attache l'aviron*. Ital. *Palo, schermo, legno tondo al quale si ligano i remi*. Ger. Der nagel oder rund holtz daran man das ruder legt / im ruder stassen. Hisp. *El escalmo en que se ata el remo*. Pol. *Kolek do ktorego wiosło przywiązują*. Vng. *Evezőgúzs*. Ang. *The end of the oare*.] Lignum teres, cui nautæ remos lorō quodā alligant.

alligat: sive lignum crenatum, ac fenestratum in apsidem, capitas remum, ut faciliùs, & solidiùs impellatur. Cic. de Clar. Orat. At verò contrà Crassus ab adolescente delicato, qui quũ in littore ambulans scalmum reperisset, eamq; ob rem ædificare navim concupivisset, exorsus est. Idem 1. de Orat. Navicula duorum scalmorum. Idem 3. Offic. Venit ipse maturè: scalmum nullum videt: hoc est, nullam non modò videt scapham, sed ne scaphæ quidem scalmum. Hinc Interscalmus, & Decemscalmus: de quibus suis locis.

Scalpellum, Scalper, Vide SCALPO.

Scalpo, scalpis, scalpsi, scalptum, act. t. Scabo, frico. [גרד gharadh. κνάω, κνήθω. Gall. Gratter, galler, graver, tailler. Ital. Grattare, intagliare, sculpire. Ger. Kratzen / schaben / schatten. Bel. Schrabben / kratten. Hisp. Escarvar, rascar, ò rassar. Pol. Drapie, skrabie. Vng. Vakargatom vakarom vakartsalam. Ang. To scratch or clawe, to carue or graue.] Plin. lib. 9: Attrituq; petræ scalpentes pisces pruritus invadit. Iuvena. Sat. 9: undiq; ad illos Conveniunt, & carpentis, & navibus omnes Qui digito scalpũt uno caput. Colum. lib. 7. cap. 5: Vitiosum locum pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu aut ungula tundunt.

Scalpere, Item gallinæ, cæteræq; id genus aves dicuntur, quũ etiam humi quærentes, pedibus dissipant quisquilias. [Pol. Grzebie.] ❡ Scalpere item gemmam, aut aliquid aliud, inquit Diomedes, dicimus, non sculpere: quod si verum est, innumerabiles libri mendosi erunt, in quibus sculpo, sculptor, sæpissime occurrũt. [פתח pittach חקק chak חקה chikkah. γλύφειν.]

Scalptor, scalptoris, m. t. Qui scalpit, ut Scalptor gemmarum, sculptor, & incisor. [מפתח mephattach. γλυπτής. Gall. Tailleur ou graveur. Ital. Intagliatore, scultore. Ger. Ein graber. Hisp. Escarvador, esculpidor, ò entallador. Pol. Rzezacz kamienia. Vng. Vakarga, vakartsalo. Ang. A grauer or caruer.] Plin. lib. 37: Expetuntur à scalptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duritiam ex facilè cavantes.

Scalptura, scalpturæ, f. p. Scalpendi actio. [פתוח pittuach מקלעת miklaath. γλυφή. Gall. Taillure ou graveure. Ital. Intagliatura, scultura. Ger. Das graben. Hisp. Esculpidura ò entalladura. Pol. Rzezanie. Vng. Vakargatas vakartsalas. Ang. A grauing or caruing.] Plin. lib. 37. cap. 7: Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt. Diomedes grammaticus, Scalpturam dici probat, non sculpturam: Scalpta (inquit) gemma dicenda est, non sculpta, quoniam adjecta præpositione facit insculpta.

Scalpturatus, adject. [מפתח mephuttach מחקה mechukkeh. γλυπτός, διαγεγλυμμένος. Gal. Encisé ou engravé. Ita. Intagliato. Ger. Geschnitten oder eyngelegt / ausgehauwen. Hisp. Esculpido ò entallado. Pol. Wyrzezany. Vng. Vakot. Ang. Graued or carued.] ut Pavimentum scalpturatum. Genus pavimenti, quod & vermiculatum dicitur, quod Romæ primùm fieri cœpit post tertium Punicum bellum ex tessellis minutis, diversicoloribus, utin templis antiquis. λιθόστρωτον. Nos Musaicum opus dicere solemus. In his pavimentis picturæ radendo fiebant, quo modo nunc scalpturata albaria in exteriore parte parietum & murorum fiunt. Alii volunt sculpturatum pavimentum esse, quod scalpturis variorum lapidum, & quibusdam veluti vitibus compositum est adornatum. Plin. lib. 37. cap. 25: Romæ scalpturatum pavimentum in Iovis Capitolini æde primum factum est.

Scalpturio, scalpturis, scalpturivi, scalpturitũ, n. q. Propriè desiderativum verbum est, idem ferè significans quod prurio, vel ob pruritum scalpendi desiderio teneor. [גרד gharadh. κνησιάω, κνησμώδης. Gall. Grater. Ital. Raspare. Ger. Zu gyssen oder tragen begeren / kratzen / schatten. Hisp. Rascar, à haver gana de rascar. Pol. Drapać sie chcie, swierzbiesie. Vng. Vakarodhatnam. Ang. To scratch or clawe.] Plautus tamen in Aulularia, pro simplici scalpo posuit: Vbi erat hæc defossa, occepit ibi scalpturire ungulis.

Scalper, scalpri, m. f. Scalprum: hoc est, chirurgicum instrumentum, quo caro putrefacta, aut os vitiosum exciditur. [σμιλίον. Gall. Vne lancette de barbier ou de chirurgien. Ital. Lanceta de barbiero, ò di chirurgico. Ger. Ein schrotmesser. Hisp. El rascador, instrumento para rascar, la lanceta. Pol. Rzezak abo noz barwierski. Vng. Ißot. Ang. A surgeons instrument to tak corrupted flesh frome diseases.] Vnde & Excisorius scalper dicitur. Celsus lib. 8. cap. 3: Tunc excisorius scalper ab altero foramine ad alterũ malleolo adactus, id quod inter utrunq; medium est, excidit.

Scalprum, scalpri, n. f. Ferramentũ quo quid inciditur, aliis atq; aliis artificibus alios atq; alios præbens usus. [γλυφεῖον. Gal. Instrument ou ferrement à tailler, graver, racler, vne lancette, vn tranchãt ou ciseau. Ital. Scarpello. Ger. Ein schrotteysen / messer. Hisp. El buril, tranchete ò rassa. Pol. Dlotko rzemieslnicze. Vng. Ißot metell, ki vakaro penna aptalo kesetske. Ang. A grauing yron, a shauing or scraping knife.] Interdum enim Chirurgorum est instrumentum, quo illi carnem putrefactam, vel ossa vitiosa excidunt. Celsus lib. 1. cap. 7: Tum demum ad manum scalprumq; veniendum.

❡ Scalprum librarium, quo ii utũtur qui libros describunt, ad eradendas lituras. Sueton. de Vitellio: Scalpro librario venas sibi incidit. ❡ Scalpra sutoria. Horatius secundo Sermon. Satyra: Si scalpra & formas nõ sutor, nautica vela Aversus mercaturis, delirus, & amens Vndiq; dicatur. ❡ Fabrile scalprum Livius appellat, quo magistri elephantos interimebant, inter aures beluæ adactũ, in ipsa compage qua conjungitur capiti cervix. ❡ In falce quoq; putatoria scalprũ dicitur ea pars quę à flexu procurrit. Colum. lib. 4. cap. 25: Quæ pars vinitoriæ falcis à flexu procurrit, scalprum, quod deinde aduncum est, rostrum appellatur. Cato de re Rust. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam esse voles: deinde librũ scalpro eximito.

Scalpratus, prata, atum, adject. γλυφειδὴς ἔχων. Col. lib. 9. cap. 15, ferramentum scalpratum dixit ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrãdos apum alveos.

Scalpellum, scalpelli, diminutivum, n. f. Instrumentum Chirurgorum quo venam aperiunt. [φλεβοτόμον. Gall. Vn petit burin ou lancette. Ital. Lancetta da barbiero ò chirurgico. Ger. Ein flietmen / lasseysen. Hisp. Lanceta para sangrar. Pol. Puszczadło. Vng. Er vago vas. Ang. A litle riping instrument to ripe woundes with.] Celsus lib. 2. cap. 9: Postero die averso medio digito, non autem scalpello, vena feriẽda, ut recẽs coitus ejus resolvatur. ❡ Accipitur & pro alio ferramento, quo putridam carnem exscindunt. Colum. lib. 6: Ferro cæsa scabies perluatur urina. Etiam sæpè scalpello usq; ad imũ resecare, & amputare scabiem sæpè profuit. Cicero in Oratione pro Sestio: Non est (inquit) ea medicina, quum sanę parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas.

Scammonia, vel scammonea. [σκαμμωνία. Gall. Scammonée ou scamonee. Ital. Scammonea herba. Ger. Ein purgierend safft eines krauts an seiner gestalt der springwurtz gleich. Hisp. La escamonea.] Herba est radice ramosa, pinguib. foliis triãgulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa: quę excavata, succum emittit, quem scammonium appellant. Vide Plinium lib. 24. cap. 15. & Cic. de Divin.

Scamnum, scamni, n. f. Est quod lecto veluti gradus apponitur, ut per id in lectũ faciliùs ascẽdatur. [כבש chebesch הדום hadhom. βάθρον. Gall. Vn banc, vn marchepied. Ital. Scanno, banchetto. Ger. Ein schemel / bettschemel. Bel. Een banck. Hisp. Escanno ò banco para se assentar. Pol. Lawa. Vng. Pad szek. Ang. A footstoole or any stoole to sit on.] Varro scribit scamnũ esse quo duplici gradu in lectũ altiorem conscendebant: scabellum, quo simplici scansione in lectum nõ altum scandebant. ❡ Interdum tamẽ & scamna dicũtur quæ pedibus sedentium subjici solent, quæ Grȩci ὑποπόδια vocant. Ovid. in Arte: Et cava sub tenerũ scamna dedisse pedẽ. ❡ Item scamnũ dicitur terra illa altior, quę inter duos sulcos in colẽdo relinquitur. Plin. Scamnũ inter duos sulcos cruda relinquantur. Colum. lib. 2. cap. 2, vocat scamnum crudũ, solum immotũ, minimeq; aratro proscissum. Idẽ lib. 3: Duabus gemmis supra terrã eminere passi reposita humo, cætera coæquẽt: quæ faciunt in eadẽ linea, intermissis totidem pedũ scamnis, dum peragant ordinẽ. ❡ Quandoq; etiã scamna accipiuntur pro ipsis sedilibus, in quibus sedere consuevimus. Ovid. lib. 1. Fast. Ante focos olim scamnis considere longis Mos erat. ❡ Scamna etiã in arboribus dicuntur rami & brachia sediliũ usum præbentia. Plin. li. 12. cap. 1: Aliud exẽplũ, Caii principis in Veliterno rure mirati platani unius tabulata, laxisq; ramorũ trabibus scãna patula, & in ea epulati, etc.

Scamilli, significat parvula scamna. Scribit aũt Vitruvius adjectionem per scamillos impares. Vt enim à mamma, mamilla diminuitur: sic à scamnum scamillum, auctor Priscianus, qui & illud affert. Verùm infirma scamillorum obice fultæ fores. Alii Scabillorum legere malunt.

Scabellum, n. f. Scamnũ exiguũ, quod sedentiũ pedibus subjicitur. [כבש chebesch הדום hadhom. ὑποπόδιον. Gall. Scabeau, scabelle ou petit banc. Ital. Banchetta, scabello, deschetto. Ger. Ein schemellin / fußschemelin. Bel. Een voetbanck, een bavecten. Hisp. Escanno, chico, banquillo. Pol. Podnozek. Vng. Lab alat valo zeketske, samoly. Ang. A footstoole.] Cic. pro Cælio: Deinde scabella concrepant, auleum tollitur. ❡ Scabellum item, teste Varrone, dicitur illud quo simplici scansione in lectũ conscendimus. Quòd si duos habeat gradus, jam non scabellum, sed scamnum dicitur, à scandendo. Vide paulò antẽ in dictione SCAMNVM.

Scabile, bilis, n. t. Idem quod scabellum. ὑποπόδιον. Cato cap. 10: Scamnum in cubiculo unum, scabilia tria, selles quatuor.

Scandalides palmæ, Vide SANDALIDES.

Scandalum, scandali, n. f. [מכשול michschol מכשלה machschelah. σκάνδαλον, πρόσκομμα. Gall. Scandale, esclandre, offense. Ital. Scandalo, offensione. Ger. Ein anstoß / ergernuß. Bel. Ergernisse. Hisp. Trompecadero, estropieço, escandalo. Pol. Obrazenie, attracenie. Vng. Botran kozas. Ang. A slander or offence.] Græca vox est, quam nos offendiculum, vel ruinam, vel impactionem possumus dicere. Quando ergo legimus, Quicunq; de minimis scandalizaverit quem-

tit quempiam: intelligimus qui dicto, factóve occasionē ruinæ sive cadendi cuiquam dederit.

Scandalizo, scandalizas. [הכשיל hichschil. σκανδαλίζω. Pol. Pogorszam.] quod est, Alicui scandalum præbeo, aliquē offendo.

Scandix, f.t. [σκάνδιξ. Ger. Wildtkörbelkraut.] Olens sylvestris genus, gingidio simile, amarū, & subacre, quo tenuiores in cibo utebantur. Athenis olim notissima erat Aristophanis Poëtæ in Euripidem dicteriis: quibus illi objecit, matrem ejus ne legitimum quidem olus, sed scandicem venditasse. Vide Plin. lib.21.cap.15.

Scando, scandis, scandi, scansum, n.f. Ascendo. [עלה halah. ἀναβαίνω. Gall. Monter amont. Ital. Ascendere, andare in su, andare all alto. Ger. Hinauff steigen. Hisp. Subir arriba. Pol. Wstępuię. Vng. Föl hagok. Ang. To climme.] Cic. in Catone: Ut si qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, quum alii scandant malos, alii per foros cursent. Virgil. 2. Aeneid. scandit fatalis machina muros. Ibidem: pars ingentē formidine turpi Scandunt rursus equum, & nota conduntur in alvo. Liv. 3. ab Urbe: Exquilias quidem ab hoste propè captas: & scandētem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. ¶ Scandor, eris, passivum. Plin. lib. 14. cap. 1: Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur via una Cypria. Hinc Scalæ dictæ sunt, per quas in altum ascendimus. ¶ Scandere in subrectū, dixit Plin. lib. 10. cap. 18. pro eo quod est felium modo ascendere. ¶ Hujus composita sunt, Ascendo, Cōscendo, Inscēdo, Superscādo, & Transcendo: quorū significata vide suis locis.

Scansilis, scansile, pen. corr. om. t. Per quod facilè ascenditur. [εὐανάβατος. Gall. Aisé à monter. Ital. Che si può ascendere facilmente. Ger. Darauff gut zu steigen ist. Hisp. Cosa que se puede subir. Pol. Latwi do wstępowania. Vng. Föl hághato. Ang. That may be easily clymmed.] Plin. lib. 17. cap. 11: Ficumq; sic etiam scansilem fieri. ¶ Scansilis annorum lex à Plin. lib. 7. cap. 49. dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdā annorum gradibus ascendimus.

Scansoriæ machinæ apud Vitruv. lib. 10: Sunt quæ à Græcis acrobaticæ appellantur, ut multi censent, quòd in altum homines tollant, & in aërem sublimes levent. Verùm Turneb. acrobaticas appellat, quòd in earum summum speculandi causa ascendatur.

Scandulaca. [Ger. Glockenblumen Pol. Barwinek.] (inquit Festus) Herba est frugibus inimica, quòd eas velut hedera implicans necat. Creditur esse secunda species clematidis, quā Latini convolvulum vocant.

Scandulæ, scandularum, f.p. [αἱ σχίδακες. Gall. Petit ais ou aissiles, & bardeaux à couvrir maisons. Ital. Cantinelle. Ger. Schindlen. Hisp. Ripias de madera rajada. Pol. Gonty, śindzioły. Vng. Sendely. Ang. Shingles, or slates to cover house; Weetball.] Asserculi è ligno in tenues laminas scissi, quibus ante inventas tegulas ædes tegebantur. Constat enim Romam ad bellum usq; Pyrrhi; hoc est, annos CCCCLXX, scandulis tectam fuisse. Fiunt autem ex robore, abiete, & picea fissis, vel assulatim defectis. Dictæ scandulæ, à scindendo, quasi scindulæ: vel à scandendo, quoniam in culminibus tectorum, ad tegulas, imbricesq; sustinendos collocantur, quò scandentes pervenire solemus. Inde tectum scandulare, quod ex scandulis constat. Hinc

Scandularius, rii, Qui ædes scandulis tegit. [Ger. Zachtecker. Pol. Pobyacz dachow, gontownik.] Hujus mentionem facit Tarruntenus Paternus l. ult. D. de jur. immunitat.

Scantiana poma, à Scantio inventore dicta, quæ Cato tradit in doliis optimè condi, referente Plin. lib. 15. cap. 14. Scantiana uva, à Varrone dicta est, quæ alio nomine Amminea major appellatur, ut refert idem Plin. lib. 14. cap. 4.

Scapha, scaphæ, f.p. Navicula parva, quæ majorem alligata sequitur. [עברה habarah. σκάφη, ἐφόλκιον. Gal. Nasselle, barchette. Ital. Barchetta, battello. Ger. Ein weidling, oder kleine schifflin. Bel. Een boortin. Hisp. Esquife, pequenna barcha. Pol. Bacik. Vng. Tsonak. Ang. A cock boat or boat.] Cic. li. 2. de invent. Postea aliquantò ipsos quoq; tempestas vehementiùs jactare cœpit, usqueadeò ut dominus navis, quū idem gubernator esset, in scapham confugeret. Iustinus lib. 2: Scaphā pro piscatoria navicula posuit: Ubi (inquit) solutū pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha trajecit trepidus. Liv. lib. 5. bell. Pun. Quum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebātur. Dicta est autem scapha ἀπὸ τοῦ σκάπτειν: hoc est, ab excavādo, propterea quòd primùm ex prægrandi arbore cœptæ sint excavari.

Scaphium, scaphii, n.f. [σκαφίον. Gall. Pot à pisser, ou chaire percée. Ital. Necessario, cacatoio. Germ. Ein geschirr zu allerley unrath / so sich ein brunzkachel. Bel. Eenen pispot. Hisp. Servidor ò urinal. Pol Vrinal albo naczynie takie, do czego mocz potrzebi. Vng. Desa, fesfil. Ang. A pispot or chamber pot.] Vasis genus, quo excrementa tàm liquida quàm sicca excipiuntur: à quadam scaphę similitudine nomen habens. Propriè aūt mulierū erat, quemadmodum lasanum virorū: ut annotavit Iulius pollux Onomastici sui li. 10. cap. 9. Ulpian. l. Quin. Mutius. Digest. de Auro & argen. leg. Legato argento, puto habita ventris causa scaphia nō contineri. ¶ Erat itèm scaphiū, ferramenti genus, quo athletæ exercendarū virium gratiâ terram effodiebant, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν: hoc est, à fodiendo dictū. [Pol. Motyka.] Latini ligonem vocant. Unde Plutarchus in Arato, athleticā ei speciem fuisse tradit à pugilum victu & scaphio non abhorrentem. In qua item significatione à Iuvenale positū existimant, Satyr. 6. ubi viriles mulierum exercitationes insectatus, ne à pugilum quidem & palæstritarum armis abstinentium.

> Aspice (inquit) quo fremitu monstratos perferat ictus,
> Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta
> Poplitibus sedeat, quàm denso fascia libro.
> Et ride, scaphium positis quum sumpserit armis.

¶ Erat & scaphium vas æneum, in quo styli in medio sui proceritas horarum ductus discriminabat. Vitruvius scaphen & hemisphæriū appellat. Plutarchus in Numa, Scaphiū appellat, quo ignis sacer extinctus, solis tantùm radiis accendebatur. Suidas præterea Scaphion, εἶδος κουρᾶς: hoc est, tonsuræ quoddam genus interpretatur: citatq; Aristophanē in Vespis: καὶ σὺ γ᾽ ὅμοιος εἶ, ᾧ σκάφιον ἀποτετιλμένῳ: hoc est, Tu verò Copsycho similis es, cui revulsum est scaphiū. ¶ Athenæus quoq; li. 4. Scaphium inter vasa potoria enumerat. In qua significatione videtur & Plautus accepisse in Sticho: Quibus divitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis utuntur.

Scapilium, scapilii, Veteres pro tergo usurparunt, & aliquādo pro ipsa scapula, νῶτον. Unde & spatium quod inter scapulas quasi vallecula, est, interscapilium dicitur.

Scapulæ, scapularum, f.p. Propriè dicuntur ossa duo in posteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumidiuscula, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quædam desinētia, quæ humerorū capita excipiūt. [שכם כתף schechem, κατρh. ὠμοπλάται. Gall. Espaules. Ital. Spalle, homeri. Ger. Die schertern oder schulterbein. Hisp. Las espaldas, los hombros. Pol. Łopatki. Vng. Val lapoczka. Ang. The shoulder blades.] Celsus eādem scapula operta nominat lib. 8. cap. 1. Passim tamen apud scriptores scapulas acceptas invenies pro tota illa regione quæ pone pectori objecta est. Plaut. in Asinar. Mirabar quid dudū scapulæ gestibant mihi, Hariolariq; occœperunt, sibi esse in mēdo malum. Varr. 2. de Re rust. cap. 7: Lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maximè duplici. Claud. 1. in Eutrop. qua miseri scapulas turabimur arte?

Scapularis, scapulare, adjectivum. [ὠμιαῖος. Pol. Okalrzeczny.] ut Scapularis servus, cujus scapulæ ad flagra destinantur, quiq; tergum habet assiduis verberibus lividum. Scapularis vestis, qua scapulæ teguntur.

Scapus, scapi, Ab architecturæ peritis dicitur ipsum columnæ corpus quod est inter basim & epistylium. [κίων. Gall. Le corps ou membre d'une colomne. Ital. Il corpo della colonna. Ger. Der theil einer saul so sich vom fuß biß zu dem Capital hinauff erstreckt. Hisp. El cuerpo o alhil de la columna. Pol. Kśztalt iłupowiedzialna. Vng. Oszlop derek. Ang. The bodie of a pillar between the chapitre and the base.] Scapus (inquit Budæus) corpus columnæ: nam quod super Columnā imponitur, capitellum, vel epistyliū vocatur: infra scapū, spira, quæ basis sæpè appellari solet: infraq; spiram, stylobates. Vitr. lib. 3. cap. 3: Scapi columnarum staturis, capitulorū ratio, &c. Et paulò post: In summis columnarū scapis. Et cap. 4: Qua crassitudine fecerunt balis scapi. ¶ Scapus item in herbis dicitur caulis simplex in styli modum surrectus, [ὁ καυλὸς ὀρθὸς ...]. Gall. La tige des herbes. Ital. Gambo tronco di herbe. Ger. Der gerad aufgestreckt stengel einer krauts. Hisp. El tallo ò alhil de las yervas. Pol. Głab. Ang. The upright stalk of an hearbe.] Ruellius lib. 1. cap. 2: Radix est id quo alimentum allicitur, & terræ cohæret: caulis verò, in quod idem defertur nutrimentum, simplexq; super terram assurgit, is in styli modum sursum prorepit, aut in altum feratur, scapus Latinè nominari consuevit, ducta à columnaribus scapis similitudine. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31. ad finem: Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibus quum sursum vorsum serpit, ad scapum lupini, aliumve quem hæreat, solet vincire. Plin. lib. 18. cap. ... Inventus est jam & scapus unus centum fabis onustus. His constat classicis autoribus scapum pro caule frequenter usurpatum. Idem quoq; quod in virgulæ modum, vel cel[si]tudine consurgat, thyrsi nomē sibi vendicat. Hactenus Ruellius. ¶ Scapus cardinalis, rectum illud, & paulò crassius lignum in valvis quo fores ipsæ sustinentur, & reguntur præcipuè ejus capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiori & inferiori cardine insertis valvæ ipsæ volvuntur, aut aperiendæ, aut claudendæ. Vitru. lib. 4. cap. 6: Fores ita cōpingantur, ut scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte: inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Scapos itē nōnulli appellāt tenues illos, lignososq; ramulos, è quibus uvarum acini dependent. Varro libro primo de Rustic. capite 54: Quæ calcatæ uvæ erunt, earum scapi cum folliculis

culis subjiciendi sunt sub prælum. Quo tamen in loco alii sco- ni, legendam existimant.

Scărăbæus, pen. prod. m. f. Insecti genus, teneras habens pennas, & ob id crusta tectas, stercore potissimùm sese alens. [κάνθαρος. Gal. Escharbot. Ital. Scarafaggio, scarafaggio. Ger. Ein kaatkäfer/roßkäfer. Hisp. Escarvato. Pol. Kruczka wkoürliemach gryzaca. Vng. Zarnas Zar hato bogar. An. A bettil.] Varia ejus sunt genera. Sunt enim grandiores, cornua prælonga habentes, bisulcis denticulata forcipibus, in cacumine quum libet, ad morsum coeuntia, quæ infantibus remedii vice ex collo suspenduntur. Hos Nigidius Lucanos appellat. Alii ex fimo ingentes pilas aversis pedibus volutantes, parvosq; in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulātes. Hos Aegypti sacerdotes summo venerabantur cultu, animatam Solis imaginē esse putantes, ut scribit Eusebius de Præpar. Evan. volitant alii magno cum murmure, & quodam quasi mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excavāt, nocturno stridore vocales. Scarabeorum generi adscribuntur & Lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ: nō ante matura pabula: aut post desecta conspicuæ. Sunt & alia scarabeorum genera, quæ vide apud Plin. libro 11. cap. 28.

Scărĭfĭco, scarificas, act. p. Scalpello aperio, leviter vulnero quo aliquid facilius exeat. [ἀμύσσω, ἐγχαράσσω. Gall. Scarifier, faire petites incisions & ouvertures à fin que le sang ou autre humeur sorte. Ital. Far piccole tagli nella carne, perche ne esca piu facilmente il sangue. Ger. Schrepffen. Bel. Koppen. Hisp. Sajar para sacar sangre. Pol. Zacinam poszczadlem, nasiekuie. Vng. Sebes meg nyitom ki veum kappaly bélm. An. To launce or open a sore.] Plin. lib. 12. cap. 7: Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingivis. Scarificare dolorem: id est, scarificando dolorē expellere. Idem lib. 28. cap. 11: Præterea in corde equorum inveniuntur os dentibus caninis maximè simile: hoc scarificari dolorem putant.

Scărĭfĭcātĭo, verbale f. t. [ἐγχάραξις. Gal. Scarification. Ital. Esso da i tagli piccoli. Ger. Schrepffung. Hisp. Obra de sajar para sacar sangre. Pol. Nasiecżenie mal'e, poszczanie banick. Vng. Sebki nyitas, kappalyzas. Ang. A launcing or opening of a sore.] dicitur levis vulneratio, quum aut arborum cortex, aut animalis cutis levi incisione aperitur. Plin. li. 17. cap. 27: Interim est & scarificatio quædam in remediis, quū macie corticis ex ægritudine astringente se justoq; plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraq; manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant. Colum. lib. 6. cap. 12: Si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur.

Scărĭtes, scaritæ, σκαρίτης, Gemma est quę scari piscis colorem refert, ut ait Plin. lib. 37. cap. 11.

Scărus, scari, σκάρος, Piscis nobilissimi genus, mari Carpathio maximè frequens, qui solus piscium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piscibus, vesci. Lecton Troadis promontorium sponte non excedit. Hunc optatus Elipertius classis sub Claudio præfectus, à mari usq; Carpathio petitum, navibusq; advectum, inter Ostiensem & Campaniæ oram disseminavit: adhibita etiam cura, ut proximo quinquēnio capti, mari redderentur: ut refert Plin. lib. 9. cap. 17. Oppianus: hic scarus saxa frequentat. Qui mites inter pisces clamore tremēdo Intonat, & solus pallentes ruminat herbas. Hor. 2. Serm. Satyr. 2: -pinguem vitiis, albumq;, nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Scăteo, tes, ere, n. f. Emano, erumpo, ebullio, & propriè de fontibus dicitur. [נבע nabáh הקיר hekir βλύζω, ἀναβλύζω, ἀναβλυστάνω. Gall. Bouillonner, sortir sources, abonder. Ital. Vscire, surgere fuori. Ger. Herfür quellen/herfür wallen oder fliessen. Bel. Overvloeyen overvloeyen. Hisp. Bullir lo que mana. Pol. Wyssiczam sie, tryskam. Vng. Ki buzgok, kifolok. Ang. To spring out abundantlie, to have great plentie, to runne or brast out with aboundance.] Cic. 1. Tusc. fontes scatere, prata herbis convestirier. Ablativo aliquando jungitur. Plaut. Aulul. Quæ mihi inter bibere sola, si vino scatat; Corinthiensem fontem Pyrenen potest. ¶ Per translationem accipitur pro abundare. Horat. 3. Carm. Ode 27: Scatentem beluis Pontum. Colum. lib. 6. cap. 16: Solent etiam neglecta ulcera scatere vermibus. ¶ Aliquando etiam pro exæstuari, sive æstuare, idq; aliquando cum genitivo. Gell. lib. 1. cap. 17: Irarumq; & molestiarum muliebrium per diem, perq; noctem scatebat. Nonnunquā etiam cum accusativo, dependente à præpositione ob, vel propter subauditis. Plaut. Persa: Potin' ne me moneas? memini & scio, Et calleo, & commemini: amas pol misera: id tuus scatet animus.

Scătĕbra, tebræ, pen. corr. f. p. Scaturigo, origo aquæ ex terra provenientis. [מבוע mabbuah מקור makór, βλυσμός. Gall. Vne source. Ital. Sorgiua. Ger. Ein Brunnquall/brunnader/eine wassers ursprung. Bel. Puitaderem. Hisp. Aquella obra de bullir para manar, bullidera. Pol. Zrzodl'o. Vng. Forras kutfo. Ang. The beyling or rising out of water out of a springe.] Virg. lib. 1. Georg. scatebrisq; arentia temperat arva. Plin. lib. 31. cap. 10: Mirū est & illud scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri nec effluere. Idem lib. 5. cap. 1: Eundē opacū, nemorosumq; & scatebris fontiū riguū, quā spectat Africā, fructibus omniū generū spōtè ita subnascentibus, ut nunquā satietas voluptatibus desit.

Scătūrīgo, pen. prod. genitivo scaturiginis, f. t. Scatebra. [מבוע mabbúah מקור makór, ἀνάβλυσις. Ger. Ein ursprung/ auffwallung/ Brunquellen. Pol. Zrzodło. Vng. Forras. Ang. The borling of water out of a spring.] Colum. lib. 3. cap. 13: Nā præstat non conserere, quàm in summa terra suspendere, nisi tamen scaturigo palustris obvia, sicut in agro Ravennate, plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Plin. lib. 33. cap. 3: In nigra scaturigines non ferè sunt perennes.

Scătūrīgĭnōsus, adjectivum. Abundans scaturiginibus. [πολυπίδακος, ἀναβλυστικὸς. Gall. Plein de sources. Ital. Pieno de fontane. Ger. Brunquellig/ das viel brunquellen: das ist/ springender brunnen hat. Hisp. Lleno de tales bulliduras. Pol. Pel'ny zrzodl'. Vng. Forrasos. Ang. That broileth and runneth over, full of springes.] Colum. lib. 5. cap. 8: Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit.

Scătūrĭo, scaturis, n. q. Pro suo primitivo Scateo ponitur, quod propriè fontium est: quāvis etiam per translationem accipiatur pro quovis modo abundare. [נבע nabah הקיר hekir, βλύζω. Gall. Jetter sources, sourdre. Ital. Saltare fuori, sorgere. Ger. Auffwallen/ entspringen/ herfür quellen. Hisp. Bullir lo que mana, salir hazia arriba. Pol. Wytryskam sie, wyskakuie. Vng. Ki forrok buzgok buzgogok bwobikbdhm. Ang. To boyle up and spring out abundantly.] Colum. lib. 3. cap. 1: Modicè tamen roscidum solum, quod fontibus non in summo, non in profundo terræ scaturiat, sed ut vicinum radicibus humorem subministret.

Scătīnĭa lex, Qua præposteræ veneris usus coërcebatur: ita dicta à Scatinio latore. Juven. Satyr. 2:

Quòd si vexantur leges, ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Scaurus, m. f. [κυλλόπους. Gall. Qui ont les talons gros, piebots. Ital. Chi anno le cavecchie grosse. Germ. Einer der grosse knoden hat / oder ein Tschigger. Hisp. Los que tienen los pies tuertos. Pol. Koślawi wielkie maiaci, kosliaw. Vng. Ki sikamodot bonkos labu. Ang. Which hath great banckles or heles.] Dicti sunt qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent, vel quibus pedes inflexo talo tardigradi sunt. Horat. lib. 1. Serm. illum Balbutit Scaurum pravis fultum malè talis. Ab hujusmodi pedum vitio cognomē traxit, qui primus in Aemylia gente SCAURUS dictus est. Vide in ONOMASTICO.

Scāzon, scazontis, σκάζων, Carminis jambici trimetri genus, in quinta sede Iambum, in sexta habēs spondeum, in cæteris nihil differēs à recto Iambico. Nos delumbes, sive claudos Iambos nominare possumus. Σκάζειν enim claudicare est. Hujus generis sunt illi in Præfatione satyrarum Persii: Nec fonte labra prolui Caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c.

Scĕlŏtyrbē, scelotyrbes, σκελοτύρβη, Morbi genus quo cōpages in genibus resolvūtur. Plin. li. 25. cap. 3: In Germania trans Rhenū castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis, qua pota intra biēnium dentes deciderent, compagesq; in genibus solverentur: stomacen medici vocant, & scelotyrben. Hoc mali genere Aelii Galli exercitū laborasse ex Arabicorum fructuum esu, autor est Strabo lib. 15. Fit etiam mali hujus mentio in Medicis definitionibus Galeno attributis.

Scĕlus, ris, n. t. Grave aliquod peccatum, seu atrox facinus. [זמה zimmah עול havel רשע resáhab רשעה risáhah, μύσος, ἄγος, μίασμα. Gal. Meschanceté, meschant acte, meffait. Ital. Misfatto, sceleragine. Ger. Ein grob laster/ schwäre missethat/ lasterstuck. Bel. Een quade daet/ een quaet feyt. Hisp. El grande y deforme pecado. Pol. Występek mierzny, zl'osc, wielka zlosc. Vng. Latorsag, bun. Ang. A mischief or a mischevous deede.] Plautus in Sticho: Advorsari sine dedecore, & scelere summo haud possumus. Quint. lib. 6. cap. 1: Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Virg. 6. Aeneid. Quid moror? Irrūpunt thalamos, comes additur unà Hortator scelerum Aeolides. Dicimus autem facere scelus, edere scelus in aliquē, astringi scelere, perficere scelus, suscipere scelus, quorū exempla nusquā non occurrunt. ¶ Ponitur aliquādo scelus pro scelerato. Plautus in Amphit. Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam.

Scĕlĕrĭtas, tis, f. t. Pro scelere obsoleta dictio, qua usus est Martian. in l. 4. D. de bon. eor. qui ant. sent.

Scĕlestus, a, um, Sceleratus, impius, flagitiosus. [עול havval רשע rasáhah, ἀλιτήριος, μοχθηρός. Gall. Meschant, malheureux. Ital. Pien di sceleritá. Ger. Lasterhafftig. Hisp. Scelerada, lleno de grandes pecados. Pol. L'otr niecnota. Vng. Lator. Ang. Mischievous, vengeable, full of naughtinesse.] Cicero pro Sext. Roscio: Res scelesta, atrox, nefaria. Plautus Milite: Atqui improbi & scelesti, iis animam

animam adimerent cito. Liv. lib. 5. ab Vrbe condita: Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit.

Scĕlĕstē, adverbium, Scelerate, flagitiosè, impiè. [μιαρῶς, πονηρῶς. Gall. Meschamment. Ital. Sceleratamente. Ger. Lasterhafftiglich/oder lesterlichen Hisp. Con grande y deforme pecado. Pol. L'otrowikie, niecnotliwie. Vng. Latral. Ang. Mischievousie.] Cic. Att. lib. 5: Clodium nihil arbitror malitiosè, quanquā scelestè quidem egerit. Liv. lib. 4. bell. Pun. Quæcunq; post Hieronis mortem, scelestè, atque impiè facta essent, Andronodorum atque Themistium arguit fecisse.

Scĕlĕrōsŭs, a, um, Sceleratus. [עוּן havvál רשע rasçháh. μιαρὸς, μοχθηρὸς, πονηρὸς. Gall. Plein de meschancetez. Ital. Pieno di sceleraggini. Ger. Lasterhafftig/ mit schalckheit durch getrübt. Hisp. Scelerado, lleno de grandes pecados. Pol. L'otrzyk. Vng. Lator. Ang. Mischievous, vengeable, vngratious.] Terent. in Eynuch. Vbi ego illū scelerosum, misera, atq; impium inveniam? Facta scelerosa atque impia, Lucr. lib. 1.

Scĕlĕro, as, act. p. Polluo, coinquino. [חלל chillél. μιαίνω. Gall. Faire meschancetè, souiller & polluer. Ital. Maculare. Ger. Beflecken mit schand vnd laster. Hisp. Ensuziar con tal pecado. Pol. Pomazac niecznota. Vng. Latral meg fertőztetni. An. To do mischief or a mischievous deede, to defyle.] Vir. 3. Aen. Parce pias scelerare manus.

Scĕlĕrātŭs, ta, tum, Scelestus, nefarius, perditus, impius, profligatus. [עוּן havvál רשע rasçháh. ἐναγὴς, μιαρὸς. Gall. Meschant, meffaisant. Ital. Scelerato, ribaldo. Ger. Lasterhafftig/schandtlich. Hisp. Scelerado, corrupto, lleno de grandes pecados. Pol. Niecznotliwi, zal czyk. Vng. Lator bires lator. Ang. Wicked, naughtie, mischievous.] Cic. ad Att. Ego autem illum malè sanum semper putavi: nunc etiam impurum, & sceleratum puto. Ovid. 3. Metamor. facto pius & sceleratus eodē. Lucan. lib. 2: Quenq; sue rapiunt scelerata in prælia causæ. Ovid. 11. Metamorph. A me causa data est, ego sum sceleratior illo. ❡ Veteres etiam sceleratum accipiebant pro cōtaminato, & scelere aliquo polluto. Vnde Sceleratā portam dixerunt, qua egressi Fabii, ad Cremeram amnem ad unū omnes a Vejentibus sunt interempti: & Sceleratum campū, proximè portam Collinam, in quo virgines Vestales quæ incestum fecerant, defodiebantur. Et sceleratum vicū, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium regem socerum suum, corpus ejus jacens, filia carpento supervecta est, properans in possessionem domus paternæ. ❡ Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod noxius. Virg. 2. Georg. at sceleratum exquirere frigus Difficile est: Hoc est, nocens, omnia exurens.

Scēnă, scenæ, sine diphthongo, f. p. [סוך soch סכה succháh. σκηνή. Gall. Vne ramee, vn eschaffaut couvert. Ital. Scena, loco vmbroso & doue stauano i rappresentatori delle comedie. Ger. Ein laubhütten vmb den schatten willen gemacht Hisp. Morada sombria, cabannuela, tienda, pauellon. Pol. Listnik, budacgal czia, chlodnik. Vng. Level Zem. Ang. A scaffold or stage to behold playes.] Propriè significat tabernaculum ex frondibus inumbrationis causa compositum: ἀπὸ τῆς σκιᾶς: hoc est, ab umbra, deducto nomine. Vnde & Scenopegia, dicta sunt festa quędam Hebręorū, quibus agentes sub hujusmodi tabernaculis, ex ramis frondibusq; compositis, memoriam renovabāt ejus temporis, quo Aegyptiorum servitute liberati, in solitudine sub tentoriis agitaverant. Ad hanc vocis hujus originem respexit Virgil. lib. 1. Aeneid. Africæ portum quendam his versibus describens: Hinc atque hinc vastę rupes, geminiq; minantur In cœlum scopuli: quorū sub vertice latè Aequora tuta silent: tum sylvis scena coruscis Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra. Quanquā ibi scenæ vocabulum, nō pro tabernaculo arte, manuve facto acceperit, sed pro loco, situ naturaq; umbroso. ❡ Et quoniā in ejusmodi tabernaculis Attica juventus, quum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incōdita decantabat, fabulasq; quasdam suo more agebat: factum est ut postea in urbem redactis Atheniensibus, nomē idem illi manserit contabulationi, quę inter utrunq; theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur: quod etiam nomē Romani unà cum re ipsa ab Atheniensibus acceptum, assiduo usu veluti suum effecerunt. Latiùs tamen Scenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente Vlp. l. ij. ff de his qui not. inf. cujus verba sunt hæc: Scena est (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorū causa, quolibet loco ubi quis consistat, moveaturq;, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico privatove, vel in vico: quo tamē loco passim homines spectaculi causa admittebantur. ❡ Scenarū olim varia fuerūt genera: ex quibus, quę Tragica dicebatur, columnis, fastigiis, palatiis, & signis, cæteroq; apparatu prorsus regali instruebatur: Comica, privatorū ædificiorū, & Menianorū, mediocrisq; cultus speciem habebat: Satyrica, arboribus, montibus, speluncis, opereq; topiario exornabatur. Erat & scena versatilis, quæ subitò tota machinis quibusdam vertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Item alia ductilis, quæ contractis tabulatis hac atq; illac interiorem picturæ speciem denudabat. ❡ Produci in scenā dicebantur histriones, mimive quum ab eo qui ludos edebat, mercede, autoritate, aut gratia adducebantur, ut in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam dicebantur, qui aliquanto intervallo postquàm primum sui spectaculū præbuerant, ad agendum revertebantur. Plin. lib. 7. cap. 48: Valeria Copiola Emboliaria reducta est in scenam à Pompeio Magno, quæ producta fuerat à M. Pōponio Aedili plebis. ❡ Servire scenæ: id est, servire tempori, & rebus præsentibus sese accommodare. Cicero ad Brutum: Tibi nunc populo & scenæ, ut dicitur, serviēdum est. ❡ Scena totius rei hæc est, dixit Cælius ad Cicer. lib. 8. pro eo quod est, hæc est totius rei actio, in hoc rei totius cardo vertitur. ❡ Scena minore aliquid agere: id est, minore apparatu, & ostentatione.

Scēnālĭs, scenale, adjectivum, Scenicus. σκηνικός. ut, Species scenalis. Lucretius lib. 4: Namq; ibi consessum caveat subter, & omnem Scenalem speciem patrum, matrumq; deorumq; inficiunt.

Scēnātĭlĭs, le, & scenaticus, Idem quod scenicus. Varro in Modio: Sed ó Petrulle ne meum taxis librum, Si te pepigat hic modò scenatilis. Idem περὶ ἀλόγων, ut comici, mimi, scenatici. Ex Nonio.

Scēnĭcŭs, a, um, [σκηνικός. Gal. De scene ou eschaffant. Ital. Pertinente à scena. Ger. Das zu den laubhüttē so man in schawspylē aufrichtet gehört. Hisp. Pertenesciente à morada sombria a cabannuela tienda. Pol. Do szal' ony prszinalezaci. Vng. Level Zeubbe vala. Ang. Of a scaffold.] Quod ad scenā pertinet: ut, Scenici ludi. Cic. de Orat. Quis unquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remissè, severas hilarè, forenses scenica prope venustate tractavit? Cic. pro Archia Poëta: Quod scenicis artificibus largiri solebat, id huic summa ingenii prædito gloria noluisset. ❡ Scenicus verò absoluto vocabulo, histrio dicitur, qui in scena agit ὑποκριτής. Suet. de Nerone: Ac spectaculis theatri dimissis illatos cuidam scenico placenti nuntium misit.

Scēnĭcē, adverbium: ut, Facere aliquid scenicè σκηνικῶς. Quint. lib. 6. cap. 1.

Scenofactorius, a, um, σκηνοποιητικός: ut, Ars scenofactoria, qua fiunt umbracula, vel tabernacula quacunque re fiant vel funes.

Scēnōmă, scenomatis. [σκήνωμα. Pol. Buda.] Tabernaculum, tentorium, sive habitaculum a verbo σκηνόω, quod est castra metari, sive tabernacula figere.

Scēnŏgrăphĭă, σκηνογραφία, In pictura dicitur frontis & laterum abscedentium adumbratio.

Scēnŏpēgĭă, [חג הסכות chagh hassuchchóth.] Vide SCENA.

Sēcrētum, ti, n. s. Pro secessu. [דביר *debhir.* ἀναχώρησις. Gall. *Lieu secret, un lieu retiré & separé ou on se retire à part d' avec les autres* Ital. *Luogo doue si ritiriamo separatamente.* Ger. Ein abgesünderet heimlich ort an dem einer von den Leuten ist. Hisp. *Lugar secreto do nos recogemos apartadamente.* Pol. *Odłączenie.* Vng. *Fel fele valo.* An. *A place separated a part.*] Plin. Epistol. 1. lib. 1: Quàm pulchrum illud, quàm dulce secretum, quantum ibi antiquitatis! ¶ Aliquando secretum accipitur pro re arcana quam nulli temerè communicamus, sed apud nos tacitam servamus. [סוד *sod.* ἀπόρρητον. Gal. *Secret.* Ital. & Hisp. *Secreto.* Ger. Verborgene vnd heimliche sachen Pol. *Taiemnica.* Vngar. *Titok.* Ang. *Any private and close thing.*] Quintil. lib. 11. cap. 1: Profert enim mores plerunque oratio & animi secreta detegit. Ovid. 2. Metam. Elegem dederat sua ne secreta viderent.

Sēcrētio, onis, verbale, f. t. Separatio, divisio. [פלגה *pelaghghah* פלגה *pelaghghah.* διάκρισις, διαχώρισις. Gall. *Separation.* Ital. *Separatione.* Ger. Absünderung Hisp. *Apartamiento.* Pol. *Odłączenie, oddalenie.* Vngar. *El valaztas.* Ang. *Separation or putting a part.*] Cicer. 1. Tuscul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio ac diremptus earum partium quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Sēcēspĭtă, interprete Festo, Culter est ferreus, oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, juncto ad capulum argento, auroque fixo clavis æneis, ære Cyprio: quo Flamines, Flaminia virgines, Pontificesq; ad Sacrificia utebantur: à secando dicta. [σφαγίς. Germ. Ein gattung eines Messers, so die Götzen opfferer brauchten. Pol. *Noż kreczywo.*] Suet. in Tib. Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrū sub, iciendum curavit. Idem alibi: Secespitam, alii securim, alii dolabram æneam, alii cultellum putant.

Sēcīvum, inquit Festus, à veteribus dicebatur libum quod in sacrificio secespita secabatur.

Sēcŭs, adverb. Quidam à secus derivant, quidā à setiò: unde quandoq; sumitur pro positivo, quādoq; pro minus, vel tardius. [ἄλλως, ἧττον. Gall. *Moins, autrement.* Ital. *Meno, altramente.* Ger. Desto minder / langsamer. Hisp. *Menos, en otra manera.* Pol. *Tym mniéy.* Vngar. Kwesbnben. Ang. *Or elles, otherwise.*] Virg. 2. Georg. nec secius omnis in unguē Arboribus positis secto via limite quadret. Apul. Nec eo secius approbabitur ubi nōt etiam firmitas animi mei. Accius Amphitryone, ut citat Festus: Si fortè paulò quàm dixi veniam.

Sēclūdo, is, pen. prod. Seorsum claudo, sejungo, disjungo. [הסגיר *hisgir* הבדיל *hibdil* חלק *chalak.* ἀποκλείω. Gall. *Enfermer à part.* Ital. *Serrar, chiudere.* Germ. Absöndern sich beschliessen, ausschliessen Bel. Af sluyten. Hisp. *Cerrar, apartar.* Pol. *Odłączam, oddalam.* Vn. *Kwelön rekeztem.* An. *To shute a part.*] Cic. 1. Tusc. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum à concilio deorum. ¶ Quandoque excludo. Virgil. 1. Aen. Solvite corde metum Teucri, secludite curas. ¶ Secludere vitam corpore, dixit Plautus, pro occidere.

Seclūsa sacra, A' priscis dicebantur, quæ Græci μυστικὰ appellant: ab eo quòd separata, ac seorsum clausa à nobis propter sanctitatē aliquam esse debeant. [Pol. *Świątości w tanemnice schowane.*] Id genus sacra Plin. appellat operanea, quòd ita aperto occulta sint, ne oculis profanorum obvia polluantur.

Sēclūsōrĭum, rii, n. s. In quo aliquid seorsum concluditur. [אוצר *otsar.* ἀποθήκη. Gall. *Vn lieu ou on enferme quelque chose à part.* Ital. *Luoco doue si ripongano le cose divisamente.* Ger. Ein ort in das man etwas nüber sich beschleusst. Hisp. *Lugar do nos recogemos algo aparta damente.* Pol. *Zamknienie.* Vngar. *Kwelön valaztas.* Ang. *A place where any thing is shute a part.*] Varr. 2. de Rerust. cap. 5: Quum opus sunt ex hoc aviario, ut saginantur idoneæ, excluduntur in minusculum aviarium, quod est conjunctum cum majori ostio, & lumine illustriore: quod Seclusorium appellant.

Sēco, as, secui, sectum, act. p. Præcido, amputo, item divido, distribuo. [גזר *gazar* זמר *zamar* בתר *batar* חטב *chatab.* τέμνω, κόπτω. Gall. *Couper, trancher, tailler, scier.* Ital. *Tagliare, segare, spartire dividere.* Ger. Schneiden/ hauwen Belg. *Snijden, afsnijden, afhouwen.* Hisp. *Cortar, partir.* Pol. *Rzabie, rozcinam.* Vngar. *El vagom, metszem.* Ang. *To cutt, to cut of or a sunder.*] Colum. lib. 2: Quam secueris autem herbam medicam, sæpius eam rigato. Plaut. Merc. Vel ut scias me amare, cape cultrū, seca Digitū vel aurē. Cic. de Orat. Atqi isti quidem causas in plura genera secant.

Virg.

Virg. 1. Aen. Pars in frusta secant, verubusq; trementia figunt. ¶ Secare viam, est celeriter proficisci, translatione sumpta ab avibus, quæ aërem inter volandū dividunt. Virg. lib. 6. Ille viā secat ad naves. Servius exponit id est, tenet. ¶ Accipitur item Secare pro sequi. Virg. lib. 10: Quæ cuiq; est fortuna hodie, quam quisque secat spem id est, sequitur, tenet, habet.

Sectus, a, um, participium. [גזר *nighzar* חטוב *chatub*. [illegible]. Gall. *Taillé, coupé, scié*. Ital. *Tagliato*. Germ. Geschnitten. Hispan. *Cortado*. Polon. *Rzezany*. Vngar. *El vagatt, metczett*. Ang. *Cutte of*.] Cicero 2. Tuscul. At verò C. Marius rusticanus vir, sed planè vir, quum secaretur, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium, solutus dicitur sectus. ¶ Legitur tamē participium futuri temporis, secaturus, pro secturus apud Colum. lib. 5. cap. 9.

Secāmentum, ti, n. t. Lignum sectile, aut quippiam ex ligno sectili confectum. [שבבים *schebabim*. [illegible]. Gall. *Tout ouvrage ou rongneures de bois qu' on scie ou fend*. Ital. *Ogni cosa divisa segando, come tavolette & simili*. Germ. Ein abgehauwen stuck von holtz. Hispan. *Cosas tajadas y cortadas, como tablas de madera*. Pol. *Wyrzinek, wyrznik*. Vngar. *Hasado fa, hasada sabal fsinaltatot*. Ang. *Any thing that is cutt of*.] Plin. lib. 16. cap. 10: E diverso materia abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.

Sectio, onis, f. t. Actus ipse secandi. [גזר *ghezer* בתר *bither*. [illegible]. Gall. *Taillement, coupeure, rongneure*. Ital. *Tagliatura*. Ger. Schneidung, zerhauwung. Hisp. *Cortadura*. Polon. *Zrzezanie, wyrzinienie*. Vng. *Vagas, metczés*. Ang. *A cutting of or a sunder*.] Plin. lib. 25. cap. 13: Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesq; ne sentiantur. ¶ Aliquando accipitur pro bonis damnatorum & præda hostium, quæ sub hasta venditur, pro ea denique quæ postea appellata est confiscatio. [ἡ τῶν [illegible] [illegible]. Gall. *Butin, confiscation de biens*. Ital. *Bottino, confiscatione de beni*. German. Eines verfallenen guts zertrennung / wie da beschicht wann es verganttet wirdt / da einer die hinanß / das ander dort hinauß kompt. Hisp. *Compra de bienes de desterrado*. Polon. *Przepadłego dobra confiscowanie*. Vng. *Kotia vasa*. An. *Forfetting of some mens goodes*.] Cæsar comment. Postridie ejus diei refractis portis, quum jam defenderet nemo, atq; intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit: id est, bona oppidi vendidit sub hasta. Tacitus: Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit. Hoc est, reliquias eorum bonorum, quæ Nero, dominis in exilium actis, fisco vendicaverat.

Sector, oris, m. t. verbale est à secando deductum, cum significat qui aliquid incidit, aut dividit: [גזר *ghozer* מבתר *mebatter*. [illegible]. Gal. *Coupeur, rongneur*. Ital. *Tagliatore*. Germ. Ein abschneider, hauwer. Hisp. *Cortador*. Pol. *Obrzynacz, przerzynacz, przerznacz*. Vng. *El vago, metczö*. An. *A cutter that cutteth any thing of or asunder*.] ut, Sector zonarius, qui alterius zonam, aut marsupium incidit, βαλαντιοτόμος. Plautus in Trinummo: Illius sunt, ni ille homo est, aut dormitator, aut sector zonarius. ¶ Sectores item dicuntur, ut autor est Asconius, qui spem sui lucri secuti, bona damnatorum emebant in auctionibus, ac postea pro compendio venditabant. Inde à Cicer. 2. Philip. M. Antonius sector Pompeii appellatur, quoniam bona Cn. Pōpeii emerat. [ὁ δημιόπρατα ὠνούμενος. Gall. *Acheteurs de butins ou biens confisquez*. Ital. *Comparatori del bottino*. Ger. Der ein verfallen Gut / so man verganttet / an sich kaufft. Hisp. *Compradores de los bienes del desterrado*. Pol. *Skupien przepadłych dobr*. Vng. *Baker penzfizete az ki kotianatien marhat veszen*. Ang. *That byeth the forfaite of some man*.] Cic. pro Rosc. Nescimus per ista tempora eosdem ferè sectores fuisse bonorum & collorū. Asconius innuit Sectorem in hac significatione dici à sequendo: arbitror ab antiquo verbo Seco, secas, dictum: quod idem significat, quod Sequor: Vnde Sector, sectaris, & Secta, sectæ. ¶ Item Sectores, teste Valla lib. 1. Elegant. sunt accusatores, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectant, aut certam reliquam partem, & id persequuntur. Budæus eos propriè dici sectores appellari posse, qui delationibus facilè confiscationes à principibus impetrant, ut homines indemnati insontes fortunis omnibus evertant.

Sectrix, verbale, f. t. ejusdem significationis. Plin. libr. 36. cap. 15: Vnde enim vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptionum sectrix?

Sectura, æ, f. p. Ipsa sectio, sive secandi actio. [גזר *ghezer* בתר [illegible]. Gall. *Coupeure, rongneure*. Ital. *Tagliatura*. German. Ein schnitt oder das schneiden. Hispan. *Cortadura*. Polon. *Zarzynanie*. Vngar. *Vagas, metczes*. Ang. *A cutting a sunder*.] Plin. lib. 37. cap. 8: Et venarum quidem Callaidis talis sectura, formatur, aliàs fragiles. ¶ Secturæ item dicuntur fodinæ, sive cuniculi subterranei, in quibus metalla exciduntur. Cæsar Comment. 4: Quibus fortiter resistentibus, vineas, turresque subtrusis aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerē vineasq; actis, cujus rei sunt longè peritissimi Aquitani, propterea quòd multis ærariæ secturæ sunt.

Sectīlis, pen. cor. Quod sectum est, sive secari solet, aut sectu facile est. [[illegible]. Gall. *Aisé à couper, tailler, scier ou fendre*. Ital. *Tagliata, ò facile da tagliare*. Ger. Schneidig / geschnitten / das sich gern schneiden oder hauwen läßt. Hisp. *Cosa cortada o que se puede cortar*. Pol. *Latwe do przerzynania, do przecięcia*. Vng. *Meteztetö, el meteltetet*. Ang. *Easie to be cut*.] ¶ Sectile porrum, idem quod sectivum, cujus folia identidem solo tenus secantur. [illegible]. Iuven. Satyr. 3. - quis tecum sectile porrum Sutor, & elixi vervecis labra comedit? Medulla sectilis. Plin. libr. 16. cap. 39. Ebur sectile, Ovid. de Medicam. faciei.

Sectīvus, a, um, pen. prod. Quod sectum est, aut secari solet: [[illegible]. Gall. *Taillé, coupé, cheiquete*. Ital. *Tagliato, fesso*. Ger. Beschnitten / das man abschneidet. Hisp. *Cortado, tajado*. Pol. *Przerzynany, przecięty*. Vng. *El metczetöt, vagmetelendö*. Ang. *That is cutt or vsed to be cutt*.] ut Porrum sectivum, quòd folia ejus sæpiùs secantur, ut profundiùs crescat. Duo enim sunt porri genera, unum capitatum, alterū sectivum. Col. lib. 11. cap. 3: Porrum si sectivum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqui: & ita quum increverit, secari.

Segmĕn, nis, n. t. Segmētum, quod à re aliqua resecaturā quo fiunt præsegmen, & resegmē. [בתר *bither*. [illegible]. Gall. *Rongneure, piece*. Ital. *Tagliamento*. Ger. Ein abschnitzling / abgehauwen stuck. Hisp. *La tajada*. Pol. *Wyrznek, wyrznik, okrawka*. Vng. *Metßlek, le metcit aprosag*. Ang. *That is cutt of fromme any thing*.] Plin. lib. 13. cap. 12: Segminibus utrunque amputatis. Gell. lib. 10. cap. 15: Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem fœlicem terra operiuntur. Composita vide suis locis.

Sĕgmēntă, n. f. Propriè segmina, & ramenta quæ à re quapiam resecātur: à secando, quasi secamēta, c in g mutata. [שבבים *schebabim*. [illegible]. Gall. *Morceaux, pieces, lopins*. Ital. *Tagliamenti, pezzi tagliati da qualche cosa, ressatura*. Germ. Abschnitzling / alles das so von einem ding abgehauwen wird. Hispan. *La cortaduras, tajadas*. Pol. *Wyrzinki, okrawki, strużyny*. Vng. *Halla dek, aprolek, metßirk*. Ang. *Thinges that is cut of fromme other*.] Plin. lib. 36. de ratione secandi marmoris loquens: Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris. Hinc etiam partes, & (ut ita dicam) membra mundi, quæ in universa terra digeruntur (quæ nostri *circulos*, Græci *parallelos* appellant, & *climata*) segmenta dicuntur. Plin. lib. 6. cap. 33: Plura autem sunt segmenta mundi. Principium habet Indiæ pars versa ad Austrum, patetque usq; ad Arabiam, & Rubri maris accolas. Idem: Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis. ¶ Segmenta itē, dicebantur minuta auri, & purpuræ, alteriusve materiæ segmina, ex quibus vermiculatim cōpositis, pretiosissimæ conficiebātur vestes, quæ segmētatæ dicebantur: quanquā non rarò pro ipsis etiā vestibus segmēta posita legamus. Ovid. 3. de Arte: Quid de veste loquar? nō jam segmēta requiro, Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. Val. Max. Datum est mulieribus ut segmenta aurea gestarent. Iuven. Satyr. 2, segmenta enumerat inter nubentium ornamenta. Segmenta (inquit) & longos habitus & flammea sumit Arcano qui sacra ferens nutantia loro Sudavit clypeis ancilibus. Non desunt tamen qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

Segmĕntātūs, a, um, Segmentis ornatus, sive ex segmentis & frustis factus: [ὁ ἐκ [illegible]. Gall. *Fait de plusieurs pieces de diverses couleurs*. Ital. *Ricamato*. Ger. Zusamen gesetzt / versetzt mit vielerley holtz. Hisp. *Trepado, pintado*. Polon. *Sztuk werkowany, z sztuczek y więcey*. Vng. *Hasogatot, sok darabbol tsinaltatot*. Ang. *Made of many and diverse pieces of diverse colours*.] ut Vestes segmentatę, de quibus jam egimus. ¶ Segmentatæ cunæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis segmentis diversorū colorum, & quodam quasi vermiculato emblemate pictæ. Iuven. Satyr. 6: Et segmentatis dormisset parvula cunis. Quāquam non desunt qui cunas segmentatas ibi intelligant, veste segmentata tectas.

Sēcors, & socors, ors, t. Ignavus, segnis, tardus, vel negligens in consulendo, meditando, prospiciendove quid opus sit facto, quasi sine corde. [נבל *nabal* אויל *evil* כסיל *chesil* נבל בבוב *nabub*. [illegible]. Gall. *Ellourdi, lourd, paresseux, negligent*. Ital. *Pegro, tardo, negligente, poltrone, misero*. Ger. Unbehertzt / trägfhinlessig. Belg. *Luy / traegh / slap*. Hispan. *Descuydado, perezoso, negligente*. Pol. *Gnuśny, item bojaźliwy, niesmiały*. Vngar. *Tunya, rest, henyelö*. Ang. *Sluttish, slouthfull, hartles or without spirites*.] Terent. in Adelph. Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo. Cic. 1. de Nat. deor. Contra quos Carneades ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. Col. lib. 1. cap. 1: Itaque illam vitam socordem persequitur valetudo.

Sēcordĭă, & socordia, ignavia, inertia, segnities. [הוֹלוּת [illegible] כסל *chesel* כסלות *chislub*: עצלה *hatslah* עצלות *hatsluth*. [illegible]. Gall. *Sottise avec paresse, bestise & lourdise*. Ital.

Mancamento di core, di giudicio. Ger. Trägheit/hinlessigkeit/mangel an gutem verstand und urtheil. Hisp. Descaraqamiento. Pol. Gnusnosc, item glupstwo. Vng. Herteles, restseg, tunnialseg. An. Sloathfulnesse, sluggishnesse.] Secordiam, inquit Festus, quidam pro ignavia posuerunt. Cato pro stultitia. Plaut. in Pœn. Nimia nos socordia hodie tenuit. Terent. in Andr. Enimvero Dave nihil loci est segnitiei, neq; socordiæ. Liv. 2. Bel. Pun. Sed Pœnus advena ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & socordia jam huc progressus.

Secōrdĭtĕr, sive Socorditer, Ignaviter, negligenter. [ῥᾳθύμως. Gall. Lourdement, & negligemment. Ital. Con dapocaggine. Germ. Hinlessiglich/faulkeit. Hisp. Descaraqadamente. Polon. Gnusnie, leniwie. Vngar. Restmel, tunnian. Ang. Sleuthfullie, slugghulie.] Inde Socordius, comparativum, Liv. 1. ab Vrbe: Ab Albanis socordius res acta.

Sēcreto, Secretus. Vide SECERNO.

Sectī Sectarius. Sectator, Vide SEQVOR.

Sĕcŭbo, as, pen. cor. Seorsum, sive solus cubo. [ἀποκοιτῶ. Gal. Coucher à part. Ital. Sedersi ò dormire da vn canto solo. Ger. Besonder ligen. Hisp. Assentarse à dormir à parte. Pol. Osobno noliege. Vngar. Egyedül halok. Ang. To lye a part.] Liv. 4. Decad. lib. 9. Per jocū adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset religionis causa, ut voto pro valetudine sua facto liberaret.

Sēcŭbĭtŭs, us, m. q. ipse secubandi actus. [ἀποκοίτησις. Gall. Couchement à part. Ital. Esso dormire separatamente. Ger. Das besonder ligen. Hisp. Aquel apartamiento de cama. Pol. Osobne leganie. Vn. Egyedül alas. Ang. A lying a part.] Ovid. 3. Amor. Eleg. 9. Qui tibi secubitus tristes dea flava fuissent, Has cogor sacris nunc ego ferre tuis. Catullus Argonaut. Anxia nec mater discordis mœsta puellæ Secubitu, caros mittet sperare nepotes.

Sĕcŭlă, pen. cor. f. p. Falx à secando dicta, ut ait Varro libr. de ling. Lat. 5. [מגל magghal. δρέπανον. Gall. Faucille. Ital. Falce. Ger. Ein Sichel. Hisp. Hoce para segar. Pol. Kosa. Vng. Kasza. Ang. sikle or hooke.] Hac utuntur qui in pratis herbas secant.

Sæcŭlum, seculi, n. f. sive à secando, ut quibusdam placet: sive, ut alii malunt, à sequendo deducatur, absq; diphthongo melius scribitur, producitq; antepenultimam contra primitivi rationem. [עולם holam. αἰών, γενεά. Gall. Siecle, l'espace de cent ans. Ital. Secolo, età. Ger. Ein zeit von hundert jaren/ein alter. Hisp. Siglo, edad. Pol. Wiek, to iest czas stoletni. Vngar. Hoszu idö, száz esztendö. Ang. An age, the space of an hundred eyares.] Est autem seculum idem ferè quod hominis unius ætas. Festus interpretatur spatium centum annorum. Vnde carmen Horatii seculare dicitur, quo describuntur sacrificia quæ centesimo quoque anno fiebant. Id etiam colligi potest ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, quum ait Numam Pompilium duobus seculis Pythagoram præcessisse: quem ex Livii autoritate constat ducentis annis fuisse ante Pythagoram. Sunt qui spatium triginta annorum, seculum putent: alii verò mille annos seculum habere existimant. Cicero Bruto, lib. 11: In multa secula videbamus Rempublicam liberatam: hoc est, in multum tempus, sive in multas ætates. Idem 2. de Orat. Seculis multis antè gymnasia inventa sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt: Id est, multis retrò ætatibus. Idem 6. Verr. Parietes quorum ornatus tot secula manserat. Idem 4. Acad. Nihilne tot seculis summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus? Seculum, sive seclum, per syncopen, Lucretius pro genere usurpat: ut Serpentia secla, lib. 6: Naribus alipedes ut cervi sæpè putantur Ducere de latebris serpentia secla ferarum. Idem libro 3: Desiperent homines, saperent fera secla ferarum. Et libro 1: Efficis ut cupidè generatim secla propagent. ¶ Sæpè etiam seculum accipitur pro tempore. Cicer. in Parad. Etiam ipse fortassis in hujus seculi errore versor. Id est, in errore nostri tēporis vel nostræ ætatis. Aurea secula. Virg. 6. Aeneid. Augustus Cæsar divum genus aurea cōdet Secula. Aspera secula. Ovid. 1. Metam. Aspera tum positis mitescent secula bellis. Impia secula. Virg. 1. Georg. Impiaque æternam timuerunt secula noctem.

Sēcŭlārĭs, seculare, om. t. Quod centesimo quoq; anno instauratur. [ὁ κατ' ἑκατὸν χρόνον γιγνόμενος. Gall. Qui se fait de cent en cent ans, de siecle. Ital. Di cent' anni di secolo. Ger. Das uber die hundert jar wider gehalten wird. Hisp. De ciento annos, de siglo. Pol. Rzecz ktora odnawiana co stoletni. Vng. Zaz esztendöbeli valo. Ang. That is done every hundred yares.] Ve ludi seculares, qui ita instituti erāt, ut nonnisi centesimo quoq; anno fierent: quanquam postea Principum ambitione, minore spatio interjecto, sæpius fuerint instaurati. In his ludis præco pronuntiare solebat, Populum Romanum eos visurum esse ludos, quos nemo ejus ætatis unquam vidisset, aut visurus esset posthac. Plin. lib. 7. cap. 48. Minus mitor Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisque secularibus ludis saltasse.

Sēcum, Dictio composita ex ablativo se, & præpositione cū: notæ est significationis. [עמו himmō. σὺν ἑαυτῷ. Gall. Avec soy. Ital. Con seco. Ger. Mit sich/mit jhm selbs. Hisp. Consigo. Pol. Sam soba. Vng. Vele. Ang. With him self.] Cic. Att. lib. 8. Quitamen est, tanta quidem de re, quin variè secum ipse disputet? Virg. 4. Aen. Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores Abstulit: ille habeat secum, servetque sepulcro.

Sĕcundo, secundas, Vide SECVNDVS.

Sĕcundŭs, a, um, Qui immediatè sequitur primum: & tàm numeri, quàm dignitatis ordinem denotat. [שני schenī. δεύτερος. Gall. Second, deuxieme. Ital. Secondo. Ger. Das ander. Belg. Die tweede. Hisp. Segundo en orden. Pol. Wtori, drugi. Vng. Masodik. Ang. The seconde.] Cic. in Orat. Quoniam id secundum erat de tribus. Virg. 11. Aen. Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus. Hirtius 4. belli Alex. Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus deę majestate, imperio, & potentia secundus à rege consensu gentis illius habeatur. ¶ Per translationē ponit pro prospero: [מצליח matsliah. δεξιός. Gall. Heureux, favorable, qui vient à gré. Ital. Prospero, favorevole. Ger. Glücklich. Hisp. Cosa prospera, favorable. Polon. Szczęśliwy. Vn. Zerencses, bodog. Ang. Prosperous, luckie.] ut secunda fortuna: id est, prospera, quòd vel conatus nostros sequatur, vel quòd nobis obsequatur. ἀγαθὴ τύχη. Virgil. 9. Aeneid. . tantum fortuna secunda Aut diversa cadat. Sic res secundæ, quæ pro nostro desiderio sequuntur. Virgil. 10. Aen. Nescia mens hominū fati, sortisq; futuræ, Et servare modum rebus sublata secundis. Ventus secundus, qui à puppe sequitur. οὔριος. Virgil. 4. Aen. -nec Zephyros audis spirare secundos? Secundo flumine nare, sive navigare: hoc est, in eam partem quam flumen decurrit. Ovid. 4. de Ponto: -sed flumine sæpe secundo Augetur remis cursus euntis aquę. Virgil. 3. Georg. -missusq; secūdo defluit amni. Secundis auribus aliquid accipere: id est, benevolis, clementibus. Liv. Omniaque semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ab nobis aliquo dicentur, adversis accipietis? Secundo populo philosophiam vituperare, dixit Cicer. 2. Tusc. id est, favente, & non repugnante. ¶ Secundo lumine, pro secundo die, posuit Cic. ad Att. lib. 7. Epist. 144. ¶ Secunda classis, in censu Servii Tullii Romanorū regis, dicebatur ea pars populi, quæ æris LXXV. M. aut eo amplius, intra tamen centum millia, in censum deferebat: iisdemque armis utebatur, quibus prima classis præter loricam & clypeum, cujus loco scuto utebatur. δευτέρα τάξις. Vide Livium lib. 1. ab Vrbe condita. ¶ Secundę mensę dicuntur fructus, cæteraque bellaria, quæ sublatis carnibus secundo loco apponuntur. τραγήματα. Quæ nominis ratio inde ducta est, quòd antiqui mensas appellabant ipsos discos, sive quadras, quibus epulæ in convivium inferebantur. Virgil. 2. Georg. Non ego te diis & mensis accepta secundis Transierim Rhodia. Horat. 2. Serm. Satyr. 2: -tum pensilis uva secundas Et nux ornabat mensas cum duplici ficu. Legitur secunda mensa, in singulari numero. Cic. Att. lib. 14: Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plin. lib. 9. cap. 35: Inferri mensam secundam jussit.

Sĕcundum, Præpositio accusat. casui serviens, & ponitur pro ex. [על. al. אחר achar. κατά. Gall. Pres, aupres, apres selon. Ital. Secondo, appresso. Ger. Nach. Belg. Bona. Hispan. Segun, cerca. Pol. Wedlug. Vng. Zerint. Ang. According.] Cic. 6. Verr. Secundum arbitrium tuū testes dabo: id est, ex tuo arbitrio. Idem de Senect. Quid autem tàm secundū naturam est, quàm senibus emori? ¶ Interdum idem valet quod post. μετά. Servius Sulpitius ad Cic. lib. 4. Duo vulnera accepisse, unū in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Quintil. Nam quod utrum mihi secundū patrem, fortuna videbatur parasse præsidium, id ego sperare in alia sorte non poteram. Cic. 1. Offic. Post mè autē & secundū deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt. ¶ Interdum idem valet quod pro: ut Fratrem secundum me decrevit: id est, pro me. Cic. pro Q. Roscio: Secundum nos judicari volumus. Idem Attico: Quisq; contà secundum causam nostram judicavit. ¶ Aliquando iuxta: Secundum quietem: id est, in quiete. Suetonius in Augusto: Aestimabat ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. ¶ Aliquando super, sive de. περί. Salust. in Iugurth. Secundum ea ut delibereris, &c.

Sĕcundō, adverbium, Secundo loco, secunda vice, iterum, rursus. [שנית schenith. עוד hodh. δεύτερον. Gall. Secondement, pour la seconde fois. Ital. Secondamente, secondariamente. Ger. Zum andern mal. Belg. Ten tweeden mael. Hisp. Segundamente, segunda vez. Pol. Wtorym razem. Vng. Masodszor. Ang. Secondlye.] Cicero Attico: Semel hominem allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset, ignorabam.

Sĕcundæ, arum, f. p. Membrana illa qua partus obvolutus ex utero prodit: dictæ quòd nascentem infantē sequatur. [שליה schiljah. τὰ ὕστερα, ὑστέρα. Gal. La peau de quoy est enveloppé l'enfant au ventre de sa mere, l'arriere faix. Ital. Secondine, la pelle nella quale è inuolto il fanciullo nel ventre materno. Ger. Das beschelin/bürde oder nachgeburt/ ist das fellin in welchem das Kind in Mutter leib ligt. Hisp. Las pares de la muger despues del parto. Pol. [illegible]

secundine, cypek. Vngar. Giermek tarta lantorna, bartika. Ang. The skinne wherein the infant lyeth in his mothers wombe.] Plinius Brassicę succus contra ardorem febrium facit & stomachi vitia, & ad secundas.

Secundani, m. f. Dicebantur secundæ legionis milites, sicut Primani, primæ legionis. [οἱ ἐκ τοῦ δευτέρου τάγματος στρατιῶται. Pol. Posłodni wal mierze.] Liv. 4. belli Maced. Dum repetunt enim signum priores, secundani se porta ejecere. Et paulò pòst: Secundani terga hostium cædunt: cæteri castra diripiunt. Plin. lib. 5. cap. 4: In Mediterraneo colonia Arelate sextanorū, Biterræ septimanorum, Arausio secundanorum.

Secundarius, a, um, Quasi secundi ordinis: [שני scheni. δευτερεῖος. Gall. Second apres le premier. Ital. Secondario, della seconda volta. Ger. Des andern. Hisp. Lo segundo que se sesta. Pol. Wtory, ktory. Chlab poslednie. Vng. Masod rendbeli. Ang. The seconde.] ut Panis secundarius: id est, vulgaris & sordidus, ut qui confectus sit ex farina, ex qua pollinis pars antè sit excussa. [ἄρτος συγκομιστός. Gall. Du pain bis, gros pain. Ital. Pane grosso per la famiglia. Germ. Schwartz vnd rauch Gesindbrot. Belg. Ruggenbroot. Hisp. El pan baxo.] Suet. in August. Cibi minimi erat, atq; vulgaris ferè: secundarium panē, & pisciculos minutos maximè appetebat. Hic etiam secūdus dicitur. Horat. -pasti siliquis, & pane secundo. ¶ Legimus & secundarium neut. gen. pro eā parte farinę ex qua conficitur panis secundarius. Plin. lib. 18. cap. 9. Iustum est è grano Campanæ, quum vocant castratum, è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinq;. Præterea floris semodium, & cibarii (quod secundarium vocant) sextarios quatuor, furfuris sextarios totidē. ¶ Ponitur aliquando pro proximo, & secundo. Cic. 2. de Invent. In hoc aūt loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alii nemini causam fuisse faciendi: secūdarium, si tantam, aut tam idoneam nemini. ¶ Cic. de Clar. Orat. Q. Arrium M. Crassi secundarium appellat: hoc est, secundum à M. Crasso eloquentiæ locū obtinentem. Idem (inquit) faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundo, as, act. p. Prospero, prosperum reddo. [הצליח hisliach. εὐοδόω. Gall. Donner prosperité, faire prosperer. Ital. Prosperare. Ger. Glücken, das ist/glücklich machen. Belg. Geluckich maken. Hisp. Prosperar ò fortunar. Pol. Szczęścić. Vngar. Zerencsessé tenni. Ang. To make prosperous or to lucke well.] Propert. Iam liquidum nautis aura secundat iter. Virgil. 7. Aen. -dii nostra incœpta secundent. Ovid. Epistol. 13: Blandaque compositas aura secundet aquas. ¶ Hinc obsecundo, as, de quo alibi.

Securis, hujus securis, f. t. Instrumentum ad secanda ligna: quasi semiquris, ut inquit Servius, vel, ut verisimilius videtur, à secando. [קרדום kardúm כשיל chaschíl גרזן gharzén כלף chelaph. πέλεκυς. Gal. Vne hache ou cognée. Ital. Scure, manara. Ger. Ein Axt/Beihel. Belg. Een bijl. Hisp. La segur o seguron. Pol. Siekiera. Vng. Fejsze, kerge. Ang. An axe or hatchet.] Virg. lib. 11. æratam quatiens Tarpeia securim. Cicer. 3. Verr. Agunt eum præcipitem pœnę civium Romanorū, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit. Idem in Pison. Quum miser ille securibus hospitis sui cervices subjicere gestiret. Hujus instrumenti inventrix fuit Penthesilea Amazon, teste Plin. lib. 7. cap. 56. Vnde & Amazones securigerę à Poëtis dictæ sunt. ¶ Secures magistratibus, qui animadvertendi potestatem habebant, solebant præferri illigatæ fascibus. Cic. 6. Verr. Quamobrem fasces Prætoribus præferantur, cur secures datæ? ¶ Infligere Reip. securim, per translationem dixit Cicer. pro Plancio, pro eo quod est vehementer lædere, vel graviter afficere. Idem pro Mur. Quam te securim putas injecisse petitioni tuæ? Id est, quantum detrimenti putas te attulisse tuæ petitioni? quasi dicat, Omnem petitionis tuæ spem quadam quasi securi præcidisti.

Securicula, læ, Exigua securis. [πελεκίδιον. Gall. Vne hachette, petite hache. Ital. Picciola scure, manara. Ger. Ein kleine Axt. Hisp. Pequeña segur o seguron. Pol. Siekierka. Vng. Zekerczeske. Ang. A litle axe or hatchet.] Plin. lib. 18. cap. 19: Securiculam insitivam pendere, qua intercidantur radices.

Securifer, ra, rum, Qui fert securim. [πελεκυφόρος. Gal. Qui porte hache ou cognée. Ital. Chi porta la scure. Ger. Ein Axt tragēt. Hisp. El que trahe la segur. Pol. Sie kierzik. Vng. Szekercest. Ang. That beareth an axe.] Ovid. 12. Metam. Quinq; neci Cæneus, dederat, Stiphelumq;, Bromumq;, Antimachumq;, Helimumq;, securiferumq; Pyracmon.

Securiger, ra, rum, Securifer. [πελεκυφόρος. Ger. Ein Beihelträger. Pol. Siekierny.] Ovid. Epist. 4: Prima securigeras inter virtute puellas Te peperit, nati digna favore parens. Sil. lib. 16: -Inclyta gentis More, securigera miscebat prælia dextra.

Securicla, clæ, Ligneum retinaculum, quod fuscus, sive subscus dicitur: quo duo ligna inter se tenacissimè vinciuntur. Vnde securiclati cardines apud Vitruv. lib. 10: Nostri, inquit Budæus, ut arbitror, hirundinum caudas appellant.

Securidica, Herba est ciceris foliis, pusilla, folliculos habens corniculorum modo aduncos, & in iis semen rufum, securiculæ ancipitis figura, à quo argumento & nomen invenit, πελεκῖνος. Nascitur in hordeo, & tritico, quæ & amplexu suo non raro enecat. Alio nomine hedysarum dicitur. Apud Gallos varia sortitur nomina, aliis fabam lupinam, aliis ervum, aliis granum appellantibus.

Securus, a, um, Tranquillus, cura & anxietate vacans: quasi sine cura. [בטוח batuach נאמן neemán שלו schalev שליו schelév. ἀμέριμνος, ἄφροντις, ἀσφαλής. Gall. Asseuré, seur. Ital. Sicuro. Ger. Rüwig/ohne sorg/sicher. Belg. Gerust/sorgeloos. Hisp. Seguro ò descuydado. Pol. Bespieczny, Pokoiny, bez frasunku. Vng. Bator, batorsaghan elő. Ang. Quiet, slack, slouthfull, assured.] Et differt à tutus: quòd securus dicatur is qui nō timet, etiamsi immineat periculum: tutus aūt is qui est extra periculum, quàvis etiam timeas. Ciceroni Plācus, lib. 10: Si Africanę legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Ovid. 1. Metam. Mollia securæ peragebant otia gentes. Ibidē. Néve foret terris securior arduus æther, Affectasse ferunt regnū cœleste Gigantas, &c. ¶ Aliquando securus capitur pro cōtemptore, incurioso, & negligente: tuncq; regit genitivum. ὀλίγωρος. Virg. 1. Aen. securus amorū Germanæ. Quint. lib. 8: In quod sæpè etiam incidit Cicer. securus tam parvæ observationis. Lucan. lib. 1: Per ferrum tanti securus vulneris exit. De leone.

Securitas, tatis, f. t. Tranquillitas curę, anxietatis & periculi expers. [בטח betach בטחון bittachón שלוה schalváh שלי schelí. ἀλυπία, ἀσφάλεια, εὐθυμία. Gal. Seureté, asseurance. Ital. Sicurta, sicurezza. Ger. Sicherheit/ruhe/vnd stille des gemüts. Hisp. Securidad ò descuydo. Pol. Bespieczność. Vng. Batorsagos elme, gondnalkwel valo. Ang. Quietnesse, securitie, suretisse.] Cic. de Amic. Caput esse ad beatè vivendum securitatem: qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus. Idem 5. de Finibus: Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò separāda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea ipsa est beata vita. Plin. Epist. 332: Sicut largitiones ex publico fieri mādata prohibent, ita vivendum ne multorum securitas subruatur. Philosophi definiunt Securitatem, rectam esse placidamq; animi constitutionem, malorum impendentium cura vacantem.

Secus, Præpositio cū accusativo, idē significans quod juxta. [παρά. Gall. Pres, aupres. Ital. Appresso. Ger. Nebend. Belg. By. Hisp. Cerca. Polon. Podlie. Vng. Mellett. Ang. Nere or nigh to.] Sempronius Asellio Histor. lib. 14: Ne possent stationes facere secus hoc. ¶ Aliquando adverbium est, & significat aliter. [ἄλλως. Gall. Autrement. Ital. Altrimenti. Ger. Anderst. Hisp. En otra manera.] Sequuntur aūt elegāter particulę ac, atq;, quàm. Cic. pro Muræna: Qui me non secus amavit ac si meus esset frater. Idem de Orat. Sed paulò secus à me quàm ab illo distributa. Idem de Nat. deor. Sed quoniam cœpi secus agere atq; initio dixerā. ¶ Hinc cōparativus Secius. Virg. 3. Georg. Interea toto non secius aëre jungit. Afranius pro Repub. Sin id quod non spero, ratio talis secus ceciderit. ¶ Secus etiam neutri generis nomen, idem significans quod sexus, notatum à Sosipatro ex Salustio. Virile secus.

Sed, conjunctio est discretiva, sive adversativa. [כי אם chi im. ἀλλά. Gall. Mais. Ital. Ma. Ger. Aber. Belg. Maer. Hisp. Mas à empero. Pol. Ale. Vng. De. Ang. But.] Cicer. de Orat. Non de præstanti quadā & eximia, sed propè de vulgari, & communi prudentia disputo. ¶ Aliquādo incipientis particula est, aut certè ad diversa transeuntis. Terent. And. Sed Pamphilum video. ¶ Iungitur aliquando cū autem. Plaut. in Rud. Sed autē quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram urnam Veneris? Aliquando cum verò. Cicero 7. Verr. O' præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed verò cum Paulis, Scipionibus, &c. ¶ Ponitur aliquando pro sed etiam. Cicero pro Milone: Obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum.

Sedenim, Adversativa particula, quandam etiam probationis vim habens adjunctam. [כי אם chi im. ἀλλὰ γάρ. Gall. Mais pource que, mais. Ital. Ma pur. Ger. Aber doch/dañ je. Hisp. Mas, empero mas. Pol. Alie y tez. Vng. De mind az, altal. Ang. But becaus, but.] Virg. 1. Aen. -hoc regnū dea gentibus esse, Si qua fata sinant, jam tum, tenditq; fovetq;. Progeniē sedenim Trojano à sanguine duci Audierat, Tyrias olim q̄ verteret arces. ¶ Accipitur & pro autē, sive verò. Cic. pro Archia Poeta: Statim Luculli, quū prætextatus etiam tum Archias esset, cum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solùm ingenii ac literarum, verumetiam naturę atq; virtutis, ut domus, quæ hujus adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. ¶ Aliquādo pro etenim, sive certè. Plaut. Curc. Sedenim nequeo durare quin herum accusem meum.

Sedare, Sedatio, Sedatus, Vide SEDO, sedas.

Sedeo, des, sedi, sessum, n. f. Ejus antithera sunt sto, ambulo. [ישב jaschab. καθέζομαι, καθίζομαι, κάθημαι. Gall. Se seoir, s'asseoir, estre assis.

dre assis. Ital. Sedere, sentare, star à sedere, star assentato. German. Sitzen. Belg. Sitten. Hisp. Assentarse estar assentado. Pol. Siedze. Vng. Veszeg vagyok. Ang. To sit.] Cic. 2. de Divin. Quum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. Plaut. Stich. Si nō ubi sedeas locus est: at est ubi ambules. Dicimus aũt, Sedeo super equũ, Sedeo equo, & Sedeo in equo. Quintil. An sit credibile, super caput Valerii pugnantis sedisse corvum. Cic. de Orat. In solio sedens domi. Idem 2. de Finib. Sedere in solio ornatu regali. Idem Att. lib. 2: Maloq; in illa tua sedecula sedere, quàm in istorum sella curuli. Martial. libr. 5. Epigr. Vno credis equo posse sedere duos? ❡ Sedere in ovis, pro incubare. Plin. libr. 9. cap. 51: Polypus fœmina modò in ovis sedet: modò cavernā cancellato brachiorũ implexu claudit. ❡ Aves quoq; sedere dicuntur, quũ arbori, tecto, aliive rei insistentes, nō movētur. Virgil. 12. Aen. Alitis in parvæ subitò collecta figuram, Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis Nocte sedens, serum canit importuna per umbras. ❡ Aliquãdo ponitur pro otiari, & ignavum esse. Cic. Att. Quid enim? sedere totos dies in villa ista? Virg. 11. Aen. -sedeant spectentq; Latini. Terent. in Adelph. An sedere oportuit domi virginem tam grandem? ❡ Aliquando Sedere ponitur pro placere, & tunc cum dativo construitur. Virg. 5. Aen. Idq; pio sedet Aeneæ, probat autor Acestes. Hieron. in Deuter. Si aũt postea nō sedet animo tuo, dimittes eam liberam. ❡ Aliquando pro manere, immorari. Cic. lib. 9. Epistol. Si venti essent, nos hic Corcyræ non sederemus. Liv. lib. 2. bell. Pun. Id horreum fuit præsidium Pœnis sedentibus ad Trebiam. ❡ Item secundũ Augures, Sedere, est augurium capere. Nam post designatas cœli partes, à sedētibus captabantur auguria. ❡ Vestis itē sedere dicitur, quæ apta est. Quint. Nam & ita sedet melius toga, & continetur. A' qua loquendi consuetudine sumpta translatione, Imperiũ humeris alicujus bene sedere dicimus, quod illi probè convenit, & ab illo pro dignitate rectè sustinetur. Plin. in Paneg. Quũ abundè expertus esset, quàm bene humeris tuis sederet imperium.

Sĕdens, participium, apud Martial. lib. 10: Sedens lactuca, pro sessili. [יושב joschēb. καθήμενος, καθεζόμενος. Gall. Seant, qui est assis. Ital. Chi senta assentato. Ger. Sitzen. Hisp. Assentado. Pol. Siedzaci. Vng. Veszeg vagyok. Ang. Sitting.] Martial. lib. 10. Epigr. 48: In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum.

Sēdes, hujus sedis, f. t. Sella in qua sedemus. [מושב moschab. ἕδρα, θῶκος. Gall. Siege, seant, logis & demeure. Ital. Sede, sedia, luogo da sedere, cadrega, scagno, seggio. Ger. Ein sitz/ sessel. Belg. Eenen Setel. Hisp. Assiento, silla, lugar parar assentarse. Polon. Siedzenie, stolek. Vng. Szek, pad. Ang. A seat, or place of remaining.] Plin. in Paneg. Iamdudum illi radiatum caput, & media inter deos sedes auro staret, aut ebore. ❡ Interdum ponitur pro habitatione, vel domicilio, idq; tàm singulari, quàm plurali numero. [Pol. Mieszkanie.] Cicer. de Provinc. Consular. Nam si ille aditus Gallis patuisset, nunquã hęc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. Idem pro Cluent. Sceleratorũ sedes atq; regio. Virg. 1. Aen. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesq; locavit Teucrorum. ❡ Interdum ponitur pro sepulcro, Virgil. 6. Aen. Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. ❡ Interdum pro podice, & ani circulo. Plin. lib. 23: Cinis sarmentorum, vitiumque, & vinaceorum condylomatis, & sedis vitiis medetur. ❡ Sedes luxuriæ, per translationem, pro loco in quo maximè viget luxuria. Cic. contra Rullum: Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati.

Sĕdĭcŭlă, f. p. Parva sedes. [ἑδράζιον. Gal. Petit siege. Ital. Sedietta. Ger. Ein sitzlein/sesselin. Hisp. Assiento pequeno. Pol. Stol' eczek. Vng. Szekecske. Ang. A litle seat.] sicut ędicula, parva ædes: quanquã non desunt, qui Sedecula scribendũ contendant: quo pacto etiam legitur apud Cic. in Epist. ad Att. lib. 4: Maloq; in illa tua sedecula quã habes sub imagine Aristotelis, sedere, &c. Valla tamē putat omnino sedicula esse scribendũ per tertiã vocalē.

Sĕdīlĕ, lis, pen. prod. n. t. Sedes, subsellium, scamnum ad sedēdum aptũ. [מושב moschab. ἕδρα, καθέδρα. Gall. Siege, chaire. Ital. Sedia, cadrega. Germ. Ein sitz/stul/sessel/schämel. Belg. Een Sitten/een gestoelt. Hisp. Assiento, silla. Pol. Stol' ek, l'awka. Vngar. Pad, szek. Ang. A seat or stoole to sit vpon.] Plin. Epist. 101: Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore. Virgil. 1. Aeneid. Intùs aquæ dulces, vivoque sedilia saxo.

Sĕdentārĭŭs, ria, rium, Quod sedendo fit. [ἑδραῖος. Gall. Ce qu' on fait estant assis. Ital. Che si fa a sedere. Ger. Das man sitzend thut. Hisp. Cosa que se haze à assentado. Pol. Praca ktora bywa siedzacy. Vng. Veszeg vagyok. Ang. That is made sitting.] ut ars sedentaria, quæ sedendo exercetur: quam & sellulariam vocant. Opera sedentaria, quæ fit à sedentibus. Col. lib. 12. cap. 3: Neq; enim sedentaria ejus opera, sed modò ad telam debebit accedere: modò eos qui cibum familiæ conficiunt invisere.

Sĕdentārĭŭs, rii, m. f. Qui sedēdo opus facit: sicut sutor, sartor, & id genus alii. [ὁ ἑδραῖος, ὁ καθήμενος ἐργαζόμενος. Gall. Vn artisan qui fait sa besongne estant assis. Ital. Chi fa arte stando a sedere. Germ. Der sitzingen sein arbeit verricht. Hisp. Haeador de arte à assentado. Polon. Ten ktory siedzacy pracuie. Vng. Veszeg vagyok, sziggen mivo. Ang. That sitteth and worketh.] Plaut. in Aulul. Calceolarii, sedentarii, sutores.

Sessio, onis, f. t. Actus sedendi. [שבת שיבה schebeth שיבה schibah. ἕδρα, θάκησις. Gall. Assiette, lieu à s' asseoir, assiement. Ital. Il sedere. Ger. Das sitzen. Hisp. Obra de assentarse. Pol. Siedzenie. Vngar. Vlés. Ang. A sitting.] Cic. 2. de Nat. deor. Accubatio, inclinatio, sessio. ❡ Aliquãdo ponitur pro sedili. [מושב moschab ἕδρα. Gal. Siege, chaire. Ital. La sedia. Ger. Ein sitz. Hisp. El assiento.] Cic. 2. de Orat. Num tandem aut locus hic non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarũ disputationũ memoriam quodammodo commovent? id est, tot sedilia.

Sessito, as, frequētativum. [συχνάκις ἐγκάθημαι. Gall. S' asseoir souvent. Ital. Sedere spesso. Ger. Stäts oder offt sitzen. Hisp. Assentarse à menudo. Pol. Vstawnie siedze. Vngar. Vleldegelek. Ang. To sit often.] Cicer. de Clar. Orat. Quam deam in Periclis labiis scripsit Eupolis sessitavisse: id est, sæpiùs sedisse.

Sessibulum, li, n. f. Super quod sedemus, & quiescimus. [מושב moschab. ἕδρα, χαμαιζήλη. Gall. Siege. Ital. Sedia. Ger. Ein sitz darauff man sitzt. Hisp. Assiento, silla. Pol. Siedzenie. Vng. Vlo hely. An. Any thing to sitt vpon.] Plaut. in Pœn. Quæ tibi olcans stabulum, statum, sellam & sessibulum merum.

Sessilis, le, om. t. penult. corr. Quod sedet, vel sedere videtur. [ἑδραῖος. Gall. Qui est assis. Ital. Che senta ò monstra di sentare. Ger. Das da sitzt/ oder sich ansehen lässt als wann es sitze. Hispan. Assentado, rellanado y ancho. Polon. Siedzacy. Vng. Vlö. Ang. That sitteth or seameth to sit.] Plin. libr. 15. cap. 15: Interna nominum causa est barbaricis, venereisque, quæ colorata dicunt, regiisq; quę minimo pediculo so sessilia, &c. Hinc sessiles lactucę dicuntur, quasi sedētes: hoc est, quæ ita humi projectæ sunt ut sedere videantur, neq; sursum rectæ esse, aut in sublime ascendere. Martial. libr. 5. Illic videres frutice nobili caules, Et utrunque porrum, sessilesque lactucas. ❡ Tergum sessile, in quo quis possit sedere. Ovid. 11. Metam. -sic tergum sessile, sic sunt Pectora celsa toris.

Sessor, m. t. [יושב joschēb. ἑδραῖος, ὁ καθήμενος, καθεζόμενος. Gall. Qui est assis. Ital. Chi senta. Ger. Ein Sitzer. Hisp. Assentado. Pol. Ten ktory siedzy. Vng. Veszeg vagyok. Ang. He that sitteth.] Horat. 2. Epist. 2: In vacuo lætus sessor plausoq; theatro.

Sedimentum, Vide SIDO.

Sēdĭtio, onis, f. t. à se, hoc est seorsum, & itio componitur. [מהומה mehumah קשר kescher, στάσις. Gall. Sedition, mutinerie. Ital. Seditione, discordia. Germ. Ein auffrur/ auffstand des Volcks. Belg. Een oproer. Hisp. Bollicio ò alborote de pueblo. Polon. Rozruch. Vng. Part ütes, tamadas. Ang. Sedition, variance, discord.] Cic. lib. 6. de Republ. docet seditionis proprietatem à dissensione civium dictam esse, quòd seorsum eant alii ad alios. Sed enim propriè quum populo discordante itur ad manus, qualem describit Virgil. libr. 1. Aen. Ac veluti magno in populo quum sæpè coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus: Iamque faces, & saxa volant, furor arma ministrat. ❡ Similiter seditio in exercitu dicitur, in classe, in campo, & ubicunque est multitudo hominum adversus Duces, Magistratūsve arma capientium, vel imperium detrectantium. Ovid. 12. Metam. Seditioque recens, dubioque autore susurri. Idem 9. Metam. crescitque favore Turbida seditio. Cæsar 7. bell. Gall. Verius nequa in castris ex eorum cōcursu & misericordia vulgi seditio orietur. Pollio Ciceroni, libro 12. Singulæ quædam cohortes seditionem fecerunt. Dicimus autem Latinè, eleganterque, Concitare seditionem, Facere seditionem, Commovere seditionem, Oriri seditionem, Sedare seditionē.

Sēdĭtĭōsŭs, a, um, Proclivis ad seditionem. [στασιώδης. Gall. Seditieux, mutin. Ital. Seditioso, discordevole, scandaloso. Ger. Aufrürisch/ der gern auffruren anrichtet. Belg. Oproerisch. Hisp. Alborotador. Pol. Rozruchi cziniacy. Vng. Partolkodo, haborusag inditó. An. Seditious, that stirreth vp striffe or discorde.] Cic. 3. Verr. Malus civis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit.

Sēdĭtĭōsĭŏr, comparativus. [Pol. Rozruch barzo cziniacy. Vng. Part ütö, partosab vitza vanyok.] Asconius Pædian. in Orat. pro Milone: Nam ejus seditiosior fuit conditio.

Sēdĭtĭōse, adverbium, Per seditionem, aut more seditiosorũ. [στασιωδῶς. Gall. Seditieusement, avec mutinerie & sedition. Ital. Seditiosamente, con seditione. German. Auffrürisch. Hispan. Con bollicion à alborote. Polon. Z rozruchem. Vngar. Tamadva, kegyen, partolkodva. Ang. Seditiouslie.] Cicero pro Cluent. Quæ concionibus seditiosè cōcitatis accommodatior est quàm tranquillis, moderatisque judiciis. Idem ad Atticum libr. 2. Multa quum seditiosissimè diceret, vocem exprimere non potuit.

Sedo, as, act. p. Mitigo, placo, lenio, removeo, sisto, extinguo. [החליק השקיט השבית שבח hechelik שבח schibbēach השבית hischbith השקיט hischkit. παύω, καταπαύω, πραΰνω. Gall. Appaiser, rendre coy. Ital. Sedare, affettare, mitigare. Ger. Stillen/ zu frieden und zu ruhe bringen. Belg.

Belg. Stillen. Hisp. *Aclarar lo turbio ò assossegar.* Pol. *Vspokaiam, uk'agam.* Vngar. *Le vallitom, tsendesitem.* Ang. *To appease or mitigat.*] Salust. in Catil. Nanque animus impurus, diis, hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitatam vexabat. Lib. 4. ad Herenn. Et hic sitiens quàm maximè loquatur, neque habeat qui sitim suam sedet: id est, extinguat. ❡ Dicimus preterea, Sedare arrogantiam, bellum, controversiam, discordias, insaniam, iram, lites, mentes commotas, motus animi, pavorem, tempestatem, tumultum: quorum omnium exempla in probatissimis quibusq; autoribus nusquam non sunt obvia. Cic. 2. in Catil. Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, ut res maxima minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum & maximum, me uno togato duce & imperatore sedetur. ❡ Sedare & incendere contraria. [כבה *chibbah.*] Cic. 3. de Leg. At aliquando incenditur, & quidem sæpè sedatur.

Sedatus, a, um, nomen ex participio, Tranquillus, quietus, minimè præceps. [שקט *schakét.* ἥσυχος, κατεσταλμένος, πρᾶος. Gall. *Appaisé, rassis, coy & tranquille.* Ital. *Acquettato.* Germ. Gestillet / gestillt / geruhiget. Hisp. *Sossegado.* Pol. *Spokoini.* Vng. *Tsendes.* An. *Assuaged, appeased or mitigated.*] Virgil. 12. Aen. Olli sedato respondit corde Latinus. Cicer. Att. lib. 8: Hæc scripsi sedatiore animo quàm proximè scripseram. Horat. in Epist. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi Sedatum celeres.

Sedatè, Placidè, quietè, tranquillè, & citra commotionem. [ἡσυχῇ, ἀταράχως, ἠρέμα. Gall. *Coyement, sans trouble.* Ital. *Placidamente, quietamente.* Ger. Ruwiglich. Hisp. *Sossegadamente.* Pol. *Spokoinie.* Vng. *Tsendesen.* Ang. *Quietlie, without trouble.*] Cic. in Orat. Cujus oratio, quum sedatè placideque loquitur, &c. Placidè, & sedatè ferre dolorem, Idem 4. Tusc.

Sedatio, onis, f. t. Moderatio, placatio. [שקט *schekét.* κατάστασις, πραΰνσις. Gall. *Tranquillité, appaisement.* Ital. *Moderatione, pacificamento.* Germ. Stillung. Hispan. *Sossiego, aquella aclaracion.* Pol. *Vspokoienie.* Vng. *Le tsendesites.* Ang. *An appeasing.*] Cicer. 1. Offic. Temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi.

Sedūco, is, pen. prod. act. p. Seorsum duco, ab aliis duco & sejungo. [פרד *peródh* הפריד *hiphrídh.* ἀπάγω. Gall. *Tirer & mener à part.* Ital. *Trargere de la via.* Ger. Abseits führen. Belg. Afsijde leyden. Hisp. *Apartar.* Pol. *Odwodze.* Vng. *Fel fele viszem.* Ang. *To lead or bring a part.*] Terent. in Hecyr. Pòst Pamphilus me solum seduxit foras. Cic. ad Att. lib. 2: Quum hæc dissimulassem, seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. Plaut. in Aulul. Eò nunc secretò te huc foras seduxi. Cic. lib. 1. Tusc. Quæst. ad animum transtulit, inquiens: Quum à negotio omni sevocamus animū, quid, *inquam*, tum agimus, nisi animum ad seipsum advocamus, secum esse cogimus, maximeque à corpore seduximus? ❡ Accipitur & in malam partē pro decipio, & in fraudē induco. [פתה *pitáh* רמה *rimmáh.* ἐξαπατάω, ἀποπλανάω. Gall. *Seduire, tromper, decevoir.* Ital. *Ingannare.* Germ. Verführen / verführen / hinder das liecht führen. Hisp. *Engañar.* Pol. *Zwodze.* Vngar. *Meg tsalom, el altatom.* Ang. *To beguile or deceive.*] Terent. in And. Etiam nunc me seducere istis dictis postulas?

Seductilis, penult. corr. Qui facilè seduci: id est, decipi potest. εὐεξαπάτητος.

Seductio, onis, verbale, f. t. Abductio, sejunctio. [ἀπαγωγή. Gall. *Destournement à part.* Ital. *Esso tirare alcuno à parte per parlargli.* Germ. Abseits führung. Hisp. *Apartamiento.* Polon. *Odwiedzenie.* Vn. *Fel fele valo vitel.* An. *A leading or conveighing a part.*] Cic. pro Muræna: Mœstos amicos, observationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertebant.

Seductus, us, idem. Senec. de Tranquil. vitæ: Sic hominū, quorum maximæ in seductu actiones sunt, &c.

Sēdūcŭlum, li, n. f. Quasi sudaculum dictum, genus est flagelli, quòd vapulantes sudare faciat. Festus.

Sēmĭvīr, ri, m. s. Mollis, effœminatus, spado, eunuchus. [ἡμιανδρός. Gall. Demi homme, efeminé. Ital. Mezzo huomo. Ger. Ein halber Mann, vnfruchtbar, der keine Mähe wächst. Hisp. Medio varon. Pol. Półmężczyzna, eunuch. Vng. Felig ferfi, herely. Ang. Half a man or a gelded man.] Livius 3. bell. Maced. Errare ait homines, qui tam amicum cædem pertinere ad illos semiviros crederet. Plinius lib. 11. cap. 49: Testes homini tantùm injuria, aut sponte vatione frangunur: idq; tertium ab hermophroditis, & spadonibus semivirgenus habent. Virgilius 4. Aeneid. Et nunc ille Paris cum semiviro comitatur. Ovid. 4. Metamorph. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, & tactis subitò mollescat in undis. ¶ Est etiam hoc Centaurorum epitheton, quos Poëtæ fabulantur interiore sui parte homines, cætera equos fuisse. Idem de Centauro Nesso, Epist. 9: Semivir occubuit vi, Lerniferoq; veneno Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.

Sēmĭvīvŭs, a, um, penult. prod. Semimortuus. [ἡμιθανής. Gall. A demi vif, à demi mort. Ital. Mezzo vivo. Ger. Halb lebendig. Hisp. Cosa media viva. Pol. Na pol'i żywy. Vng. Felig eleven. Ang. Half quicke.] Cicero 3. Verr. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, sanè exruciatum, semivivum reliquit. Idem pro Sextio: Et quòd cum reclamatum semivivis mercenariorum vocibus. Pop. Romanegare dicebat.

Sēmĭūncĭă, æ, aut potius Semūncia, f. p. Dimidia uncia. [ἡμίουγκος. Gal. Demi once. Ital. Mezza oncia. Ger. Ein lod. Hisp. Media onza. Pol. Pol' uncy. Vng. Fel nehezek. Ang. An half ounce.] Persius: ..sed nullo thure litabis, Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti. Liv. 4. bell. Maced. Nequa mulier plus semuncia auri haberet: neu vestimento versicolori uteretur. Cic. pro Cæcina: Facit hæredem ex deunce & semuncia Cæcinam.

Sēmūncĭālĭs, le, om. t. Quod mensurâ, pondere, vel valore semunciæ exæquat. [ἡμιουγκιαῖος. Gall. De demi once. Ital. De mezza oncia. Ger. Lötig, eines lodes schwer. Hisp. Cosa de media onza. Pol. Pol' uncyowy. Vng. Fel nehezkes. Ang. Of an half ounce.] Plin. lib. 33. cap. 3: Mox lege Papyriana semunciales asses facti.

Sēmūncĭārĭŭs, a, um, Semuncialis. Livius 7. ab Vrbe: Idem otium domi, forisq; mansit, T. Manlio Torquato, C. Plautio secundum Consulibus: semunciarium tantùm ex unciario fœnus factum.

Sēmĭvŏcālēs. Dictæ sunt sex numero consonantium, quasi dimidium vocalium sonum habentes. ἡμίφωνα.

Sēmĭustŭs, a, um. Dimidia parte ustus, semiustulatus. [ἡμικαυστός. Gall. A demi rosti & bruslé. Ital. Mezzo arso. Ger. Halb verbrent. Hisp. Cosa media quemada. Pol. Na pol'i spalony. Vng. Felig meg egett. Ang. Half burned.] Et Semustus, pro Semiustus. Ovidius 4. Fast. Semustamq; facem vigilata nocte viator Fonet, & ad solitum rusticus ibit opus. Virgilius 3. Aeneid. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac Inarime. Robora semusta. Lucan. libro 8. Membra semusta, idem libro 9.

Sēmĭustŭlātŭs, a, um. Semiustus. ἡμιφλεγής. Cic. pro Milone: Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo, tu in publicum ejecisti, tu spoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione infœlicissimis ignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Sēmĭustŭlāndŭs, a, um, ἡμιφλεγής. Sueton. in Tiberio cap. 70: Corpus ut moveri à Miseno cœpit, conclamantibus plurimis Atellam potius deferendum, & in amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, etemarumq; publico funere.

Sēmĭzōnārĭŭs, m. s. Qui semizonia, sive semicinctia confert. Plaut. Aulul. Strophiarii astant, semizonarii.

Sēmĭsĭs, m. s. Est dimidia pars assis: hoc est, unciæ sex. [ἡμίσσεις. Gall. La moitié de quelque chose. Ital. Mezza libra. Ger. Das halb theil eines dings, das in zwey theil mag abgetheilet werden. Hisp. La meytad de la libra ò sea onzas. Pol. Pol' funtu, wszystko jest maiacy. Vng. Fel pensz. An. The half of any thing.] Cic. ad Att. lib. 15: Sed sicubi incident de Tulliano semisse, Maximam adhibebis, ut scribis. Ad monetam quoq; refertur, ut an Bedrus, quemadmodum tricus, & quadrans. Cic. pro P. Sexto: Sed ab uno gladiatore innumerabilis alia nova conserebantur: ut remissis semissibus & trientibus, quinta propè pars vestigium tolleretur. ¶ Semissis homo nihil est, nullius pretii, & vt semisse æstimandus. [ἡμισσόλιος. Pol. Nikczemnik.] Varro ap. Cic. lib. 5: Simul verò semissis homo contra me arma tulit. Semissis usura, dicitur quoties de centum numis senos eumos usuræ nomine quotannis percipimus. Capitol. in Alex. Tortarium fœnus ait eum, æquissimum, & levissimum extorsisse, ad usum Reipub. Plin. lib. 14. cap. 4: Ex his tamen usuræ multiplicatæ semissibus.

Sēmĭssālĭs, le, Quod est unius semissis, ut Semissales usuræ, cùm seni aurei quotannis in centenos pendantur. L. 10. D. de pollicitat.

Sēmĭssārĭŭs, a, um, idem, ut Hæres semissarius, qui est hæres ex semisse L. 116. D. de leg. & fideicom. Ex Horomano.

Sēmĭtă, æ, penult. corr. f. p. Via arcta, & angustior, dicta quasi semi iter, ut autor est Varro, lib. 4. de ling. Lat. [מדיבה methibah שביל sibebil מסלה mesilah. semita. Gall. Vne sente, vn sentier, vn chemin estroit. Ital. Sentiero, calle, vestello. Ger. Ein fusweg. Bel. Ein voetpaeytl. Hisp. Cosenda ò el sendero. Pol. Ścieżka, chodnik. Vng.Ösvény. Ang. A path or footway.] Cæs. 7. belli Gall. Acne singulari quidè homini unquà eo tempore annis semitæ patuerant. Virgil. 9. Aeneid. Rara per occultos ducebat semita calles. Semitam pro via dixit Cic. 4. Verr. Attendite, jam intelligetis, hanc pecuniam qua via modò visa est exire ab illo, eadem

Eo, eadem semita revertisse. Horat. 1. Epistol. & fallentis semita vitæ.

Sēmĭtĭtĭ̄ŭs, m. f. Qui semitas percurrit. [ὁδοιπόρος. Gall. *Qui est souvent par les chemins, ou qui guette les chemins.* Ital. *Chi è sempre per i sentieri.* Ger. Ein gassentreter/gassentreter. Hisp. *Aquello que anda por la sendas.* Pol. Wędrowiec, *bieżący.* Vng. *Útonyes.* An. *That runneth through the pathes.*] Catullus ad contubernales: Omnes pusilli, & semitarii mœchi.

Sēmĭto, as, are, act. p. Eo modo dictum, quo Limito, as, [ὁδοιπορέω. Gall. *Faire vn sentier.* Ital. *Fare vn sentiero.* Ger. Ein fussweg machen/vfadem. Hisp. *Hazer senda.* Pol. *Czynić ścieżkę.* Vng. *Útat csinálok.* Ang. *To make a path or footway.*] Plinius lib. 17. cap. 22: Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisq; transversis limitibus denûm pedum distingui per media jugera. Aut si major sit modus, totidem pedum cardine, quot decumano semitari. Semper verò quinquans semitari: hoc est, ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur.

Sēmĭvīvŭs, Semiustus, & cætera à semis composita, Vide in SEMIS.

Sēmōdĭŭs, dii, m. f. Quasi semis modius. [ἡμιμέδιμνος. Gall. *Vn demi boisseau.* Ital. Mezzo mozzo. Ger. Ein halber sester. Hisp. *Medio celemin à modio.* Pol. *Pół korcowi.* Vng. *Fél vekta.* Ang. *Half a bushell.*] Iuven. Satyr. 14: & tamen uno Semodio scobis hæc emunt at servulus unus. Martial. lib. 7: Semodiusq; fabæ cum viminæ Piceuarū. Colum. lib. 2. cap. 11: Quòd eadem quatuor modius nōnunquam & tribus, interdum etiam duobus ac semodio jugerum occupat.

Sēmŏvĕo, ves, pen. cor. act. f. Seorsum moveo, sejūgo, disjungo. [הסיר *hisir* לקח *lakách.* ἀπωθέω. Gall. *Oster, retirer à part.* Ital. *Levare via.* Ger. Nähen sich rücken/oder thun. Bel. Zerßdennant dom. Hisp. *Mover à parte.* Pol. *Odmykam.* Vng. *Kiszlöbi reljem.* Ang. *To tak away and put a part.*] Plaut. in Asinar. Culpatus illhæc, quæ discipulum semidoctum abs te semoves. Cic. de Aruisp. resp. Itaq; qui antea voce præconis à liberis semovebantur, tuis ludis, non voce, sed manu liberos à se segregabant. Terent. in Andr. jam fermè moriens me vocat: Accessi, vos semotæ, nos soli.

Sēmŏtĭ, adverb. [διαχωρὶς. Pol. *Naßbrosie.* Vn. *Felbontók.*] Diomedes Grammat. li. 1: Separatio, ut seorsum, separatim, semoti, segregatim.

Sēmper, adverbium temporis. [תמיד *tamidh.* ἀεὶ. Gall. *Toujours, à tousiours.* Ital. *Sempre.* Ger. Immer/immerdar. Bel. Altzt. Hisp. *Siempre.* Pol. *Zawsze, vstawnie.* Vng. *Mindenkor.* Ang. *Ever.*] Terent. in Andr. Rectè ego semper fugi has nuptias.

Sēmpĭtĕrnĭtās, atis, f. c. unica dictio est apud Terent. in Andr. autentè duæ per subunionem conjūctæ. Verba Terentii sunt hæc: Et heri sempiternitas verebar quorsum evaderet.

Sēmpĭtĕrnŭs, a, um. Quasi semper æternum, perpetuum, & semper durans. [תמיד *tamidh.* ἀΐδιος, ἀγήρατος. Gal. *Sempiternel, eternel, perpetuel.* Ital. *Sempiterno.* Ger. Ewig/immerwährend. Bel. Ewnig. Hisp. *Cosa que siempre dura.* Pol. *Wieczny.* Vng. *Örökkevalo.* Ang. *Perpetuall, eternall.*] Plaut. in Merc. Homo me misero nullus est æquè, opinor, neq; adversa cui pluta sint sempiterna. Terent. in Andr. Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quòd voluptates eorum propriæ sunt. Cic. Lucceio lib. 5: Neq; autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim.

Sēmpĭtĕrnō, adverbium, idem est, quod in sempiternum. Cato de consulatu suo: Ego mihi monumenta sempiternò posui, quæ cepi. Sosipater lib. 11 Instit. Grammat. ❦ Item sempiternè idem quod semper. Pacuvius in Medo: Populoq; ut faustū sempiternò suspicent. Ex Nonio.

Sēmpervīvum, vi. Herba quæ Græcè ἀείζωον dicitur, utroq; nomine à perpetua viriditate deducto. [Gall. *Iouhbarbe.* Ital. *Sempreuiua.* Ger. Hauswurtz. Hisp. *Yerua puntera.* Ang. *Ayegreene, houseleeke, or houseleeke.*] Herba hæc folio est carnoso, leni, atque oblongo. Duo ejus genera sunt: majus in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Buphthalmon, à similitudine: hoc est, bovis oculū vocant. βοῦς enim bos, ὀφθαλμὸς oculus. Alii ζωόφθαλμον hoc est, animalis oculum. Alii Hypogeson, quoniam ferè in suggrūdiis nascitur. [Pol. *Panny maryey ziele, or, iwoł'atwe oko.*] Alterum genus est minusculum, quod Erithales vocatur, quasi amor florescens. θάλλω enim floresco significat. Item Trithales, quòd ter floreat. Item Chrysothales, quòd aureum florem producat. Nascitur in parietinis & petris. Latini utrunque genus Sedum appellant. [Pol. *Rozchodnik.*] Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Sēnăcŭlum, li, n. f. Vbi Senatores consultandi gratia considebant. [שטר *sibalar.* βουλευτήριον, γερουσία. Gall. *Le parloir ou le lieu où s'assemblent les senateurs, senat.* Ital. *Palazzo di consiglio.* Ger. Ein Rhathauß/oder Rhatstuben. Hisp. *Lugar do se ayuntauan los senadores.* Pol. *Senatorska izba, item, ratusz.* Vng. *Tanaczhaz.* Ang. *A counsaile house.*] Valerius Maximus scribit, Senātū apud senaculum habitare consuevisse, ut quum ad Curiam vocaretur, præsto adesset. Fuerunt autem tria præcipua senacula Romæ. Vnum ubi nunc est ædes Concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo sedebant magistratus, de Republica cum senioribus deliberantes: alterum ad portam Capenam: tertium intra ædem Bellonæ. Autor Nicostratus libro de Senatu habendo. Festus: Senaculum, locus Senatorum. ❦ Senaculum item de senatu mulierum. Lampridius in Heliogabalo: Fecit & in colle quirinali senaculum: id est, mulierum senatum, in quo antè fuerat conventus matronalis solennibus saltem diebus.

Sēnarĭŭs, adjectivum, Vide SEX.

Sēnātōrĕs, m. t. inquit Plutarchus in Problematis, Alios Patres vocāt, alios Patres conscriptos, quia primis à Romulo lectis alii additi, & cōscripti vel quia qui sententiā dicūt, cōscripti sunt: qui non solùm patres vocati sunt, sed cum additione Patres conscripti. [זקנים *zekenim* βουλευταί. Gall. *Senateurs, consailers.* Ital. *Senatori.* Ger. Rahtsherren. Hisp. *Los senadores.* Pol. *Radni panowie, senatorowie.* Vng. *Tanaczhelyek.* Ang. *Senators or consailours.*] Vlpian. de Senat. l. Nuptæ. dicit Senatores esse, qui à Patritiis & Consularibus usque ad omnes illustres viros descendūt, quia hi soli in Senatu dicere sententiam possunt: appellatiq; sunt ab ætate provecta, quòd tales in principio in Senatum electi fuēre. Sed & à sinendo dici possunt Senatores quoniam ipsi agendi facultatem dabant.

Sēnātōrĭŭs, a, um. Quod est Senatoris: [βουλευτικός. Gall. *De senateur.* Ital. *Cosa de senatore.* Ger. Rhatsherrlich/des Rhatsherren. Hisp. *Cosa de senador.* Pol. *Radni, senatorski.* Vng. *Tanaczhely.* Ang. *Belonging to a senator.*] ut Senatoria dignitas, Senatorium consilium. Cic. 3. Verr. Respub. Senatorio consilio maximè posse defendi. Tacit. lib. 15: Et Vivianus Annius gener Corbulonis nondum Senatoria ætate, sed pro legato quinæ legioni impositus. Cic. pro Flacco: Lisanias adeptus est ordinem Senatorium.

Sēnātŭs, tus, & ti. A' senectute, vel à sinēdo, quia magistratibus non plus licebat quàm Senatus permitteret. [שבר *sibalar.* βουλή, γερουσία. Gall. *Senat, la compagnie des Senateurs & conseillers.* Ital. *Senato, palazzo di consiglio.* Ger. Ein Rhat. Bel. Ein Raeth. Hisp. *Senado à lugar do se ayuntauan los senadores.* Pol. *Senat, rada.* Vng. *Tanacs.* Ang. *The companie or assemblie of the consailours.*] Et significat tām locū in quē Senatores cōvenisse, quàm ipsos Senatores. Cic. pro Sextio: Senatus princeps salutis, mentisq; publicæ. Idem alibi: Nec antè in Senatum accederem, quàm rem confecissem. Cogere Senatū, Convocare, vel vocare Senatum. Efficere frequentem Senatū, est ferè omnes Senatores cogere. Senatum haberi, est cogi. Senatus eritid est, convocabitur, cogetur. Senatus mitti, aut dimitti dicitur, quum datur facultas Senatoribus abeundi domum. Senatus discedit, quū Senatores à Consule missi facti, domum abeunt. Senatum cooptare, est Senatum constituere. In senatum legere, est Senatorem facere. In Senatum venire, aliquādo est Senatorem fieri. Movere Senatu, & ex Senatu rejicere, idem. Senatum extinguere, est Senatus autoritatem & dignitatem deprimere, vel tollere. ❦ Senatū consilii in cor convocare, dixit Plautus in Amph. quod est consulere apud se quid agendum sit. Huc (inquit) concessero, dum mihi Senatum consilii in cor convoco. Idem in Epid. Iam Senatum convocabo in corde consiliarium.

Sēnātŭs, Primi sententias in senatu à consule rogabantur consules designati, si modò post consularia comitia senatus haberetur: sin antè, rogabat consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni senatorum frequentia, sed quem vellet è numero consularium: & antiquæ consuetudini dabatur, ut, quem ordinem interrogandi sententias consul calendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conservaret: quo ordine, Cæsar, neglecto, primùm Pompeiū post affinitatem consul rogare sententiam cœpit, cùm antea Crassum solitus esset. Quoniā autem cùm designati cōsules fuissent, ii sententiam primi rogabantur, venit in mentem, quæri uter posset, ex ipsis designatis prior rogaretur, nec difficile est quærenti respondere: nam me quoq; olim ex ipsa re in eandem dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem, observatio vetusti moris expedivit. Sciendū igitur, sive patritius, & plebeius, sive duo plebei designati consules essent, qui priore loco declaratus esset cōsul, eum in magistratu priorem quoq; sententiam rogasse: ideoq; rogavit in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia consul priore loco declaratus: nam genere pares erant, uterque plebeius. & lib. 1. epistol. ad Attic. Rogat sententiam M. Puppius Piso consul, ex familia plebeia: M. Valerius Messala, etsi patritius, tamen non rogat: plebeius igitur anteponitur patritio: cur? quia priore loco declaratus consul. Vter in magistratu prior rogaret, ostendi, quo conjicitur, & uter rogaretur, cùm designati essent, ex nostro cōmentario in epistol. ad Atticum:

Atticum: Legitimi habendo senatui dies erant, calendæ, nonæ, idus, reliquis diebus, modò comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat, sed certus neq; lege, neq; more statutus erat dies, positum id erat in voluntate magistratuum. Ex nostro commentario ad Qu. Fratrem: Animadversione dignū est, quod legendo observavimus: qui ex equestri ordine senatoriæ dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse censos, ut, si quid ordine senatorio minus dignū admisissent, senatu moverentur, verùm eosdem, cùm deinde equitum centuriæ recognoscerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum haberent, citatos esse, ut, si flagitium ullum, quod in equite Romano dedeceret, fecissent, equum publicum amitterent: patet hoc apud Livium duorum censorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cùm census equitū ageretur, equum ademit: quos tamen antè, cùm senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego, hujus generis cives, minimè crediderim, sua manu, ut cæteros equestris ordinis, equum per forū traduxisse: proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine: nec equestris ordinis, sed senatorii dicebantur, nec ideo, quod equestris essent ordinis, quem, adepti senatorium, amiserant, sed quia equum publicum haberent, inter equites citabantur: qui verò in senatum, etsi nondum à censoribus lecti, jure tamen magistratus, quem aut gererent, aut gessissent, aditum haberent, eos video, si equites essent, equum publicū inter cæteros equestris ordinis cives ante censores per forum traduxisse, nec inter senatores, cùm tamen irent in senatum, esse lectos, quod de Pompeio, qui postea cognomentū Magni est adeptus, à Plutarcho traditum observavimus: is enim eques adhuc, nondum in senatum lectus, consul ob virtutem ac singularia in rempublicam merita ante legitimam ætatem creatus, (solvebantur enim legibus boni viri) equum publicū ipse ad censores adduxit: præclarumq; fuit populo Romano spectaculum, consulem sua manu equum publicum ducentē intuenti. Atque hæc quæ diximus de civibus Romanis, & ex equestri ordine, & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, ut ad reipubl. tempora spectemus: nam regum ætate solis patritiis curia patuit: cùm tamen quod Dionysius Halicarnasseus docet, non omnes patritii senatores essent, sed alii senatores, alii equites, alii de plebe: ut verè diceres: senator est, ergo patritius: non contra, patritius est, ergo senator: & quanquam ex familiis tum patritiis, tum plebeiis senatus constaret, veteres tamen ita loquutos animadverti, ut de universo planè senatu nobilitatis nomen usurparent: quia scilicet summus ordo senatus esset, eumq; adepti præter cæteros nobiles esse viderentur: quandoquidem ob virtutem, quæ nos sola nobiles, sola patritios, sola reges verè facit, dignitas illa mandaretur. Ex P. Manutii observationibus.

Sēnātūscōnsultum, ti, n.s. Senatus sententia, senatus autoritas jam perscripta. [דָּת dath חֹק chok חֻקָּה chukka. βουλῆς ψήφισμα, τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου. Gall. *La deliberation ou le conseil des senateurs ou conseillers.* Ital. *Senato, consolto, deliberatione del senato.* Ger. Ein Rhats erkañtnus. Hisp. *Establescimiento o decreto de senado.* Pol. *Vstanie wyslkich raiczow.* Vng. *Tanats vegezese.* Ang. *A decree of the senat or consaile.*] Quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur unusquisq; sententiam, aut per discessionē, quādo pleriq; idem sentientes, in unā partem pedibus ibant, sicut testatur Gell. lib. 3. cap. 18. Flavius Vopiscus de Aureliano: Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisq; verbo consentientibus conditum est Senatusconsultum.

Sĕnĕcĭo, onis, Herba est cauliculo cubitali, subrubro, foliis continuis, divisura erucæ, sed multo minoribus, floribus luteis, qui celeriter in pappos vanescunt capillorum modo canescentes, idq; potissimum vere: unde & *erigeron* à Græcis appellatur. [ἠριγέρων. Gall. *Senecon.* Ital. *Cardoncello.* Ger. Creutzwurtz oder grindtkraut. Hisp. *Los berros o bon varon.* Pol. *Przymiotowe ziele.* Ang. *Groundsill.*] ¶ Fuit item hoc Oratoris cujusdam cognomen Neronis tempore, qui quòd omnia grandia affectaret, per jocum pro Senecione Grandio dicebatur. Vnde Senecam Suasoriarum lib. 1.

Sĕnectā, Senectus, Senesco, Vide SENEX.

Sĕnex, hujus senis, Dictus videtur quasi seminex, quòd acta majori suæ ætatis parte, jam morti propinquior sit. [זָקֵן zaken יָשִׁישׁ jaschisch. γέρων πρεσβύτης. Gall. *Vieil, viellard, ancien.* Ital. *Vecchio.* Ger. Alt/wolbetagt. Bel. Out. Hisp. *Viejo.* Pol. *Starzec.* Vng. *Ven, agh.* Ang. *An old man or woman.*] Et est generis cōmunis secundum Priscianū. Tibull. lib. Eleg. 6: Cōmemorāt meritò tot mala ferre senē: loquitur de meretrice vetula. Aperte aūt Pomponius apud Varronē li. 6. de ling. Lat. in fœminino posuit: Dic tu pusam illā, sic fiet mutuo muli, Nam verè pusus tu, tua amica senex. ¶ Hujus genitivus est senis, olim etiā senicis, secundum analogiam. Plaut. in Cistell. Vos negotiosi senicis soletis esse. Comparativum est senior, quod valdè senem significat Ovid. li. 12 Met. Tum senior quāvis obstet mihi longa vetustas. Quint. de Isocrate: Eo nanq; seniore (octavum enim & nonagesimū complevit annū) præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. ¶ Capitur quādoq; etiam senior pro magis sene. Senec. Epist. 73. Quemadmodū ex duobus sapiētibus, qui senior discessit, nō est beatior eo, cujus intra pauciores annos terminata est virtus. ¶ Est & senior, generis cōmunis: in obliquis verò cōmune trium generū. ¶ Seniores vocantur quantū ad privatam ipsorū vitam, quòd usq; ad senilem ætatē vixerunt. Veteres, quantū ad publicū tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiāsi ad seniū non pervenerint. unde Antiqui dicūtur, sed magis veteres, quàm senes. ¶ Seniores pro Senatu aliquando dicuntur, quoniam ex provectioris ætatis hominibus legi solet Senatus. Liv. 4. bell. Maced. Scriptum erat Aristonem privatū ad neminem, publicè ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse.

Sĕnectūs, senectutis, f.t. & Senecta, æ, f.p. Aetas senilis. [זִקְנָה ziknah זֹקֶן zoken זְקֻנִים zekunim. γῆρας. Gal. *Vieillesse.* Ital. *Vecchiezza, vecchiaia.* Ger. Das alter. Bel. Den ouderdom. Hisp. *La vejez.* Pol. *Starosc.* Vng. *Venseg, agzag.* Ang. *Old age.*] Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Est aūt senectus, sexta hominū ætas: unde & senes à senario numero quidā dictos existimāt. Aetas enim prima incipit ab infantia, nomen à nō fando accipiens. In ea enim ætate nō fatur homo: aut si fatur, imperfectus est ejus sermo. Secūda, pueritia: cujus pars est pubertas, usq; ad XIIII. annum. Tertia, adolescentia. Quarta, juventa. Quinta, virilis ætas. Sexta, senectus, cujus pars est ætas decrepita. Alii tamen senes à segnitie dictos malunt, quòd segnes sint, & ad res gerendas inutiles. Alii rursus à mortis vicinitate appellatos cōtendunt, quasi semineces. Cic. in Topicis: Senectus est occasus vitæ. Idē de Senectute: Hoc enim onere (quod mihi tecū cōmune est) aut jam urgentis, aut certè adventantis senectutis, & te, & meipsum levari volo. Juven. Sat. 9: obrepit nō intellecta senectus. Cic. de Senect. Aedepol senectus si nihil quicquā aliud vitii apportet secum, quum advenerit, unū id satis est, quòd diu vivendo, multa quæ nō vult, videt. ¶ Senectus præterea dicitur pellis quam verno tempore serpentes exuunt, quæ & à Græcis γῆρας, à nobis etiam *vernatio* dicitur, unde & senectutem exuere dicuntur. Plin. libro 8. capite 31. Angues modo eodem & stelliones senectutem exuere, eamque protinus devorare, præripientes comitiali morbo remedia.

Sĕnectūs, a, um, Senilis: ut, Membra senecta. [עַתִּיק hatik γεροντικός. Gall. *Envieilli, chose de vieil.* Ital. *Cosa de vecchio.* Ger. Ist einer alt. Hisp. *Envejescida, cosa de viejo.* Pol. *Starzyste.* Vng. *Meg venhodet, meg aggott.* Ang. *Old.*] Lucr. lib. 3: Quid se sibi vult membris exire senectā. Aetas senecta. Plaut. Aulul. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, Quem senecta ætate ludos facies haud merito meo. Senecta corpus. Salustius lib. 4. Histor. Omne, quibus senecto corpore animus militaris erat. Senica idē veteribus fuit quod Senex. Pompon. Pistorib. Pappus hic medio habitat senica, sīl. ... cone posteriore: Sed me exercet Senica nequā, neq; illo quā faciam scio. Ex Nonio.

Sĕnĭum, senii, n. s. Senectus: [זִקְנָה ziknah זֹקֶן oken זְקֻנִים zekunim. γῆρας. Gal. *Vieillesse.* Ital. *Vecchiezza.* Ger. Das alter. Hisp. *Vejez.* Pol. *Starosc.* Vng. *Venseg.* Ang. *Old age.*] ut Confectus senio, apud Plin. lib. 7. cap. 55. Mens senio fluxa. Tacit. lib. 1. Terent. Evnuch. pro improbo & moroso sene posuit, quū ait: Vt illum dii deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. ¶ Seniū lunæ, pro decursu. Plin. lib. 7. cap. 48. Quidam lunæ senio annum terminabant, ut Aegyptii. ¶ Quandoq; etiā dicitur tædiū, tristitia, & molestia: quòd senes omnibus odiosi sint. Cic. pro Milone: Tota civitas confecta senio est, squalent municipia. Turpilius: Quia odio, ac senio mihi nuptiæ sunt. Nævius senium fanticum appellat, quasi nocēs, quia senectus naturalis morbus est, ut inquit Aristoteles.

Sĕnĕo, senes senui, n. s. & Senesco, cis, n. t. Senex fio. [זָקֵן zaken בָּלָה balah. γηράσκω. Gall. *S'envieillir, devenir vieil.* Ital. *Invecchire, invecchiarsi.* Ger. Alt werden. Bel. Outwoorden. Hisp. *Envejescer.* Pol. *Starzeie sie.* Vng. *Meg venhodom, aggok.* Ang. *To wax old.*] Catul. Nunc placida senet quiete. Plin. lib. 6. cap. 4. Fœminas gigni celeriùs quàm mares, sicut celeriùs senescere. Vnde & Consenesco, de quo suprà suo loco. Senescit civitas otio: id est, otio torpescit. Senescunt consilia, quū nimia diuturnitate & mora vana fiūt. Senescere fama dicitur, quū tempore minuitur. Senescit hyems: id est, declinat. Senescit laus: id est, deflorescit. Senescit morbus: id est, remittitur, relaxatur. Senescunt vitia, abolentur.

Sĕnīlis, le, om. t. Quod ad senem pertinet. [עַתִּיק hatik γεροντικός, γηραιός. Gall. *De vieillard.* Ital. *Cosa da vecchio.* Ger. Eins alten: das zu einem alten gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a viejo.* Pol. *Do starzca przynaleząca, dziadowski.* Vng. *Venhez, aghoz való.*

Ang.

Ang. belonging to an old man or woman.] Cic. 1. de Divin. It autem Tages, ut est in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentiã. Ovid. 1. de Ponto: Jamq; meos vultus ruga senilis arat. Cic. pro Sestio: Te sororis filius Posthumius, adolescens gravis, senili judicio notavit. Ovid. 5. Metam. hyems senilis tremulo venit horrida passu.

Seniliter, adverbium. [γεροντικῶς, ἀρχαιογεροντικῶς. Gall. En vieillard. Ital. Da vecchio. Ger. Nach der alten weiß/wie die alten. Hisp. Como viejo. Pol. Wedl' oycźarich. Vng. Ven modra. Ang. Lik old men and women.] Ut tremere seniliter, Quint. lib. 1. cap. 11.

Seni, senæ, sena. Vide SEX.

Senio, senionis, m. t. Latus tali sex puncta continens, & à senario numero dici videtur: ejusq; jactus perutilis erat. [ἑξίτης. Gall. Six poincts en dé, ou vn dé qui contient six poincts. Ital. Sei punti nel dado. Ger. Ein seß auff einem würffel. Hisp. Seys puntos enel dado. Pol. Kostka o sześci okach. Vng. Az kockanak hat pontos oldala. Ang. A sise, the number of sixe in the dice.] Persius Sat. 3: Jure etenim id summum, quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. ¶ Nonnunquam & damnosus, quemadmodum & canis. Erat enim quædã ludi ratio, qua quicunq; aut canem jecisset, aut senionem, numum unum in medium conferre cogebatur: ut est videre in epistola quadam Augusti apud Suetonium. Martialis lib. 13: Non mea magnanimo depugnat tessera talo, Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Senium, Vide SENEX.

Sensilĕ. Sensim, Sensus, Vide SENTIO.

Sententiă. Sententiosus. Vide SENTIO.

Senticetum. [Pol. Cjiernina.] Vide SENTIS.

Sentină, æ, pen. prod. Pars navis inferior, in quam omnes cõfluunt sordes, à sentiendo dicta. [ἄντλος. Gall. L'esgoust. Ital. Sentina, vna parte bassa nella naue. Ger. Das vnderest theil eines Schiffs welches allerley vnradt vnd wüst wasser zusammen rinnet. Hisp. La sentina dõde coge agua en la nao. Pol. Zęza wokręcie gdzie plugawe wody ściągają. Vng. Az hajonak alsó reze. Ang. The pumpe of a shippe.] Juvenalis Sat. 6: Si jubeat conjux, durum est cõscendere navem, Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aër. ¶ Per translationem sentina dicitur omnis locus qui sceleratorum hominum receptaculum sit. Cicero in Catilinam: O' fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit. Vno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi, & recreata Respublica videtur.

Sentino, nas. Satago, ac subtiliter periculum evito: à sentina natum, quam quisq; ut aqua liberet, evacuare cõtendit. Cæcilius: Capit consilium postquam sentinat satis. Festus.

Sentio, tis, si, sum, act. t. Sensu percipio. [ראה raah הבין hebin αἰσθάνομαι. Gall. Sentir, perceuoir. Ital. Sentire, pigliare in sentimento. Ger. Empfinden. Bel. Gevoelen. Hisp. Sentir. Pol. Czuie. Vng. Erzem. Ang. To perceiue or feele.] Plaut. in Curcul. Sentio sonitum. Vnde quinq; corporis sensus appellati sunt, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Lucret. lib. 1: Quin porrò varios rerum sentimus odores, Nec tamen ad nares venientes cernimus unquam. ¶ Interdum sentire ponitur pro intelligere. [νοεῖν. Gall. Entendre. Ital. Intendere. Ger. Verstehen/vernemen. Hisp. Entender. Pol. Rozumiem. Vng. Ertem. Ang. To vnderstand.] Cicero pro Archia: Nam & ipse animus sentit, nescio quid in se esse divinum. ¶ Interdum pro judicare, opinari. [φρονεῖν, γνώμην ἔχειν.] Plin. Junior: Cupio abs te intelligere quid sentias. Cic. de Amicitia: Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. ¶ Interdum pro advertere. Plaut. in Amph. Nec nostrum quisquã sensimus, quum peperit. ¶ Sentire pro aliquo, sive ab aliquo, est sententia sua alicui favere. ¶ Sentire graviter de aliquo, est malam (ut vulgus loquitur) de eo opinionem habere, sive graviter de aliquo judicare, statuere. Budæus. Sentire medicinã, apud Celsum, est melius habere post medicinam. Sic Plin. lib. 22. cap. 25, atropha dixit, quæ cibum non sentiunt: hoc est, quæ ob debilitatem alimentum attrahere non possunt, aut in substantiam sui convertere. Sentire cariem, sentire vetustatem. Plin. lib. 12. cap. 7: Celeriter ea cariem sentit. Hoc est, efficitur cariosa. Idem lib. 11. cap. 42: Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis XX. ita temperato, ut vetustatem non sentiret. Id est, non senesceret. Budæus. ¶ Hujus cõposita sunt, assentio, consentio, dissentio, præsentio, subsentio, quæ vide suis locis.

Sentisco, scis, Sentio. [ראה raah הבין hebin, αἰσθάνομαι.] Lucr. lib. 3: Usq; adeò prius in nobis sunt multa cienda Semina, corporibus nostris immista per artus, Quàm primordia sentiscũt concussa animat.

Sensus, us, ui, m. q. Facultas animæ, qua objecta sensilia apprehenduntur. [αἴσθησις. Gall. Sens, sentement ou sentiment, apprehension. Ital. Senso, sentimento. Ger. Ein sinn oder empfindtligkeit. Bel. Eenn sinn oft gevoelen. Hisp. Sentido, potencia para sentir. Pol. Zmysł. Vng. Erzekenseg. Ang. The sense, feeling or perceiuing.] Sensuum autem alii sunt exteriores, visus, auditus, gustus, tactus & olfactus. Alii interiores, sensus communis, imaginatrix, & memoria. Plin. lib. 10. cap. 69: Ex sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustus: reliquis superatur à multis. Aquilæ clariùs cernunt: vultures sagaciùs odorantur: liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso, atq; surdo naturæ elemento. Cicero 2. de Nat. deor. Gustatus præclarè septus est: ore enim continetur, & ad usum aptè, & ad incolumitatis custodiam: omnisq; sensus hominum multa antecedit sensibus bestiarum. Differunt autem sensus, & sensa: nam sensus sunt facultates ipsæ quibus sentimus: sensa verò, quæ sentiuntur. Sensus humanitatis. Cicero 3. Verr. Non dubito quin tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis: nunc tamen in metu periculoq; tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Idem 7. Verr. An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? ¶ Sensus vitalis. Lucret. lib. 3: Deniq; sæpè hominem paulatim cernis obire, Et membratim vitalem deperdere sensum: In pedibus primùm digitos livescere, & ungues: Inde pedes & crura mori: pòst inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia lethi. ¶ Mentis conceptus etiã sensa dicũtur. [מחשבה machascheba. …] Quintil. lib. 8. cap. 5: Sententiam veteres, quòd animo sensissent vocaverunt: id cùm est apud Oratores frequentissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & juraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic loquuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo jam tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus: lumina autem, præcipueq; in clausulis posita, sententias. Cicero 1. Acad. Quod autem erat sensu comprehensum, idipsum sensum appellabat. Idem 1. de Oratore: Hoc uno præstamus feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. ¶ Sensus communis. Quintil. libro 1. capite 3: Sensum ipsum, qui dicitur communis, ubi discet, quum se à congressu qui non hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit? Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia, ex multorum hominum congressu comparata, non pro sensu communi, qui in anteriori cerebri ventriculo à Physicis collocatur. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: Communi sensu planè caret.

Sensiculus, li, diminutivum, [αἰσθημάτιον. Gall. Petit sens. Ital. Picciol senso. Ger. Ein kleine empfindtligkeit/sinnlin. Hisp. Pequenno sentido. Pol. Zmysłek. Vng. Erez kensegetske. Ang. A small sense.] Quint. lib. 8. cap. 5: Inde minuti, corruptiq; sensiculi, & extra rem petiti.

Sensim, adverbium, Paulatim seu pedetentim. [לאט … Gall. Peu à peu, tout bellement, petit à petit. Ital. A poco à poco. Ger. Gemächlich/stilch/stets. Bel. Allenskens/ bootsie. Hisp. Poco à poco. Pol. Lielko, pomal'u. Vn. Lassan lassan. Ang. At leasure.] Plaut. in Casin. Sensim super attolle limen pedes nova nupta. Cic. 5. Verr. Quibus rebus non sensim, atq; moratè, ad istius amicitiam adrepserat: sed brevi tempore totum hominem, totamq; ejus Præturam possederat. Sensim & repentè contraria. Cicer. libro 1. Offic. Magis decere censent sapientes amicitiam sensim dissuere quàm repentè præcidere.

Sensibilis, le, om. t. ferè passivè accipitur, pro eo quod sentiri potest, quod sub sensum aliquem cadit: hoc est, quod vel auditu, vel visu, vel olfactu, vel gustu, vel tactu potest deprehendi. [αἰσθητός. Gall. Sensible. Ital. Sensibile. Ger. Empfindtlich. Hisp. Cosa que se siente, ò que se puede sentir. Pol. L'atwi do obaczenia dosięgła. Vng. Meg erezhető. Ang. Sensible, that may be perceiued by the senses.] Nonnunquam & activè, pro eo quod sensus facultate præditum est. αἰσθητικός. ¶ Hujus contrarium est Insensibilis: quo utitur A. Gellius noct. Attic. lib. 17. cap. 10.

Sensifer, ra, rum. Sensum ferens. [αἰσθητικός, ὁ αἴσθησιν φέρων. Gall. Qui porte sentiment. Ital. Che porta sentimento. Ger. Das empfindung bringt. Hisp. Que tiene ò haze sentido. Pol. Zmysł dająca. Vng. Erzekenseg hozo. Ang. That beareth or hath sense.] Lucret. li. 3: Ideo conclusa movebit Sensiferos motus. Ibidem: Longè absensiferis primordia motibus errant.

Sensificus, ca, cum; adjectivum, Quod sensus causam præstat. [αἰσθητικός. Gall. Qui fait sentir, qui donne sentiment. Ital. Che fa sentire. Ger. Das empfinden macht. Hisp. Que haze à otro sentir. Pol. Zmysł czyniący. Vng. Erzekenseg szerző. Ang. That giueth the cause of feeling.] Macrobius: Spiramentum sensificum, ad sua quæq; loca naturali lege ducentes.

Sensilĕ, pen. corr. Sensibile: Hoc est, quod sensui subjectum est. αἰσθητόν. Insensibile, quod sentiri non potest. Lucret. lib. 2: Ex insensilibus ne credas sensile gigni.

Sensualis, αἰσθητικός, sensilis. [Pol. Zmysłowie. Vn. Erzek, erezkedesbeli.] Apuleius in Hermetis Asclepio: De sensu autẽ & de omnibus sensualibus quando & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem.

Sententiă, æ, f. p. Judicium, animi conceptio, mens, animus. [מחשבה

[מחשבה machaschabáh דעת dahath. γνώμη, νοῦς. Gall. Sentence, opinion, avis. Ital. Sentenza, parere, opinione. Ger. Ein meynung/ urtheil: item, ein spruch. Bel. Een meyninghe/ verdeel/ propoost/ voorsnemen/ gedachten. Hisp. Sentencia o parecer. Pol. Zmyslenie, mierzyk, pro miesq. Vng. Ertelem. Ang. An opinion, sentence, judgement.] Salust. At M. Porcius Cato rogatus sententiã hujusmodi orationem habuit. Plautus in Pseud. Hæc mea sentẽtia est, ut hinc porrò quid agas consulas. Terent. in Phorm. Alere noluñt hominem edacem, & sapiunt, mea quidem sententia. Sic sententia est: id est, ita statui in animo. Res posita in sententiis dicitur de qua variæ sunt hominum sententiæ. In ea sum sententia: id est, ita sentio. Omnibus sententiis absolutus est, dixit Cicero ad Quintum Frat. lib. 2: Id est, omnium consensu, & calculo. Paulus: Dicere sententiam æstimatur is qui ea mente id pronuntiat, ut secundũ hoc discedere eos, qui litigant, à tota controversia velit. ¶ Sententias etiam vocamus, inquit Quint. lib. 8. cap. 5, lumina orationis, præsertim quæ in clausulis sunt breviter collecta, quas γνώμας vocant Græci: cujusmodi est illa apud Terentium: Obsequium amicos, veritas odium parit.

Sententiōsus, sa, sum, Quod sententiis abundat, & dictis quibusdam breviter collectis. [γνωμολογικός. Gal. Sententieux. Ital. Pieno di sententie. Ger. Der voll hübscher sprüchen ist. Hisp. Lleno de sentencias. Pol. Pel en pieknich sentency. Vng. Ekes mondassokkal teljes. Ang. Full of sentences.] Cic. de Clar. Orat. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt: Unum sententiosum, & argutum: sententiis, non tam gravibus & severis, quàm concinnis, & venustis.

Sententiōsē, adverbium. [γνωμολογικῶς, γνωμικῶς. Gall. Sententieusement, avec bon sentiment. Ital. Sententiosamente, con buon sentimento. Ger. Mit hübschen sprüchen. Hisp. Sententiosamente, con buen sentido. Pol. Zpieknimi powiesciami. Vng. Ekes mondassal. An. With many and good sentences.] Cic. 2. de Orat. Sæpè enim sententiosè ridicula dicuntur. Autor ad Herennium definit sententiam hoc modo: Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita breviter ostendit.

Sententiŏla, æ, f. p. diminutivum. [γνωμίδιον. Gal. Petite sentence. Ital. Picciola sentenza. Ger. Ein sentlin oder kurzer innhalt: item, ein hübsch sprüchlin. Hisp. Pequenna sententia. Pol. Piekna powiestka. Vng. Ekes mondasotska. Ang. A litle sentence.] Cic. 3. Philippic. Sententiolas edicti cujusdam memoriæ mandavi.

Sentis, is, m. t. Spina, quòd à tangentibus quàm primùm sentiatur. [סירים sirim סלון sillon קוץ kots. ἄκανθα. Gall. Espine. Ital. Spina. Ger. Ein dorn. Hisp. Espina. Pol. Cyernie. Vng. Töves. Ang. A brier, thorne or bramble.] Colum. lib. 6. cap. 4: Liberantur arva sentibus, qui æstivo tempore per Caniculæ ortum recisi, plerunq; intereunt radicitus. Virg. 2. Aeneid. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. ¶ Sentis canis, frutex est arbusculæ instar, rubo multo major folia ferens multo latiora myrtho, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivæ simili, qui per maturitatem fulvescit, & flocculos intùs continet. κυνόσβατος. Alio nomine rubus caninus, & Gallorum vocabulo, Englentaria nominatur. Colum. lib. 11. cap. 3: Et ejus quam Græci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus.

Senticōsus, sa, sum, Spinosus & asper. [ἀκανθώδης. Gall. Espineux. Ital. Spinoso. Ger. Dörnächtig. Hisp. Espinoso. Pol. Cyernisti. Vng. Töviſses. An. Full of brieres and brambles.] Lucil. Quàm senticosa verba pertorquet.

Senticētum, ti, n. s. Locus in quo sentes abundant. [ἀκανθών. Gall. Un lieu où croissent forces espines, buissonniere. Ital. Spineto, fratta. Ger. Ein dorngestaud. Hisp. Espinar, lugar de espinas. Pol. Cyernina. Vng. Töviſses hely. Ang. A place wher brambles grow.] Plaut. in Capt. Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Sentus, a, um, Horridus, pilosus, situ & squallore obsitus. [ἀκανθώδης, αὐχμηρός. Gall. Espineux, aspre comme espines & buissons. Ital. Peloso spinoso. Ger. Rauch als wann es voll dörnen wäre/ staubechtig/ schenzlich. Hisp. Lleno de espinas. Pol. Plugawiecz, smarkacz. Vng. Borzas, szennies. Ang. Rough, covered with pricking beares like swine, brierie or bramblie.] Terent. in Eunuc. Video sentum, squallidum, ægrum, annis, pannisq; obsitum. Virgil. 6. Aeneid. Sed me jussa divûm, quæ nunc has ire per umbras Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam, Imperiis egêre suis.

Seorsum, adverbium, Separatim. [לבד lebádh. χωρίς. Gall. A part, separément, à part soy. Ital. Separatamente, à parte de parte. Ger. Sonderbar an einem ort. Bel. Buyten/ terseden. Hisp. Apartadamente, a parte. Pol. Osobnie. Vng. Kwilön. Ang. A part, a sunder, severallie.] Cicero lib. 7. Epistol. Seorsum à collega puto mihi omnia paranda. Autor ad Herennium lib. 1: Seorsum hoc ab illo tractandum est. Plaut. in Epidico: In ædiculam seorsum isthæc eat jube. ¶ Est & seorsus adverbium. Afranius in emancipato: Principium hoc oro in animo ut sic tuo statuas, officiis cogi ut abs te seorsus sentiam de re uxoria. Autor est Sosipater lib. 11. Instit. Grammat.

Seorsus, a, um, adjectivum, Separatus. [מובדל mibdál מפורד mephorádh. χωριστός. Gall. Separé. Ital. Separato. Ger. Abgesondert. Hisp. Apartado. Pol. Rozjadzoni. Vng. El valasztatot. Ang. Separated, put a part.] Virgil. in eo opusculo cujus est initium, Est & Non: pariter nonnunquam, sæpè seorsis Obsistunt dubiis.

Sepăro, ras, penult. corr. act. p. Divido, distraho. A' se & paro. [הבדיל hibdíl הפריד hiphrídh. ἀφορίζω, διαχωρίζω, χωρίζω. Gall. Separer, departir. Ital. Separare, spartire, distinguere. Ger. Voneinander scheyden/ absünderen/ abtheylen. Bel. Scheiden. Hisp. Apartar una cosa de otra. Pol. Rozl aczam, rozjadzam. Vng. El valaszom. Ang. To separat a part, to sever, to put one frome an other.] Plinius lib. 13. cap. 17: Mox separant lavando, & siccata tundunt. Cic. 4. Acad. Quoniam vera à falsis nullo discrimine separantur. Idem contra Rullum: Quum illa duo maria pertenui discrimine separentur. Idem 1. Offic. Quod cogitatione magis à virtute potest, quàm re separari. Ovid. 1. Amor. Eleg. 4: Separor à domina nocte jubente mea.

Sepărātus, a, um, participium, Sejunctus, disjunctus. [מובדל mibdál מפורד mephorádh. κεχωρισμένος, ἀφωρισμένος. Gall. Separé. Ital. Separato. Ger. Abgesündert. Hisp. Apartado. Pol. Odlaczoni. Vng. El valasztatot. Ang. Put a part, severed.] Cic. 4. Tusculan. Quando igitur virtus est affectio animi: & virtus ipsa per se sua sponte separata etiam utilitate laudabilis. Idem Attico lib. 14: Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant.

Sepărābilis, le, pen. corr. om. t. Quod separari potest. [χωριστός. Gall. Aisé à separer. Ital. Facile da separare. Ger. Absünderig, das sich von einem anderen sunderen last. Hisp. Que se puede apartar. Pol. L'atwi do rozl'aczenia. Vng. El vallaztható. Ang. That may be ly severed.] Cic. 1. Tuscul. Nec separabilem à corpore esse.

Sepărātim, adverbium, Divisim, seorsum. [לבד lebádh. χωρίς. Gall. Separément, privément. Ital. Separatamente. Ger. Besonder/ insonderheit/ sonderbarlich. Hisp. Apartadamente. Pol. Osobno. Vng. Kwelön. Ang. A part, a sunder, severallie.] Salust. Omnia virtutis præmia ambitio possidet: neq; mirum ubi vos separatim quisq; consilium capitis. Separatim de probitate alicujus dicere, dixit Cicero ad Brutum, pro eo quod est sigillatim, cui opponitur Acervatim. ¶ Legitur & separatè, à quo fit comparativum, Separatius. Cicero 2. de Invent. Quædam separatius ad finem quò referri ad omnem orationem oportet, adjungentur.

Sepĕlio, lis, pen. cor. livi, sepultum, act. q. quod verbũ à sepio quidam deducunt, quia cadaver terra, vel alio materiæ genere circumsepitur. Humo, terra obruo, in sepulcrum infero, tumulo mando. [קבר kabár. θάπτω. Gall. Ensevelir, enterrer un mort. Ital. Sepelire, sot terrare. Ger. Begraben/ zu der Erden bestaten. Bel. Begraven. Hisp. Enterrar. Pol. Pogrzebam. Vng. El temetem. Ang. To burie, to interre, to lay in te grave.] Cicero 2. de Legibus: Mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Cic. lib. 4: Utinam vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permissum. ¶ Sepelire dolorem per translationem, est deponere, tegere. Cicero 2. Tuscul. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

Sĕpultus, a, um, Humatus, in sepulcrum illatus. [קבור kabúr. θαφθείς. Gall. Ensevely. Ital. Sepolto, sepelito. Ger. Begraben. Hisp. Enterrado. Pol. Pogrzebiony. Vng. El temettetet. Ang. Buried, interred.] Plin. lib. 7. cap. 64: Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus verò, humo tectus. ¶ Sepultus, pro sopitus. Virgil. 3. Aeneid. Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus Cervicem inflexam posuit. Idem 2. Aeneid. Invadunt urbẽ somno, vinoq; sepultã. Idẽ 6. Aen. Occupat Aeneas aditum custode sepulto. Cic. pro Lege Manil. Quod bellum expectatione Pompeii attenuatum, atq; imminutum est adventu sublatum & sepultum. ¶ Sepultus sum: id est, perii. Sepultus est, quàm nullus sum, autore Donato in Phor. Ter. Phorm. Lemni habuit aliam. C. nullus sum. F. ex quo filiam Suscepit, & eam clàm educat. C. sepultus sum.

Sĕpultūra, æ, f. p. Quandoq; pro ipso sepulcro dicitur. [קבורה kebhuráh קבר kéber. τάφος. Gall. Sepulture, enterrement. Ital. Sepultura. Ger. Begrebnuß. Bel. Een begraeffenisse. Hisp. Sepultura. Pol. Pogrzeb. Vng. Temetö hely, el temetes. Ang. Buryng, interring.] Sulp. ad Cic. lib. 4: Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. ¶ Quandoque pro funeratione, atq; ipso sepeliendi actu. ἐνταφιασμός. Plinius: Post sepulturã aliæ manium ambages sunt. Cic. 1. Tusc. Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Sĕpulcrum, cri, n. s. Locus in quo corpus, ossave hominis sepulta sunt, à sepeliendo dictum, vel à seorsum & pulcrum, quòd propter recordationem doloris minimè pulcrum & jucundum sit. Sosipater lib. 1. [קבורה kebhuráh קבר kéber. μνῆμα. Gall. Sepulcre, tombeau, monument. Ital. Sepolcro, sepoltura. Ger. Ein grab. Bel. Een graf. Hisp. Sepultura generalmente. Pol. Grob

[illegible]. Vng. Kepersa, temetö hely. Ang. A sepulcre, grave or burying place.] Sicut Simulacrum à simulando, & Lavacrum à Lavando. Vnde etiã ars exigit ut sine aspiratione scribatur: cõsuetudo tamen (ut inquit Gellius) obtinuit ut vegetioris soni causa aspirationem recipiat. Virg. 1. Georg. Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulcris. Idem tertio Georg. animamq; sepulcro Condimus. Cicer. pro Archia: Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse cõstitutus. Idem pro Sext. Rosc. Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. Idem de Senectute: Nec sepulcra legens vereor, quod ajunt ne perdam memoriam. Sepulcri autem appellatione omnis sepulturæ locus continetur, ut ait Vlp. de Sepul. violat. l. Prætor ait.

Sepulcrum, Sacra fuisse Romanis jura sepulcrorum, antiquæ legis illa verba declarant: ubi corpus demortui hominis condas, sacer esto. & illa: Nequis vestibulum aditúmve ad sepulcrum usucapito, neu bustum violato. & illa: Deorum manium jura sancta sunto: quod & antea servatum esse, irrogata violantibus pœna, posteriores Iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Cajus tradiderunt. Quod aũt Cicero scripsit lib. 2. de legibus: Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legẽ virtutis causa tributum est, ut Poplicolæ, ut Tuberto: quod eorum posteri jure tenuerunt: aut eos, si qui hoc ut C. Fabricius, virtutis causa soluti legibus, consecuti sunt: id planè significat, etiam ante XII. tabulas intra urbẽ sepeliri non licuisse: siquidem Poplicolæ & Tuberto virtutis causa tributũ est, quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus. Servius quidẽ ubi exponit illud Virg. lib. 11: Finitimos tollunt in agros, urbiq; remittunt, Duilio consule primùm à senatu decretũ esse ait, nequis in urbe sepeliretur, quod imperatores quoq; Adrianus & Antoninus Pius renovarũt: & fuisse hanc veterem consuetudinẽ patet in lege mortuorum. C. de religiosis, & sumptibus funerum. legis quidem XII. tab. illa nota sunt: In urbe ne sepelito, neve urito: quæ scripta sunt ob eam causam, tum ut ab oculis civium cadavera, quæ mœstitiam animis inferunt, quam primum amoverentur: tum ne cœlum illud urbanum, unde maximè spiritus duceretur, tetro putrescentiũ corporũ nidore corruptum, pestem aliquam importaret. Datum aũt decreto senatus iis, qui triumphassent, ut cùm eorũ corpora extra urbem cremata essent, in urbem ossa & cineres referrẽtur, humoq; mandarentur, hoc Pythonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Illa verò non inutile est cognoscere, in agris sepulcra fuisse, in agri vẽditione, jus tamen sepulcrorum penes eum, qui venderet, remansisse: eumq; sibi tantum agri in venditione excepisse, quantum adeundo sepulcro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse: unde illud in oratione Ciceronis pro Roscio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidẽ ad sepulcrũ patrium relictum est: hac autem ipsa de re Pomponius Iurisconsultus ita scripsit: Dominis fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulcrorũ jus est, tum igitur in agris, cum juxta militares, vel publicas vias cadavera, aut si cremata essent, cineres condebantur: nã & sepeliendi cadaveris, & cremandi consuetudinẽ fuisse, indicat illud in XII. tab. in urbe ne sepelito, neve urito: & illud, quod in II. de legibus scripsit Cicero: P. Cornelium Africanũ sepultũ esse, L. Corneliũ Syllam primũ è Corneliis cremari voluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quàm cremari, Plinius lib. VII. cap. LIIII, declarat his verbis: Ipsum cremari apud Romanos nõ fuit veteris instituti: terra condebantur: at, postquã longinquis bellis obrutos erui cognovẽre, tũc institutũ: & tamẽ multæ familię priscos servavẽre ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorẽ traditur crematus, idq; voluisse veritũ talionem, eruto C. Marii cadavere: hęc Plinius: cui, quod ante XII. tab. in more fuerit, id vetus non videri, mirum est. Cremandi consuetudo usq; ad Antoninorum imperatorum ætatem perduravit, rursus terra condi certum est. Legimus & illud: Majores natu ad tubas, minores ad tibias ad sepulcrum esse delatos: qui verò claris majoribus orti essent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Servius Honoratus, ante sepulcrum aram fieri solitam. quod & Cicero in epistolis ad Atticum significat: tametsi non aram modò, sed fanum quoq; filiæ mortuę cogitabat. Illud ex Festo: sic tu, dignum, antè, quàm cadaver ad pyram deferretur, digitũ abscissum esse ut, reliquo corpore perusto, ad eum justa fierent. Cadavere pyræ imposito, qui propinquitate mortuo devinctus arctissimè fuerat, is aversus rogo facẽ accẽsam inferebat. Signum hominis sepulti non unum fuit: nam & lapis & tegula, & cæspes, & tumulus, & cippus sepulturæ locũ indicabant ex libro P. Manutii de legibus Romanis.

Sepulcralis, le, om. t. Quod ad sepulcrum pertinet: [ἐπιτυμβίδιος. Gall. appertenant à sepulcre Ital. Pertinente à sepolcro. Ger. Das zu dem grab gehört. Hisp. Perteneciente à sepultura. Pol. Pogrzebowy. Vng. Koporsóhoz való. Ang. Belonging to a grave.] ut Ceremoniæ sepulcrales, quæ pertinent ad funerationẽ, impensam, structuramq; sepulcrorum. Ovid. 8. Metam. Ante sepulcrales infelix astitit aras. Idem Epist. 12: Fax sepulcralis.

Sepulcretum, ti, pen. prod. n. s. Locus ubi sepulcrorum est frequentia. [[illegible]. Gall. Vn lieu plein de sepulcres, un cimetiere. Ital. luogo pieno di sepolcri, un cimiterio. Ger. Ein Gottsacker/ Kirchhof/ Grebertstat. Hisp. Lugar de muchas sepulturas. Pol. Cmentarz, kierchow. Vng. Temetö hely. Ang. A churcheyard.] Catul. Epigr. 55: Vxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Sepelibilis, le, Quod sepeliri debet, aut potest. [θαπτέος, θαπτέος. Gall. Qui peut estre ensevelé. Ital. Che puo essere sepolto. Ger. Das man begraben soll oder mag. Hisp. Que puede ser enterrado. Pol. Latwidopogrzebienia. Vng. El temethetö. Ang. That may or ought be buried.] Plaut. Cistell. facito, ut facias stultitiã sepelibilem. S. Quid faciam? G. in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam.

Sepes, pis, f. t. Quæ objecta introitum prohibet in agrum aut hortum. [מסוכה (vel) משוכה mesuchah. φραγμός. Gall. Vne haye. Ital. Siepe, cesa, spinata. Ger. Ein zaun/ hag. Bel. Een tuyn. Hisp. Seto ò sota. Pol. Płot. Vng. Sövény. Ang. A hedge, a mound.] Colum. lib. 10: Talis humus, vel parietibus, vel sepibus hirtis claudantur, neu sit pecori, neu pervia furi. Virg. 8. Eclog. Sepibus in nostris parvam te roscida mala (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem. Idem 1. Georg. Quippe etiam festis quædã exercere diebus Fas & jura sinunt: rivos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem, Insidias avibus moliri, incendere vepres.

Sepio, pis, pivi, pitum, vel sepsi, septum, act. q. Circunvallo, circundo. [שׂך sach סבב sabab גדר ghadhar הסך hesech עזק hezzek. περιφράττω, φράσσω. Gal. Environner, clorre de hayes. Ital. Circundare, intorniare. Ger. Verzeunen/ verhagen/ mit einem zaun umbgeben. Bel. Tuynen. Hisp. Cercar de seto ò sota. Pol. Ogradzam. Vng. Be kertelem, be fonyom. Ang. To hedge or inclose.] Dictũ à sepibus, quæ objectæ intercludũt iter. Cic. 2. de Nat. deor. Latent præterea utiliter, & excelsis undiq; partibus sepiuntur. Idẽ Epist. lib. 15: Vallo & fossa circundedi, sex castellis, castrisq; maximis sepsi. Tacit. lib. 1: Acribus nanq; custodiis domum & vias sepserat Livia. Virgil. 1. Aeneid. At Venus obscuro gradientes aëre sepsit. ¶ Sepire veteres ambage quadam verborum obscurare, & sepe quadam obducta dixerunt: ut & circumvestire vetus poeta apud Cic. Quãdoquidem iste circumvestit dictis, sepit sedulò. Vnde & septuosè pro obscurè dixit Livius.

Septus, a, um, participium, Circundatus, munitus. [מסוך musach מוקף mukkeph, περιπεφραγμένος, φραχθείς. Gall. Environné. Ital. Circundato. Ger. Umbgezeunt/ umbgeben. Hisp. Cercado. Pol. Ogrodzony. Vng. Be kerteltetet, be fonyattatot. Ang. Inclosed with a hedge.] Liv. 1. ab Vrbe: Ad hęc Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus, communi tamẽ metu cogente silentium tenuit. Virgil. 1. Aeneid. Infert se, septus nebula, mirabile dictu, Per medios, miscetq; viris, neq; cernitur ulli.

Septa, orum, n. s. Generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam sepimẽto vallata: [גדרות ghedheroth. δρύφακτοι, σηκοὶ, ἕρκη. Gall. Parc, clostures de hayes. Ital. Mandria, branco. Ger. Jetliche örter die umbgezeunt oder umgeschrancket sind / pferrich. Hisp. Seto ò sota ò vallada, circuito. Pol. Wszelakie ogrodzenie. Vng. Be kertelés, be fonattatot. Ang. Places hedged or inclosed, a close or enclosure.] ut Septa villę, quibus villa circunsepitur. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 14: Nunc de septis, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant, videamus. ¶ Hinc etiam pecorum stabula: ut stabula ovilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, Septa nuncupantur. Virg. 1. Aeclog. Quamvis multa meis exiret victima septis. E converso Lucanus, Ovilia pro septis posuit: & miserę maculavit ovilia Romę. ¶ Septa etiam dicuntur loca in campo Martio circundata & circũclusa, in quibus populus Romanus stans suffragia ferebat. Cic. pro Mil. Cùm ille vi in septa irruisset. Hæc septa Ciceronis tempore ex marmore facta sunt. Cicero ad Atticũ: In campo Martio septa marmorea sumus facturi, eaq; cingemus excelsa portico. Martial. lib. 9: In septis Mamurra diu multũq; vagatus. Iurisconsulti accipiunt Septa, pro objicibus, & claustris quibus utimur ad impetus fluviorum coërcendos. Vlp. de rivis l. 1. ¶ Septum transversum à Medicis, reliq; anatomicæ peritis appellatur, quod Græci vocãt διάφραγμα, quo partes vitales: hoc est, cor & pulmo, à naturalibus discluduntur: de cujus substantia, figura & usu vide plura suprà in dictione DIAPHRAGMA.

Septuosè, adverb. à sepio, Obscurè. [ἀσαφῶς. Gall. Obscurement. Ital. Oscuramente. Ger. Verborgenlich/ dunckel. Hisp. Escuramente. Pol. Ciemno. Vng. Homaliosan. Ang. Obscurelie, darklie.] Liv. Antiopa: Ita septuosè dictio abs te datur quòd consecutam agris sapiens ægrè contulit.

Sepimentum, ti, n. s. Id dicitur quo aliquid sepitur. [גדרה ghedherah. φραγμός. Gall. Clostore de hayes. Ital. Intermezzata. Ger. Verzäunung. Hisp. Seto ò sota, espinal. Pol. Płot, apparkanienie. Vng.

nie. Vng. Altal rekesztő, kőz fal, anagy sövény. Ang. A hedge or enclosing with a hedge.] Varr. 1. de Re rust. cap. 14: Primùm naturale sepimentũ, quod obseri solet virgultis aut spinis, quod habet radices vivæ sepis. Cic. 1. de Leg. Atq; hęc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, disserendi ratione, veri & falsi judicandi scientia.

Sēpio, vide SEPES.

Sēpĭă, æ, f. p. [σηπία. Gall. Seiche. Ital. Sepa. Ger. Ein Meerfisch oder Blackfisch/der ein schwartzen schweiß von jhm lest wañ man jhn fahen will/vnd sich darein verbirgt. Hisp. Lexibia pescado. Ang. A fishe called a cuttell.] Genus piscis, atrum cruorē dum se peti animadvertit, per aquam effundens, atq; ita piscatoribus iter veluti præsepiens. Plin. lib. 9. cap. 29: Sepiarum generis mares varii & nigriores, constantiæq; majoris. Percussæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, ubi sensēre se apprehendi, effuso atramēto, quod pro sanguine iis est, infuscata aqua absconduntur. Pers. Satyr. 3: Sepiam pro atramento scriptorio posuit, respiciens nimirum ad pisces ejus sanguinem, atramenti nigrorem referentem. Verba ejus sunt hæc: Tum querimur, crassas calamo, quòd pendeat humor, Nigra quòd infusa vanescat sepia lympha.

Sēpĭŏlă, diminutivum. Plaut. in Cas. Emitto sepiolas lepidas, &c.

Seplasiarius, pro unguentario, & effœminato. Lampridius in Heliogabalo: Pinxit se ut cupedinarium, ut seplasiarium, ut popinarium.

Sepōno, nis, pen. prod. act. 1. Seorsum pono, separo, sejungo, disjungo. [אצל atsal אצל atsal. παρατίθημι, ἀποτίθημι. Gall. Separer, mettre à part, reserver. Ital. Mettere da banda, separare. Ger. Neben sich setzen oder legen. Bel. Terzyden leggen. Hisp. Poner à parte. Pol. Odkładam. Vng. El teszem, fel feleteszem. Ang. Too put aside, or a part, to lay a part.] Cicer. in Orat. Vt ii qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent. Idem 3. de Orat. Vt alius aliam sibi partem, in qua elaboret, seponeret. Horat. in Arte: Scimus inurbanum lepido seponere dicto. Quint. lib. 12: In consiliis verò, quæ ratio suadendi est, ab honesti quæstione seposita est: id est, divisa, separata. Livius libro 1. ab Vrbe: Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi seposuit.

Sepŏsĭtĭo, f. t. [ἀπόθεσις. Pol. Odłożenie. Vn. Felben, kwelben tevés.] Vlp. D. lib. ult. Tit. 2. l. 2: Si fortè qui decimam vovit, decesserit ante sepositionem.

Sepŏsĭtŭs, Remotus, disjunctus. [נאצל neetsal. ἀποτεθειμένος. Gall. Mis arriere des autres, retiré, reculé & lointain. Ital. Tirato à dietro, allontanato. Ger. Beit gelegen. Hisp. Apartado, puesto à parte. Pol. Odłożony. Vng. Tavol valo. Ang. Put a part, reculed.] Mart. lib. 1: Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar, Ex qua spectator non sit in urbe tua?

Sēps, sepis, m. t. σήψ, Parvus serpens, ex cujus ictu membra percussa putrescunt: à σήπω, verbo Græco, quod est putrefacio. Nam quicquid momordcrit, resolvitur in putredinem. [Ger. Ein besondere böse Schlang/den Natern gleich. Pol. Padalec.] Lucan. lib. 9: Ossaq; dissolvens cum corpore tabificus seps. Plin. libro 29. cap. 5: Lacerta quam hi Sepa, alii Chalcidem vocant. Auson. An Lybiæ ferale malum sit Romula vox, seps?

Sēptă, septorum, vide Sepio in SEPES.

Septem. Numerale nomen notæ significationis, à Græco ἑπτά deductũ, spiritu aspirato in s, mutato, & vocali ultima in em. [שבעה schibhah. ἑπτά. Gall. Sept. Ital. Sette. Ger. Siben. Bel. Seven. Hisp. Siete en numero. Pol. Siedm. Vng. Het. Ang. Seven.] Virg. 6. Aeneid. Necnon Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Sēptāngŭlŭs, Dicitur quod septem angulos habet. ἑπτάγωνος.

Septembĕr, m. t. Mensis septimus à Martio, à quo Romani olim annum suum auspicabantur. [תשרי tisschri. μαιμακτηριών, ἑπτέμβριος. Gall. Septembre. Ital. Settembre. Ger. Der Herbstmonat. Hisp. El mes de setiembre. Pol. Wrzesień. Vng. Mihaly hava. Ang. The moneth of september.] ¶ Aliquãdo sumitur adjectivè. Horat. 1. Epist. 16. Hæ latebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ, Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.

Septemflŭŭs, a, um, Quod septē alveis, rivis, aut fontibus fluit. [ἑπτάρροος. Gall. Qui coule par sept lieux. Ital. Che cola per sette luoghi. Ger. Das siben flüß oder furt hat. Hisp. Que corre por siete partes. Pol. Wsiedmiero cyekacy. Vng. Het foliamu. Ang. That floweth or runneth in seven places.] Ovid. 15. Metam. Perq; papyriferi septemflua flumina Nili Victrices egisse rates.

Sēptemgĕmĭnŭs, a, um, Quod septem habet partes, sive membra. [ἑπτάμερος. Gall. Qui double en sept. Ital. Che ha sette parti ò membri. Ger. Das siben theil oder arm hat. Hisp. Cosa de siete doblezes. Pol. Siedm częściy mający. Vngar. Het reszre. Angl. Sevenfold.] Virgil. 6. Aeneid. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.

Septempĕdālĭs, le, om. t. Quod septē pedes est longum. [ἑπτάπεδος. Gall. De sept pieds. Ital. Longo di sette piedi. Ger. Siben schühig. Hisp. Luengo de siete pies. Pol. Na siedmi stop dłúgi. Vng. Het labnu. Ang. Seven foote long.] Plaut. Curcul. ibi nunc statua vult dare auream, Solidam faciundā ex auro Philippeo, quæ fiet Septempedalis.

Sēptemplĕx, cis, om. t. Quod in septē partes divisum est. [ἑπτάπτυχος. Gall. De sept doubles, separé en sept parties. Ital. Spartito in sette parti. Ger. Sibenfach/oder das siben theil hat. Hisp. Cosa de siete doblezes. Pol. Siedmioraki. Vng. Het retu. Ang. Sevenfold.] Virgil. 12. Aen. & clypei extremos septemplicis orbes Permenat stridens transit femur. Ovid. 2. Trist. Solus ad ingressus missus septemplicis Istri Parrhasiæ gelido virginis axe premor.

Sēptemvĭr, ri, sicut Triumvir, à numero virorum qui eo Magistratu fungebantur, dictum. Cic. 5. Philip. Iudicandumq; nullos Septemviros fuisse, nihil placere ratum esse quod egissent, aut quod ab iis actum diceretur.

Sēptemvĭrālĭs, septemvirale, Ad semptemviros pertinens. Liv. 4. belli Punici: Vt proditio pro Septēvirali judicio esset, semperq; aliud sentiret, infidus socius, vanus hostis, &c.

Sēptemvĭrātŭs, us, pen. prod. Septemvirorum dignitas. Cic. 2. Philipp. Eundem in Septemviratu nonne destituisti? intuebar enim.

Sēptēnārĭŭs, a, um: ut Septenarius numerus, qui cōstat septem rebus. [ἑπτάς. Gall. Contenant sept. Ital. Numero di sette. Ger. Die zahl von siben. Hisp. Numero de siete. Pol. Liczba siedm w sobie mająca. Vng. Het dologol allo. Ang. That conteineth seven.] Septenarius versus, ἑπτάμετρος. Cic. 1. Tusc. Nō intelligo quid metuas, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.

Sēptēndĕcim, pen. corr. Numeri nomen indeclinabile, notæ significationis. [ἑπτακαίδεκα, ἑπτακαιδέκατος. Gall. Dix sept. Ital. Dieci sette. Ger. Sibentzehen. Hisp. Diez y siete. Pol. Siedmnaście. Vng. Tizenhet. An. Seventeen.] Cic. 7. Ver. En quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in septendecim populis Siciliæ esse numeratos.

Sēptēnŭs, a, um, Septem. [שבעה schibhah. ἑπτά. Gall. Sept. Ital. Sette. Ger. Siben/je siben. Hisp. Siete. Pol. Siedm. Vng. Het. Ang. Seven.] Cic. 4. Ver. Et pueri annorum senûm, septenumq; denûm. Senatorum nomen nundinati sunt. Virgil. 5. Aeneid. Dixerat hęc, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. Propert. lib. 2. Eleg. 17: Non quia septenas noctes sejuncta cubaris.

Sēptennĭs, ne, Septem annorum: [ἑπταετής. Gall. Qui a sept ans, aagé de sept ans. Ital. Di setti anni. Ger. Sibenjärig. Bel. Sevenjarich. Hisp. Cosa de siete annos. Pol. Siedmroczny. Vng. Het esztendős. Ang. Of seven yeares.] pro quo legitur & Septennus, & hoc septuenne. Plaut. in Menęch. Postquā jam pueri septennes sunt.

Sēptentrĭōnēs, m. t. Sunt septem stellæ, ex quibus quasi juncti Triones figurantur. [עש hasch. ἄρκτος. Gall. Septentrion, la partie septentrionale opposite au midi. Ital. La parte settentrionale opposta à mezzo di. Ger. Das Mitternächtisch sibengestirn/der Wagen oder Bär. Hisp. El norte. Pol. Wóz niebieski. Vng. Gönczöl szekere. Ang. The north, or seven starres in the north.] Scribit Varro triones rusticorũ vocabulo boves vocari, quasi teriones: hoc est, arandæ terræ, ac colendæ idoneos. Alii triones à situ dictos malunt, quoniam ita sitæ sunt, ut ternæ quæq; stellæ proximę inter se trigonon: id est, triquetram figuram cōstituant, quem recentiores vocant triangulum. Hoc sydus à figura, quia simile plaustro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν: id est, plaustrum dixerunt: nostri à bobus junctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam ventus spirat, qui Austro objectus est: & Latinè Septentrio, & Septentrionalis ventus, & Septētrionarius: Græcè verò, quòd ab arcto flet, Aparctias appellatur. Cic. ad Attic. 9: Ex ea die fuēre Septentriones venti.

Sēptentrĭōnālĭs, pen. prod. adject. [ἀρκτῷος. Gall. Septentrional, du septentrion. Ital. Settentrionale, di settentrione. Ger. Mitnächtig. Hisp. Cosa de la parte del norte. Pol. Północny. Vng. Északi. Ang. Of the north.] Vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin. lib. 9. cap. 17.

Sēptĭēs, adverbiũ, Septem vicibus. [ἑπτάκις. Gall. Sept fois. Ital. Sette volte. Ger. Sibenmal. Hisp. Siete vezes. Pol. Siedmkroć. Vng. Hetzer. Ang. Seven tymes.] Cic. 2. Philip. Vbi est septies millies sestertiũm, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat? Plin. lib. 16. cap. 40: Septies restituto templo.

Sēptĭfārĭam, Septem modis, ea forma qua multifariam. [ἑπταχῶς. Gall. Divisé en sept. Ital. A sette modi. Ger. Sibenerley weiß. His. En siete maneras. Pol. Siedmioraki. Vng. Het kepen. Ang. Seven diverse wayes.] Satra de Verborum antiquitate: In quod volumen unum eos sectitavimus, & postea invenimus septifariam divisum. Nonius.

Sēptĭmŭs, a, um, Vltimus, sive unus ex septem. [שביעי schebhii. ἕβδομος. Gall. Septiesme. Ital. Settimo. Ger. Der sibent/einer auß sibnen. Hisp. Cosa setena en orden. Pol. Siodmy. Vng. Hetedik. Ang. Seventh in order.] Plinius li. 7. cap. 52: Vt tamen in septimo & quinquagesimum, atq; centesimũ vitæ duraret annum. Plaut. Pseud. Aedes esse septimas à porta.

Septimùm, adverb. Septimò. [שביעים schiblim, τὸ ἕβδομον, ἑβδόμως. Gal. Pour la septieme fois, sept fois. Ital. La settima volta. Ger. Zu siebenden mal. Hisp. La setena vez. Pol. Siodmim razem. Vn. Hetedzer. Ang. Seventhlie.] ut Septimùm Consul: sicut & Secundùm Consul. Cic. 3. de Nat. deor. Cur enim Marius tàm fœliciter septimùm Consul domi suæ senex est mortuus?

Septingenāriŭs, a, um. Quod septingentorum numerũ complectitur: [שבע מאות schebah meoth. ἑπτακοσιοστός. Gall. Du nombre de sept cens, septcentieme. Ital. Di settecento, settecentesimo. Ger. Das sibenhundert hat. Hisp. De sietecientos. Pol. Siedm seth wsobie mavacy. Vng. Het zazas. Ang. Of the number of seven hundred.] ut Septingenarius grex. Varr. 2. de Re rust. ca. 10: Septingenarii enim mei, tu octingenarios habuisti.

Septingēnti, tæ, ta, pluraliter tantùm. [שבע מאות schebah meoth. ἑπτακόσιοι. Gall. Sept cens. Ital. Settecento. Ger. Sibenhundert. Hisp. Sietecientos en numero. Pol. Siedm seth. Vng. Het szazam. Ang. Seven hundred.] Plin. lib. 35. cap. 2: Et M. Varro benignissimo invento insertis voluminũ suorum fœcunditati nõ nominibus tantùm septingentorum illustrium. Livius 3. bell. Pun. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatis septingentorum militum de exercitu Annibalis præsidio.

Septingentēsĭmŭs, a, um, pen. cor. Vltimus, sive unus ex septingentis. [שבע מאות schebah meoth. ἑπτακοσιοστός. Gal. Septcentieme. Ital. Settecentesimo. Ger. Der sibenhundertist / oder einer auß sibenhunderten. Hisp. Sietecientos en orden. Pol. Siedmsetny. Vng. Het zazadik. An. The sevenhundreth.] Liv. 3. ab Vrbe, in Procem. Res est præterea & immensi operis, ut quæ supra septingentesimum annum repetatur.

Septĭcollĭs, Vrbis Romæ epitheton, à septem collium numero impositum: [ἑπτάλοφος. Gall. De sept collines. Ital. Di sette colle, à montagnette. Ger. Das siben Bühel hat. Hisp. De siete colinas. Pol. Mestce o siedmi gorach. Vng. Het begyue. Ang. Of seven hilles.] quorum nomina erant, Capitolinus, Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Cælius, Viminalis, & Exquilinus.

Septŭāgintā, Decies septem. [שבעים schibhim ἑβδομήκοντα. Gall. Septante. Ital. Settante. Ger. Sibentzig. Hisp. Setanta en numero. Pol. Siedmdziesiat. Vng. Hetuen. Ang. Seventie or threescore and ten.] Cic. 5. Verr. Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta oratoribus inanior quum sit.

Septŭāgēnŭs, a, um. Quanvis propriè ad distributivum numerum pertineat, sæpè tamen idem ferè valet quod septuaginta. [שבעים schibhim ἑβδομηκοστός, vel ἑβδομήκοντα. Pol. Siedmdziesiat. Vng. Hetuen. Ang. Seventie.] Plin. lib. 26. cap. 10: Septuageno coitu durare libidinem contactu herbæ cujusdam.

Septĭānă mala, σεπτιανὰ μῆλα, Dicuntur à Septio Libertino, eorũ primo institore, insigni rotunditate prædita. Apud Columellam tamẽ lib. 5. cap. 10. Vnde Calepinus hæc se sumpsisse profitetur, Sextiana poma legimus, non Septiana.

Septĭcŭs, a, um, σηπτικός, Putrefactivus, ἀπὸ τοῦ σήπειν, quod est putrefacere. Vnde & σηπτικά dicũtur medicamenta quæ putrefaciendi vim habent. Plin. lib. 28. cap. 9: Quin & sanguis eorũ septicam vim habet.

Septūnx, cis, m. t. Mensura, vel pondus septem unciarum: hoc est, assis partes septem. [ἑπτούγκιον. Gall. Sept onces. Ital. Sette oncie, ò sette parti di dodeci. Ger. Siben theil eines dings das in zwölffe abgetheilt wirdt. Hisp. Siete partes de doze. Pol. Siedm vncei. Vng. Het lat. Ang. Any weight of seven ounces.] Vnde & in agri mensuris septunx dicitur qui continet semijugerum, & jugeri partẽ duodecimam. Colum. lib. 5. cap. 1: Pars dimidia, & una duodecima, pedes sexdecim millia & octingẽtos: hoc est, septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. ¶ Accipitur etiam septunx pro septẽ cyathis vini. Solebant enim veteres, quando se paulò liberiùs invitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amasiorum, amicarúmve nominibus: singulosq; cyathos appellabant uncias. Mart. lib. 8: Si Telethusa venit, promissaq; gaudia portat, Servabor dominæ Rufe triente tuo, Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem, Vt jugulem curas, nomen utrunq; bibam. Tale est illud ejusdem poetæ lib. 11: Quincunces, & sex cyathos, bessemq; bibamus, Cajus ut fiat Julius, & Proculus. Quincunces ait: id est, quinque cyathos: bessem id est, cyathos octo. In Cajus enim quinq; sunt literæ, in Julius sex, in Proculus octo. Idem lib. 1: Nævia sex cyathis septem Justina bibatur, Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus: Omnis ab infuso numeretur amica Falerno, Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni.

Septŭncĭālĭs, le, om. t. Quod est unciarum seu partium septem. [ἑπτούγκιος. Gall. De sept onces. Ital. Di sette oncie. Ger. Das siben theil hat eines zwölfftheiligen. Hisp. De siete oncas. Pol. Siedm l'otow. Vng. Het lattas. Ang. Of seven ounces.] ut Septuncialis satio, qua seritur semijugerum, & duodecima jugeri pars. Colum. lib. 2. cap. 10: Media sementi pars seri, & pars ultima debet, quæ septuncialis satio dicitur.

Septuosē, Vide SEPES.

Sepulcrum, Sepultura, Vide SEPELIO.

Sēpum. Vide SEVUM, & SEBUM, וגו.

Sequax, Sequela. Vide SEQUOR.

Sĕquĕster, stris, stre: & hic & hæc Sequestris, & hoc Sequestre, & Sequester, ra, rum, Apud quẽ plures rem aliquã, de qua cõtroversia est, deposuerũt, ut inquit Modestinus de verb. sign. [μεσεγγυητής, μεσίτης. Gall. Gardien de biens en depositaire en justice, sequestre. Ital. Chi ha in deposito danari d'altri, intromesso. Ger. Ein Mittelmann / hinder welchen zwo partheyen etwas gelegt haben darumb ein span ist / ein Scheidman / Vnderhandler. Hisp. El tercero, aquel en qui en se reponen los rehenes ò prendas en terceria. Pol. Rozjemca rzeczi spornei, na ktorego rozsadku obie stronie przestawaia, porowniywacz. Vng. Köz biro, az kiremind ket fel haggia magat. An. A sollicitour, or attourney in the law, an indifferent man betwene two parties.] Dictus (ut docet Gell. lib. 20. cap. 10.) quòd ejus qui electus sit, utraq; pars fidẽ sequatur: est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid seponitur. Quapropter Virg. lib. 11: Pacem sequestram, inducias appellavit, quòd mediæ sint inter bellũ præteritum & futurum: Bis senos (inquit) pepigere dies, & pace sequestra Per sylvas Teucri, mistiq; impunè Latini Erravere jugis. Sequester (inquit Asconius) apud quẽ pecunia deponitur. ¶ Tribuum quoq; corrumpendarũ conductor, Sequester dicebatur: quod etiam annotavit Budæus: Sequestri, inquiens, verbo Oratores pro iis interpretibus utuntur, qui judiciis corrumpendis, aut ejusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cic. 2. Verr. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut accipere, aut recipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrũpendi judicii solent esse: quiq; ad hanc rẽ aut potentiã, aut impudentiã suam professi sunt, abstineãt in hoc judicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario. Idem pro Cluent. Quo sequestre in illo judice corrumpendo dicebatur esse usus. ¶ Sequester apud Quintilianum est, qui à litigatore doctus, docet patronum: is enim ait lib. 12. cap. 8. Quomodo autem sequester ille, & medialitium manus, &c.

Sĕquestrò, adverbium, Apud sequestrem: ἐπὶ μεσεγγύῳ. ut Pecuniã sequestrò deponere: hoc est, in manibus sequestris, donec sententia decisum fuerit cujus esse debeat. Sequestrò se ponere, dixit Cato, pro eo quod est sese separare ab eo cũ quo antea fueris conjũctus. Nolite (inquit) per Deum immortalẽ vos sequestrò ponere. Hinc Sequestrŏpositus, a, um, quicquid apud sequestrũ positum est. Differt autem res sequestroposita à Deposito, quòd rei depositæ proprietas apud deponentem manet unà cum possessione, at sequestropositæ possessio ad sequestrum transit. Id enim agitur ea dispositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat. Hotom.

Sequestro, sequestras, apud sequestrem depono. Vnde sequestrata res dicitur. Interdum sequestrare est separare διαχωρίζειν.

Sĕquestrārĭŭs, adject. ut Actio sequestraria. Pompon. in l. sin agro. § Cùm sequestro. ff. depositi, vel contrà.

Sĕquŏr, sequeris, sequutus, d. t. à Seco deductum est verbum commune, secundum Priscianũ. [הלך אחר halách achár רדף radháph ἕπομαι, ἀκολουθέω. Gal. Suyvre. Ital. Seguire, seguitare. Ger. Folgen / nachfolgen. Bel. Volgē. His. Seguir. Pol. Nasladuie. Vn. Követem, vtauna megiek. An. To follow.] Plaut. in Amph. Sequere hàc igitur me. Teren. And. funus interim procedit, sequimur; ad sepulcrũ venimus. Cic. 1. Offic. Neq; enim attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi quod assequi nõ queas. Virg. 1. Aeneid. hos tota armenta sequuntur A tergo & longum per valles pascitur agmẽ. Sequi amicum, est facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cicero de Amicitia: Vt nequis concessum putet, amicũ bellum patriæ inferentem sequi. Sequi consuetudinem, est facere secundum cõsuetudinem. Plin. epist. 30: Tu ergo, inquit, quam cõsuetudinem sequeris? ¶ Sequi fidem alicujus. Cic. 2. de Divinat. Quòd fidẽ secutus amicitiamq; pop. Rom. functus sit officio. ¶ Sequi suam fortunam, est successu, & occasione fortunæ uti. Sequi naturam ducem, facere quemadmodũ natura nos inclinat. Sequi verbum aliquod, est summæ dictionis cuti insistere, omissa interim sententia. ¶ Hujus composita sunt, assequor, consequor, exequor, insequor, obsequor, persequor, subsequor, pedisequus, & pedisequa: de quibus suis locis.

Sĕquūtŏr, oris, m. t. Qui præcũtem sequitur. [הלך אחר holéch achár רדף radheph, ἀκόλουθος. Gall. Qui suit. Ital. Seguitatore. Ger. Ein nachfolger. Hisp. El que sigue ò va tras otro. Pol. Troktori marie nasladuie. Vng. Követö, vtanna mevö. Ang. He that followeth.] ¶ Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui adversus retiarios pugnabant, alio nomine mirmillones dicti. Vtitur hac voce Suetonius in Caligula.

Sectŏr, aris, d. p. Multùm & cõtinuè sequor. [הלך אחר halách achár רדף radhaph, παρακολουθέω. Gall. Suyvre souvent. Ital. Seguitare, andar dietro. Ger. Stets oder embsig nachfolgen. Hisp. Mucho seguir, andar tras otro. Pol. Pilnie nasladuie. Vng. Követdegélem, vtanna iardogalok. Ang. To follow often.] Plaut. in Cistel. Anum sectatus sum clamore per vias. Cic. 4. Verr. Is cùm Prætorem

circa omnia fora sectaretur. Idem pro Sext. Rosc. Ii servi ubi sunt? Chrysogonû, Iudices, sectantur. Propriè autem hoc verbum (quod & Donatus annotavit) ad Philosophorum discipulos pertinet, qui præceptorem assiduè comitantur, ut colloquio ejus, & usu eruditiores, eiq; per omnia similes evadāt. Huc respexit Gnato ille Terentianus in Evnucho: Ibi homo cœpit me obsecrare, ut sibi liceret discere id de me: sectari jussi, Tanquam Philosophorū habent disciplinæ ex ipsis Vocabula parasiti, ita ut Gnatonici vocentur. ❡ Sectari beluas, apros, cervos, est venando cōsectari, persequi, investigare, perquirere, ſ qui διώκειν. Virgilius in Bucolicis tertia Aegloga: Si dum tu sectaris apros, ego retia servo. Horat. 2. Sermonū Satyr. 2: leporem sectatus, equove Lassus ab indomito.

Sectātŏr, oris, verbale, m. t. Qui assiduè aliquem assectatur. [ἀκόλουθος. Gall. Qui suit & hante aucun pour apprendre de luy, sectateur. Ital. Chi segue alcuno per imparare da lui. Ger. Ein embsiger oder fleissiger nachfolger. Pol. Pilne nasladowník. Vng. Kōvetō, valaki vtan iardogalo. Ang. He that followeth often or haunteth one.] Cicero pro Muræna: Quid opus est sectatoribus? Idem pro Rabirio Posthumo: Num Gabinii comes est, vel sectator? ❡ Sectatores Philosophorum: id est, discipuli, qui ut aliquid ab iis addiscant, ab eorum latere nunquam discedunt. Gell. li. 2. cap. 2: Taurus sectatoribus commodùm dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus.

Sectă, æ, f. p. [αἵρεσις. Gall. Vne secte, opinion suivie par quelques gens contre l'opinion des autres. Ital. Setta, liga, opinione. Ger. Ein sect/ein Rott einer besonderen Meynung. Hisp. La secta que cada vno sigue. Pol. Secta, zgromadzenie, opiny. Vng. Parth, fel, resz. Ang. A sect, or opinion of some against the commune opinion.] Propriè est ratio illa dogmatum, quam quis sibi in philosophia imitandam proposuit, & tuendam suscepit: à sectando (ut volunt) dicta, quòd plures primum opinionis cujuspiam autorem sequantur, vel à sectione (ut aliis placet) quòd quum omnes philosophi dicantur, sectorū tamen diversitate à se invicem sint divisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici, aliud Academici, aliud Peripatetici, aliud Epicurei. Cic. 1. de Orat. Est aūt secta, disciplina, seu certa quædam disciplinæ formula, factio, studium, ratio vitæ. Col. lib. 6. Quare antiquissimum est formam hujus operis conscribere, quā velut sectam, legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Cicero pro Cælio: Qui hanc sectam, rationemq; vitæ re magis quàm verbis secuti sumus. Idem 2. de Nat. deor. Omnis natura artificiosa est, quòd habet quasi viam quandam, & sectam quam sequatur. Idem ad Brut. Reliquias hostium Brutus persequitur. Et Cæsar: Hostes aūt omnes judicari, qui M. Antonii sectam secuti sunt. ❡ Hinc Cōsectaneus, qui ejusdem sectæ est, ὁμόδοξος. Augustinus lib. 10. de Civit. Quantò humaniùs, & tolerabiliùs consectaneus tuus Platonicus Apuleius erravit.

Sectārĭŭs vervex, Qui gregem ovium præcedens, ducem se illis præbet. [ὁ ἄλλοις νῦ ἐπιτηδ, ὁ ἀκόλουθῶ, ὁ ἡγεμών. Gall. Le mouton qui va devant le troupeau, que les autres suivent. Ital. Montone che precede il grege. Ger. Ein hamel oder herman dem die Schaffherd nachzeucht. Hisp. El cabestro de qualquiera ganàda. Pol. Baran. Vng. Elöl iaro bak. An. A ramme that goeth before and guideth the flock.] Plautus in Captivis: Qui Petroni nomen indunt vervecis sectario.

Sĕquāx, cis, om. t. Facilis, sive aptus ad sequendum quocunq; trahatur: [ἀκολουθητικός. Gall. Qui suit facilement. Ital. Segace. Ger. Zügig/das gern volget wohin man es zeucht. Hisp. Cosa que mucho sigue e persigue. Pol. Rad nasladuiący. Vng. Kōnnien vtanna menö. Ang. The [illegible] followeth easlie.] ut Lanæ sequaces, quæ nentis manum sequuntur. Mart. lib. 13: Niliacum ridebis olus, lanasq; sequaces, Improba quum morsu fila, manuq; trahes. Cornuum natura, sequax: id est, flexilis, & ductilis. Plin. lib. 11. cap. 37: Adeò sequax natura est, ut in ipsis viventium corporibus ferventi cera flectantur. ❡ Aliquando significat id quod se spargendo dilatat. Persius in Procœmio: Quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. ❡ Sequacem verò materiam, dixit Plin. lib. 11. cap. 2. pro tractabili, & facili. Idem Bitumen sequax, dixit lib. 7. cap. 15: id est, lentū, & quod attactum digitos sequitur, picis vel visci more. ❡ Sequaces capreæ: hoc est, aliæ aliam sequentes. Virg. 3. Georg. - capreæq; sequaces Illudunt, pascuntur oves, avidæq; juvencæ. ❡ Aliquando sequax, idē est quod sectator. Seneca: Cæteriq; Aristippi sequaces.

Sĕquēlă, æ, pen. prod. Ipse sequendi actus. [ἀκολουθία. Pol. Przydatek. Ang. The act of following.] ❡ Aliquando ponitur pro accessione & appendice. Scævol. l. 93. D. de solut. Et quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit, &c.

Sĕră, æ, f. p. per simplex r. Instrumentū est, quo claudūtur ostia. [מנעול manhûl. ἐπιβάθρα. κλεῖθρον. Gall. Vne serrure ou vn cadenats & buot. Ital. Chiavatura, serratura, chiasura, toppa. Ger. Ein thürschloß. Bel. Een slot. Hisp. Cerradura, instrumento para cerrar. Pol. Zamek, kłótka. Vng. Lakat. Ang. A locke.] Iuvenal. Satyr. 6: Adde seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes? Ovid. 1. Amor. Eleg. 6: Quid facies hosti, qui sic excludis amantē? Tēpora noctis eunt, excute poste seram. Dictæ seræ, teste Festo, quòd foribus admotæ opponuntur, defixæ postibus, quemadmodum ea quæ terræ inseruntur. Varro lib. 3. de Ling. Lat. à serare derivat, quod est aperire.

Seraphim. שרפים. Vox est Hebraica, pluralis numeri, idem significās quod igniti, candentes: à verbo [שרף saraph.] succendo, uro, exuro, cōburo. Num. 21: Misit Dominus in populum hannechasim hasseraphim: id est, ignitos serpētes. ❡ Significat & certū ordinem angelorū cœlestis hierarchiæ: estq; generis tàm masculini, quàm neutri. Isai. 6: Seraphim stabāt super illud. Ibidem: Et volavit ad me unus de seraphim. D. Hieronymus ad Furiam: Hæc sunt duo seraphim ter glorificantia Trinitatem.

Sĕrāpĭās, [σεραπιάς. Ger. Ein geschlecht von der Ragwurz.] Herba, quæ & orchis dicitur, eò quòd habeat radicem geminis testiculis similem: de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

Sĕrēnŭs, a, um, pen. prod. Tranquillum, sine nubibus, sine imbre: à ferendo, ut quidā volunt, quòd id maximè tempus sationi aptum sit. [צח tsach. טהור tahor. εὔδιος, αἴθριος. Gall. Clair & serain, sans nuees & pluyes. Ital. Sereno, tranquillo, senza nube. Ger. Schön/heiter/hübsch. Hisp. Cosa serena y clara. Pol. Jasny. Vng. Tiszta. Ang. Faire, cleere, without cloudis or rayne.] Virgil. 6. Aen. Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serena Floribus insidunt variis. Idē 1. Georg. Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas Agricolæ. Ad Herennium lib. 4: Ita ut hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedūt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, simulatq; hyemem fortunæ viderint, devolāt omnes. Mart. lib. 1: Cœlo perfruitur sereniore. ❡ Serena frons per translationem ponitur pro læta. Idem lib. 2: Sic me frōte legat dominus Faustine serena. ❡ Serenus color, lucidus. Plin. lib. 9. cap. 35: Serenum colorē margaritæ pro claritate matutina contrahunt. ❡ Serenum, substantivè, idem quod serenitas, εὐδία, αἰθρία. Virg. 1. Georg. Nec minus ex imbri soles, & aperta serena Prospicere. ❡ Sereno, casus ablativi, pro sereno tempore: cui opponitur nubilo. Plin. lib. 11. cap. 24: Aranei sereno nō texunt: nubilo texunt. ❡ Quandoq; ponitur serenus, prò sicco: quod & Nonius annotavit. Virg. 1. Georg. - unde serenus Ventus agat nubes. Id est, siccas nubes, quas alibi Arida nubila appellavit: atq; arida nubila differ.

Sĕrēnĭtās, tatis, f. t. Puritas & tranquillitas aëris. [צחות tsachtsachah טהרה taharah, αἰθρία, εὐδία. Gall. Serain, beau temps. Ital. Serenità, serenezza. Ger. Wätterschöne. Hisp. Aquel sereno y claridad. Pol. Jasność. Vng. Tisztaság. An. Fairnesse of weather.] Plin. lib. 10. cap. 67: Salamandra animal lacerti figura, stellatū, nunquam nisi magnis proveniens imbribus, & serenitate deficiens. Cic. 2. de Divinat. Hæc igitur quum sint, tùm serenitas, tùm perturbatio cœli: sine sanorum hominū, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere? Liv. lib. 6. belli Punici secundi: Vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.

Sĕrēno, nas, act. p. Clarifico, trāquillo [שבח shibbâch השביח hisbhbiach השקים hisbkit. αἰθριάζω. Gal. Faire clair, & serain. Ital. Serenare, far l'aria chiara & serena. Ger. Schön wetter machen. Hisp. Hazer claro y sereno. Pol. Obiaśniam. Vn. Meg tisztítom, kitisztítom. An. To mak faire weather, to quiet.] Virg. 1. Aeneid. Olli subridēs hominū sator, atq; deorum, Vultu quo cœlum, tempestatesq; serenat. ❡ Translatè dicitur & de aliis, quàm aëris constitutione. Idem 4. Aeneid. Consilium vultu tegit, ac spem frōte serenat. Plin. lib. 2. cap. 6: Atq; etiam nubila humani animi serenat.

Sĕrēnātŭs Phœbus. [צח tsach טהור tahor [illegible]] Silius 5: Dona serenato referat solennia Phœbo.

Sĕrēsco, scis, n. t. Siccus fio, quasi serenesco, & serenus fio, quoniam serenitas sicca est. [יבש iabhesh. ξηραίνομαι. Gall. Devenir sec. Ital. Seccarsi. Ger. Trocknen/trocken werden. Hisp. Secarse. Pol. Wysychám. Vng. Meg aszik. Ang. To waxe drie.] Lucret. lib. 1: Denique, fluctifrago suspensæ in litore vestes Vvescunt, eædem candenti Sole serescunt. Hæc Nonius. ❡ Aliquando serescere, est in serum abire. ὀρρόω. Plin. lib. 11. cap. 41: Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit.

Sĕrgĭă, Olivæ genus, apud Col. lib. 5. cap. 8.

Sĕrĭă, riæ, f. p. Vas vinarium, fictile, oblongum. [πίθος. Gal. Vn vaisseau longuet à mettre du vin ou de l'huyle, baril. Ital. Vaso lungho [illegible]. Ger. Ein langer Weinfass. Hisp. Vasija luenga de barro. Pol. Baryłka. Vng. Bor tartó edeny. Ang. A pipe, a wine vessel in fashion long.] Liv. lib. 4. bel. Pun. Et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi aquarū fluxisse, ut serias, doliaq;, quæ in eo loco erant pervoluta: velut impetus torrentis tulerit. Terent. in Heavt. sodes vide. Relevi dolia omnia, omnes serias. Pers. Satyr. 4: & ò si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Columel. lib. 12. cap. 18: Dolia quoq; & seriæ, cæteraq; vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt.

❡ Seria

¶ Seriæ olearię. Varro tertio de Re rustica cap.2: Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neq; signũ æneum, aut marmoreum ullam: nihilo magis torcular vasa vindemiatoria aut serias olearias, aut trapetas.

Seriŏla, læ. Doliolum fictile, in quo vinum solet asservari. [πιθάριον. Gall. Petit baril. Ital. Picciola bote. Ger. Ein langlecht jrden geschirrlin/ in das man Wein thut. Hisp. Tinajuela vasija pequeña. Pol. Dzban.] Pers. Sat.4: Seriolæ veterē metuēs deradere limũ.

Sericum, pen. cor. n. f. [σηρικόν. Gall. Soye. Ital. Seta. Ger. Seyden. Bel. Syden. Hisp. Seda. Pol. Iedwab. Vng. Selyem. Ang. Silke, fine floxe.] Id dici potest quod à Seribus fiebat, & depectebatur ex arboribus ad vestimentorũ nobilitatem, ut refert Plin. lib.6. cap.17. Vide Virg. 2. Georg. Velleraq; ut foliis depectãt tenuia Seres. Vulgus aũt nostrum Sericũ accipit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti solet.

Sericus, a, um, Quod ex serico confectum est. [σηρικός. Gall. De soye. Ital. Di seta. Ger. Seyden/ auß seyden gemacht. Hisp. Cosa de materia de algodon, ò seda. Pol. Iedwabni. Vn. Selembbol valo. An. Of silk.] Est autem sericum, lanæ pretiosissimæ genus, quod apud Seras Scythiæ Asiaticæ, aut (ut alii malunt) Indiæ populos, ex arborum frondibus dicitur depecti. Quanquã non desunt, qui vermiculi lanificium esse putent, qui gentis illius lingua sir, σὴρ, appellatur. Quam sententiam ne Iulius quidem Pollux dissimulavit, sic scribens Onomastici sui lib.7: Ἐ σῆρες δ᾽ ἐκ τοιούτων ἄλλων σκώληκες ... Priorem opinionem sequitur Virgil. 2. Georg. Velleraq; ut foliis depectant mollia Seres. Hinc serica vestimẽta dicta sunt, quæ ex serico conficiebantur. Vlpianus l. Vestis de auro & argento leg. Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaq;, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, injiciendi, incubandive causa parata sunt. Plin. lib.21. cap.1: Lautissimũ quippe habetur è nardi foliis eas dari, aut veste serica, versicolores, unguentis madidas. Pulvilli serici, Horat. Epod. 8: Quid, quod libelli Stoici inter sericos iacere pulvillos amãt. Pallia serica, apud Stat. 3. Syl.4. ¶ Legimus & serica absolutè pro vestibus sericis. Mart. lib.6: Non aliter dentes quàm serica, nocte reponit. ¶ Serici olim tanta erat caritas, ut auro rependeretur: ut est videre apud Flavium Vopiscum in Aureliano, ubi sic habet: Vestem sericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit: Absit ut auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hæc ille.

Sericarius textor, Qui vestes sericas texit. [σηρικοϋφάντης. Gall. Rubennier, faiseur de soye, tisseran de soye, marchaud de soye. Ital. Tessitor di panni di seta. Ger. Ein seydenweber. Hisp. Texedor de seda. Pol. Tkacz iedwabni. Vng. Selyem szövö. Ang. That weaveth silke.] Iulius Firmicus lib.8. Matheseos refert, sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in vigesima octava parte Arietis.

Sericātus, m. f. Qui est indutus serico. [σηρικοφόρος. Gall. Vestu de soye. Ital. Vestito di seta. Ger. Mit seyden bekleidet. Hisp. Vestido de materia de seda. Pol. W iedwabne szati obleczon. Vng. Selyem ruhain. Ang. Aparailed in silk.] Suet. in Caligula, cap.52: Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, & cycladatus.

Sĕries, seriei, f. q. Ordo & quasi quædã rerum continuata progressio. [סדר seder עוד ... τάξις, εἱρμός. Gall. Ordre bien continué, suitte, continuation. Ital. Ordine. Ger. Ein ordnung die aneinanderen hangt/ ein zeyleten. Hisp. Orden continuada vniformemente. Pol. Rząd. Vng Rend. Ang. An order or proces in any mater hanging well together, a rewe.] A ferendo: id est, ordinando dicta: ut Series orationis: id est, contextus. Quintil. Quod non nisi in contextu orationis, serieq; contingit. Cic. 1. de Divin. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην: id est, ordinem; seriemq; causarum. Idem 1. de Nat. deor. Est enim admirabilis quædam continuatio, seriesq; rerum, ut alia ex aliis annexa, & omnes inter se aptæ colligatæq; videantur. Virgil. 1. Aeneid. - cælataq; in auro Fortia facta patrum, series longissima rerũ. Ovid. 15 Metamorph. - trepidosq; obitumq; timentes. Sic exhortamur seriemq; evolvere fati. Valerius Max. Quis compos mentis, domesticæ, peregrinæq; historię seriem fœlici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia ornaturum se speraverit?

Serilla, n. f. inquit Festus, Verrius appellari putat Istrica navigia Liburnica, quæ lino ac sparto condensantur: à conserendo, hoc est, contexendo dicta. Qua tamen in re à Verrio videtur dissentire Festus. Vide ipsum de ver. veter. signif. lib.17.

Seriphium absynthium, Absynthii genus, quod alio nomine marinum appellant. [ἀψίνθιον σερίφιον. Gall. Absinthe marin. Ital. Assenzo marino. Ger. Wurmkraut: ist ein geschlecht des Wermuts. Hisp. Assensios, alosna marina. Pol. Piołun morski. Vng. ... üröm, barani üröm. Ang. A kind of wormewood growing by the sea.] à Seripho insula nomẽ habens, in qua copiosissime provenit. Vide Plin. lib.27. cap.7.

Seris, hujus seris. [σέρις. Gall. Escbariotte ou chicorée blanche. Ital. Scariola. Ger. Wegwart oder wegweis. Hisp. Endivia ò çerraja yerva. Pol. Podrożnik. Ang. Endyue and succourie.] Herba est, quam alio nomine Intubum vocamus. Varias sub se cõtinet species, quas vide suprà in dictione INTVBVS. Varro 3. de Re rust. cap.10: Seruntq; his herbam quæ vocatur seris, quòd ea aqua tacta, etiam quum est arida, fit viridis.

Sērius, a, um, Grave & minimè jocosum. [σπουδαῖος. Gall. Fait à bon escient, grave & de consequence. Ital. Da douero, grave, importante. Ger. Ernsthafftig/ da kein schimpff gilttet. Hisp. Cosa de veras y no de burlas. Pol. Zowazany, uważny, nieżartem. Vng. Valo, bizony aba valo doleg, nem tresa. Ang. Earnest, of a mater of weight.] Terent. in Evn. Ait rem divinam fecisse, & rem seriam velle agere mecũ. Cic. 1. Offic. Ludo autẽ & joco uti illo quidem licet, sed sicut somno & quietibus ceteris, tum quum gravibus, seriisq; rebus satisfecerimus. Quint. li.6. cap.4: Dictorum urbanorum alia seria, alia jocosa, alia media. Serium (inquit Nonius) id est, triste, & quasi sine risu, vel sine ridiculo.

Sēria, orum, n. f. Res graves, severæ, & minimè jocosæ. [σπουδαῖα. Gal. Choses graves & d'importance. Ital. Cose de douero, grave, importanti. Ger. Ernstliche ding. Hisp. Cosas de veras y no de burlas. Pol. Rzeczy ważne, stateczne. Vng Nem iatek, nem tresa dolgok. An. Maters of weight or earnest.] Mart. Parce precor socero, seria forsan amat. Ovidius 4. Fastor. Nulla coronata peraguntur seria fronte. Horat. 1. Ser. 1. Sat. Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cũ eo joca seriaq; conferre dicimur. Cic. 1. de Fin. At quicum joca & seria, ut dicitur, qui cum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide Adagia Erasmi.

Sērio, adverbium, Sine joco: quod vulgus barbarorũ dicit Pro bono. [σπουδαίως. Gall. A bon escient, sans moquer. Ital. Da douero. Ger. Ernstlichen/ ohn schimpff/ in ernst. Hisp. De veras y no burlando. Pol. Bez żartu, statecznie. Vng. Tresa kivül, valoba, bizonyaba. Ang. Earnestlye.] Plaut. Amphit. An id joco dixisti? equidem serio ac verò ratus. Idem Casin. Ego eo quò me ipsa misit. S. verò ne? A. serió. Terent. Misit porrò orare ut venirem serió. Cic. Attic lib. 5: Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophragine signis collatis, si possem seriò decernerem.

Sermo, onis, m. t. Locutio, verba, colloquium, mentio. [דבר dabár דברה dabberáh אמר ómer λόγος, ὁμιλία. Gall. Parole, propos, devis, bruit. Ital. Sermone, parlamento, ragionamẽto, loquela. Ger. Red/ sprach. Bel. Een reden/ sprake. Hisp. Sermon, razon ò palabra. Pol. Mowa. Vng. Beszed. Ang. A word, speach, a purpose or communication, a brute.] Cic. 1. Offic. Sermone uti debemus, qui notus est nobis, ne, ut quidam, Græca verba inculcantes, jure optimo rideamur. Dictum autem putant sermonem, à verbis serendis: hoc est, conserendis sive connectendis. Servius: Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum, vel pluriũ. Virg. 1. Aeneid. Amissos longo socios sermone requirunt. Idẽ 6. Aeneid. Nec magis incœpto vultũ sermone movetur, Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Tractare aliquid Græco, vel Latino sermone. Cic. lib. 1. de Finib. Nõ eram nescius Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaq; doctrina philosophi Græco sermone tractavissent, ea Latinis literis mandaremus, fore ut hic noster labor in varias reprehẽsiones incurreret. Instituere sermonem cum aliquo, est cum illo verba facere, vel incipere colloqui. Cic. de Orat. Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audiẽtibus esset de te institutus. ¶ Dissipare sermonem, est vulgare, & dispergere. διαφημίζειν τὸν λόγον. Cic. pro Flacco: Sermo est tota Asia dissipatus. Ordiri sermonem: id est, excogitare, comminisci. Idem de Orat. Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. Habere sermonem, est verba facere. Cic. de Senect. Cyrus in eo sermone quem moriens habuit. Tribuere alicui sermonem, est inducere eum loquentem. Cic. de Senect. Omnem autẽ sermonem tribuimus Catoni seni. Incidere in sermonẽ alicujus. Idem de Amicitia: Conferre sermonẽ cum aliquo: hoc est, colloqui. Cic. 2. de Invent. Sermo capite carens, & pede: hoc est, cujus neq; initium facilè fuerit invenire, neq; exitum.

Sermuncŭlus, diminutivũ. [λογίδιον. Gall. Petite parole petit bruit de ville. Ital. Picciola fama, picciol ragionamento. Ger. Ein kleine red. Hisp. Pequeño sermon ò razon y fama. Pol. Rzecka. Vng. Beszedeske. Ang. A litle talk or brute.] Plin. epist. 103: Vt sermunculis etiam & fabellis ducantur. Cicero ad Atticum lib. 13: Sermunculum enim omnẽ aut restrinxerit, aut sedarit. Idem pro Dejotaro: Nonne intelligis, Cæsar, ex urbanis malevolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta?

Sermōcĭnor, aris, pen. corr. d. p. Sermonem facio, loquor. [דבר dibber ὁμιλέω. Gall. Sermonner, parler, deviser. Ital. Parlare, ragionare. Ger. Reden/ red oder sprach halten. Bel. Spreken. Hisp. Parlar, hablar, razonar. Pol. Rozmawiam, ze admowie mowie. Vng. Beszelgetek. Ang. To speack, to talk or commone.] Plin. lib. 10: Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidem sermocinantes.

Cic. 2. de Invent. Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo uti soleant, considerabitur. Idem 3. Verr. Respondit illa, ut meretrix, non inhumanè, libenter se ait esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam.

Sermōcĭnātĭo, f.t. [ὁμιλία colloquium. Pol. Rozmowa. Vng. Beszéllés, beszélgetés.] Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 6: Præcontantes, quidnam offenderint sermocinationis.

Sermōcĭnātrix, cis, f.t. διαλεκτική. Quint. lib. 3. cap. 4: Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

Sĕro, seras, act. p. Claudo. [נעל naháł κλείω. Gall. Clorre, serrer. Ital. Serrare, chiudere. Ger. Beschliessen. Hisp. Cerrar con cerradura. Pol. Zamykam. Vng. Belakatalom, beszegezem. Ang. To lock, to shutte a dore.] Colum. lib. 6 de mulæ feminibus loquens: Feminæ (inquit) serari, & interdum iniuri solent. ¶ Hujus composita sunt Obsero, præcludo, προκλείω. Ter. in Eun. Tu abi atque obsera ostium intus. Et resero, aperio, ἀνοίγω. Virg. 7. Aeneid. reserat stridentia limina Consul.

Sĕro, seris, sevi, satum, act. t. Semino. [זרע zarah. σπείρω. Gall. Semer. Ital. Seminare. Ger. Säen. Hisp. Sembrar. Pol. Sieie. Vn. Vetek. Ang. To sowe.] Cæs. 5. bell. Gallici: Frumenta non serunt, sed lacte, & carnibus vivunt. Idem lib. 1. Georg. Nudus ara, sere nudus, hyems ignava colono. Ibidem: Exercete viri tauros, serite hordea campis. ¶ Aliquando significat Planto. [נטע natáh. שתל schathal. φυτεύω. Gall. Planter. Ital. Piantare. Ger. Pflantzen. Bel. Planten. Hisp. Plantar. Pol. Sczepie. Vng. Plantalok. Ang. To plante.] Cic. 1. Tuscul. Serit arbores, quæ alteri seculo prosint. Col. lib. 3. cap. 20: Si unū genus severimus, quum id acciderit quod ei noxium est, tota vindemia privabimur. ¶ Per translationem serere quandoque capitur pro generare. [הוליד holidh.] Vnde satus: id est, generatus. Virg. 7. Aeneid. Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus. ¶ Per translationē quoq; dicimus Serere bella, & serere certamina: id est, movere lites, & pugnas, sive bellis causam dare. Liv. 7. bell. Pun. Annibal turmatim per equites peditesq; jaculatores levia certamina serens, casum universæ pugnæ non necessarium ducebat. Liv. 2. ab Vrbe: Et in aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora conjugū, ac liberorū, charitasq; ipsius soli, cui lōgo tempore assuescitur, animos eorū consociasset. Serere bella ex bellis, est bello uno extincto, alterū aggredi. Liv. 1. belli Macedon. Tum Qu. Bebius Tribunus plebis viā antiquā criminandi Patres aggressus, incusaverat bella ex bellis seri, ne pace unquā plebs frui posset. ¶ Hujus cōposita sunt, assero, circunsero, cōsero, desero, dissero, exsero, intersero, insero, obsero, resero, & subsero, quæ habent penultimam correptam: de quibus suis locis. ¶ Fuit etiam antiquis in usu sero, servi, sertum: à quo manserunt Assero, rui, assertū, Consero, rui, consertū, aliaq; cōplura: de quibus egimus suis locis.

Sătŭs, ta, tum, participium, Seminatus. [זרוע zarúah. σπαρείς. Gall. Semé. Ital. Seminato. Ger. Geseet. Hisp. Sembrado. Pol. Siany. Vng. El vettetet, plantaltatot. Ang. Sowen.] Virg. 3. Georg. Sed frumenta manu carpes sata. Idem 8. Aegl. Atq; satas alio vidi traducere messes. ¶ Per translationem etiam accipitur pro participio natus, sive genitus. [נולד noládh (vel) nulladh.] Virg. lib. 2. Aen. At non ille, satū quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo. Liv. 8. bell. Macedon. Vt fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse.

Sătŭs, us, m. q. Ipsum serēdi actum sive plantationem denotat. [מזרע mizrah. σπορά. Gall. Semaille, semaison, plantain. Ital. Semenza, seminata, piantagione. Ger. Säyung, pflantzung. Hisp. Sementera, semiente. Pol. Sianie, szczepienie. Vng. Vetes, plantalas. Ang. A sowing, planting.] Plin. li. 17. cap. 17: Quapropter de talearum satu nunc dicendum: id est, plantatione. Cic. de Senectute: Quid ego vitium ortus satus, incrementa commemorem? Idem 1. de Divinat. Ob eandem causam multa inusitata partim è cœlo, alia ex terra oriebantur: quædam etiam hominum, pecudumve conceptu, & satu. ¶ Quandoq; etiā satus, pro ipso accipitur semine, sive semento. [זרע zérah. σπόρος.] Cic. 2. Tusc. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos.

Sătŏr, oris, verbale, m. t. Qui serit, aut plantat. [זורע zoréah נוטע notéah σπορεύς, φυτουργός. Gall. Semeur, planteur. Ital. Seminatore, piantatore. Ger. Ein Säyer, pflantzer. Hisp. Sembrador, plantador. Pol. Ten ktory sieie albo szczepi. Vng. Verő, plantalo. Ang. A sower or planter.] Colum. lib. 3. cap. 16: Satoris officium est, primùm quàm recentissimam, & si fieri posset, eodem momento quo serere velit, de seminario transferri plantam diligenter exemptam & integram: deinde, &c. Plin. li. 15. cap. 1: Hesiodus negavit satorem oleæ fructum ex ea percepisse quenquā. Sator cœlestium. Cic. 2. Tusc. Id est, creator, & genitor. [מוליד molidh אב ab. Vng. Atia.]

Sătōrĭus, a, um, adject. Quod ad satorem pertinet. [σπορευτικός. Gall. Appartenant à semeur. Ital. Pertinente à seminatore. Ger. Das zu dē säyen gehört. Hisp. Perteneciente à sembrador. Pol. Rozsiewaczow.

Vng. Vetőhöz, plantalahoz vala. Ang. Belonging to a sower.] Colum. lib. 2. cap. 9: Nonnulli pelle hyænæ satoriam trimodiam vestiunt, &c.

Sătĭo, onis, f. t. Satus, seminatio. [מזרע mizrah σπορά. Gall. Semaille, semaison, semement. Ital. Semenza, seminata. Ger. Säyung. Hisp. Semiente, sementera. Pol. Sianie. Vng. Vetes, plantalas. Ang. Sowing.] Cic. de Vnivers. Post eam autem sationem (ut sic dicam) junioribus permisit ut corpora mortalia effingerent. Idem 5. Ver. Nec si tempus sationis præterisset, granū in provincia Sicilia nullum haberemus. Virgil. 2. Georg. Optima vinetis satio est, quum vere rubenti Candida venit avis, longis invisa colubris.

Sătīvŭs, a, um, Quod seminatur, vel quod idoneum est, ut seminetur. [σπόριμος, σπειρόμενος. Gall. Bon à semer. Ital. Bon da seminare. Ger. Gut zu säyen, das man säyet. Hisp. Cosa que se puede sembrar. Pol. Do siania dobry. Vng. El vetetheto, plantalhato. Ang. Sowen or serving to sowe.] Cui contrarium est agrestis. Plin. lib. 15. cap. 7: Eadem ratio & in sativa myrto. Gellius: Sed hi plerisq; naves loris suebant: Græci magis cannabe, & stuppa, cæterisq; sativis rebus.

Sĕrō, adverbium, Serotinus. Vide SERVS.

Serpēns, serpentis, Vide SERPO.

Sĕrpĕrastră, Varro vocat instrumenta, quę geniculis puerorū ambulare discentium alligantur ne vari fiant, aut compernes. Dicta à serpendo: serpunt enim magis pueri quàm gradiuntur.

Serpo, pis, psi, ptum, n. t. Repo, ventre ingredior, more serpentis incedo. [זחל zachál רמש ramás ἕρπω. Gall. Se trainer, se couler, se glisser. Ital. Rampegare, andar carpone. Ger. Kriechen, schleichen. Bel. Kruypen. Hisp. Gatear por el suelo. Pol. Lezę, czolgam się. Vng. Maszok, tsuszok. Ang. To creepe.] Cic. 5. de Fin. Deinde suo quęq; appetitu movētur: serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornib. uti videmus boves, vespas aculeis: suā denique cuiq; naturā esse ad vivendum ducē. Plin. li. 9. cap. 13: Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoq; vice pedum serpunt. ¶ Serpere quoq; dicuntur plantæ, quum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procumbunt. Plin. lib. 22. cap. 16: Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut ejus quam coronopum vocant. Virgil. 8. Aeglog. atq; hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros. ¶ Serpere itē humi dicuntur scriptores, qui nimis humili utuntur genere dicendi. Horat. de Arte: Serpit humi tutus nimiū, timidusq; procellæ. ¶ Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod spargi, crescere, seu dilatari. Cicero in Lælio: Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. Idem pro Rab. Posth. Serpet hoc malum, mihi credite, longiùs quàm putatis. ¶ Composita sunt Inserpo, & Proserpo: de quibus egimus suis locis.

Sĕrpēns, tis, participium, Quod lōgiùs, ac latiùs serpit, & divagatur. [זחל zochél רומש romés. ἕρπων. Gall. Qui coule & se traine, qui s'estend & s'auance. Ital. Chi se stende auanti. Germ. Kriechende, das sich weit aufstreckt. Hisp. Cosa que gatea por el suelo. Pol. Co się rozpościera. Vng. El foli, maszo. Ang. That creepeth.] Cicero de Senectute: Vitis, quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur, tandem ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapsu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarū, ne sylvescat sarmentis. ¶ Aliquando Serpens nomen substantivum est, & significat anguem, & omne quicquid serpit, tàm masc. quàm fœm. generis. [נחש nachásch. ὄφις. ἑρπετόν. Gall. Serpent. Ital. Serpente. Ger. Ein schlang. Hisp. Sierpe. Pol. Wąż, gad. Vng. Kigio, tsuszo mazo fereg. Ang. A serpent.] Plin. lib. 8. cap. 23: Nec pedibus pavendas tantum serpentes, sed & missili volare tormento. Idē lib. 8. cap. 14: Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradā à Regulo Imperatore, balistis, tormentisq; ut oppidū aliquod, expugnata serpens CXX. pedum longitudinis. Virg. 1. Georg. Ille malum virus serpentibus addidit atris. Ovid. 1. Metam. longo caput extulit antro Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit. ¶ Serpentia secla ferarum, pro serpentium genere. Lucr. lib. 6: Naribus alipedes ut cervi sæpè putantur Ducere de latebris, serpentia secla ferarum.

Serpentīnŭs, na, num, ut Vox Serpentina ὀφιώδης. Iustinus Histor. lib. 32: Omne serpentinum genus in fictiles lagenas conjici jussit.

Serpentĭgĕr, a, um, [ὀφιοφόρος. Gall. Qui porte serpent. Ital. Che porta serpente. Ger. Schlangentrager. Hisp. Que trae a una serpiente. Pol. Węże noszący. Vng. Kigio hordozo. Ang. That beareth a serpent.] Ovid 4. Trist. Eleg. 6: Sphyngaq; & Harpyias, serpentigerosq; Gigantes.

Serpentĭgĕnă, Ex serpentibus natus. [ὀφιογενής. Gall. Engendré d'vn serpent, ou de race de serpent. Ital. Generato da serpente, ò discendente da serpente. Ger. Von schlangen erboren. Hisp. Engendrado de serpiente o de linaje de serpiente. Pol. Z węża urodzony. Vng. Kigiotol lett. Ang. Engendred of a serpent.] Ovid. Metam. Vos serpentigenis in se fera bella dedistis.

Serpulla,

Serpulli, læ, A veteribus dicebatur, quam nos *serpentem* dicimus. Felus, ἑρπετόν, ὄφις.

Serpyllus, m.f. vel Serpyllum, n.f. [ἑρπυλλος. Gall. *Serpolet*. Ital. *Serpillo, serpolino*. Ger. Castenq/ Hünerfeld/ Wildpoley/ Quendel/ ist einkraut. Hisp. *Serpo yerua conocida*. Pol. *Macierza duszka*. Vng. *Kakukfüu*. Ang. *Wild or creeping tyme*.] Herbæ nomen nulli nō notæ, ἀπὸ τοῦ ἕρπειν: hoc est, à serpendo dictū, mutatione aspirationis in s literam. Habet enim ramusculos tenues humi serpentes: & quacunq; terram attigerint, radicem agentes, & sese propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum *Serpoletum* appellat. Virgil. 2. Aeglog. Allia serpyllumq; herbas contundit olentes. Idem 4. Georg. & olentia latè Serpylla.

Serra, æ, f.p. per duplex r, Instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur: à Dædalo primùm inventum, teste Plin. lib. 7. cap. 56. [משור *massor* מגרה *megherah*, πρίων. Gall. *Vne scie*. Ital. *Sega, rasiga, sega*. Ger. Ein säge. Bel. Een saghe. Hisp. *La sierra de hierro*. Pol. *Piel a*. Vng. *Fwerez*. Ang. *A sawe*.] Colum. lib. 5: Vno ita arborē præcidi si minus, serra desecari. Mart. Et pingues tunicas serra secare potest. ❡ Est & genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

Serrula, æ, diminutivum, Parva serra. [πριόνιον. Gall. *Petite scie*. Ital. *Seghetta*. Ger. Ein kleine säge / sägün. Hisp. *Pequenna sierra*. Pol. *Pil'ka*. Vng. *Fwerezetske*. Ang. *A litle sawe*.] Colum. lib. de Arboribus, cap. 6: Et si fieri potest, juxta aliquem nodū serrula desecato.

Serro, ras, Serra per medium seco. [נסר *nasár* גרר *ghorér*. πρίζειν. Gall. *Scier, fendre ou couper auec vne scie*. Ital. *Segare, rasegare*. Ger. Sägen oder sagen. Hisp. *Assirrar con sierra*. Pol. *Piel uie*. Vng. *El fwerezlem*. Ang. *To cutt with a sawe, to sawe*.] Silius li. 6: -qualisq; comantes Auro serravit ramos Iunonius anguis. Sic enim legit Calepinus, sed inemendatis deceptus exemplaribus, culpamq; librariorum suam, ut solet, faciēs. Nam qui vel levissimè in poëtarum fabulis fuerit versatus, facilè deprehendet, servavit, ibi legendum esse, non serravit: quod vix putavenim esse Latinum, sensui certè nullo modo congruit.

Serratus, a, um, Quod serrę in modum est denticulatum: [πριονοειδής. Gall. *Fait en facon de scie, qui a des dents comme vne scie*. Ital. *A foggia di serra*. Ger. Zerthürftet oder gezänet wie ein säge. Hisp. *Cosa que tiene dientes como sierra*. Pol. *Zebats iako piel a*. Vng. *Fwrefwreo, foghafo*. Ang. *Toothed lik a sawe*.] unde serrati dentes dicuntur, qui ad similitudinem dentium serrę pectinatim sunt dispositi. Plinius lib. 11. cap. 37: Dentium tria genera, serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coëuntes, ne contrario occursu atterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus continui, ut homini, equo, exerti, ut apro, elephanto. ❡ Serrati itē nummi quidam dicebantur apud Romanos, ab impressa serræ nota. Tacitus de moribus Germanorum: Pecuniam probant veterem & diu notam, serratos, bigatosq;.

Serrata, Frutex est dodrantalis, in petrosis & asperis nascens, folia habēs exigua, amara, effigie & divisura quercus, flore parvo, penè purpureo. [χαμαίδρυς. Ger. Kleine oder edle Betonien/ das edel Gamanderle.] Alio nomine trissago dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Serratula, æ, pen. cor. f.p. [Ger. Betonien. Pol. *Bukwica czyrwona*.] Herba est, caulem habens quadrangulum, tenuem, cubiti altitudine, folia mollia, quernis similia, per ambitum incisuris divisa, odorata, prope radicem majora, semen in summo caule thymbræ modo spicatum, radicem tenuem, ut ellebori. κέστρον. Nascitur in pratis, montosis, frigidis & opacis locis: unde & ψυχότροφον Græci appellarunt. Latini etiam Vetonicam appellant, nomine à Vetonibus Hispaniæ populis, qui eam primi invenerunt, indito: qua appellatione etiam hodie utuntur officinæ. Plin. lib. 25. cap. 8: Vetones in Hispania eam invenerunt, quæ *Betonica* dicitur in Gallia, in Italia autem *Serratula*, à Græcis *cestron*, aut *psychotrophon*, ante cunctas laudatissima.

Sertula campana, Herba incana, croci odorem referens, folia habens brevissima atq; pinguissima, in coronamentorum usu commendata: unde & sertulæ nomen invenit. [μελίλωτος. Gall. *Melilot*. Ital. *Melilote*. Ger. Der gemein oder groß Steinklee. Steinklee. Hisp. *Corona de Rei*. Pol. *Orylia, nostrzek yol' ziczitem, konskowy kwiat*. Ang. *Melilot*.] Cato sertam Campanicam vocat, propterea quòd circa Nolam Campaniæ urbem laudatissima provenit: quanquam & in agro Attico, & circa Cyzicum, & Chalcedonem nascatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9.

Sertus, a, um, Consertus, vel compositus. [מחבר *mechubbár* קשור *kaschur*. συνερμός, συμπλεχθείς. Gall. *Composé*. Ital. *Composito*. Ger. Geflochten. Hisp. *Compuesto*. Pol. *Zwiti*. Vng. *Kötöt*. Ang. *Made*.] Lucan. lib. 10: Accipiūt sertas nardo florente coronas, Et nunquam fugiente rosa.

Sertum, ti, n.f. Serta, corollę ex herbarum frondibus, floribusq; consertæ: hoc est, cōnexæ: unde & nomen acceperūt. [כלילה *tsephirah* עטרה *hatarah*. στέφανος, στεφάνιον. Gall. *Vn chapeau de fleurs*. Ital. *Ghirlanda*. Ger. Ein krantz. Hisp. *Guirnalda*. Pol. *Wieniecq*. Vng. *Koszoro, bokreta*. An. *A garland or hatt of floures*.] Virgil. lib. 1. Aeneid. -sertisq; recentibus halant. Idem Aeglog. 6: Serta procul tantùm capiti delapsa jacebāt. ❡ Fœminino genere dixit Corn. Severus: Huc ades Aonia crinem circundata serta. Item Propertius: Quum tua propendent demissæ in pocula sertæ. Sosipater lib. 1. Quanquam in vulgaribus Propertii exemplaribus, aliter nunc legitur.

Servi, Vide SERVVS.

Servia, æ, f.p. Sertum quod ex floribus fiebat. [צפירה *tsephirah* עטרה *hatarah*, στέφανος, στέφανος. Gal. *Chapeau de fleurs*. Ital. *Ghirlanda*. Ger. Ein blumenkrantz. Hisp. *Guirnalda*. Pol. *Wieniecz kwiecia*. Vng. *Koszoro, bokreta*. Ang. *An hatt of floures*.] Plin. lib. 21. cap. 1: Quum verò ex floribus fierent serta, à serendo servię appellabantur.

Servilis, Serviliter, Servio, Servitium, Servitudo, Servitus, Vide Servus in SERVO, servas.

Serum, seri, Vide SERVS, adverbium.

Servo, as, act.p. Libero, incolumen præsto, custodio, tueor: [שמר *schamár* נצר *natsar* הושיע *hoschiah*. σώζω, φυλάττω. Gall. *Garder, sauuer la vie à quelqu'vn, deliurer, contregarder*. Ital. *Seruare, saluare, custodire*. Ger. Erhalten/ erlösen. Bel. Behouden/ verlossen. Hisp. *Guardar, salvar*. Pol. *Chowam*. Vng. *Meg tartom, oltalmazom*. Ang. *To kepe, to saue, to preserue or deliuer*.] Virg. 3. Aeneid. Servatum ex undis Strophadum me littora primum Accipiunt. Virgil. 2. Aeneid. Dii patrii servate domum, servate nepotem. ❡ Itē ponitur pro solicitè, ac diligēter observo. Plaut. in Asin. Tuus servus servet, Venerine eas det, an viro. ❡ Item pro inhabito, possideo. [אחז *achaz* ישב *jaschab*.] Virg. lib. 4. Georg. Centū quæ sylvas, centū quæ flumina servant. ❡ Item teneo. Virg. lib. 7: -curvam servans sub imagine falcem. ❡ Ponitur aliquando pro recuperare. Iulianus: Si mandato meo decem Titio credideris, si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id dūtaxat tibi obligatus ero, quod à Titio servare nō potueris. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3: Calvus ajebat, aqua dempta, & ejus aquæ jure constituto & servitute fundo imposita, tamen nos pretiū servare posse, si vendere vellemus. Qui modus loquēdi frequens est apud Iurisconsultos. Bud. ❡ Servare de cœlo, est nuntiare, aut pluisse, aut intonuisse, & ideò diruptum esse auspiciū: qua obnuntiatione facta, si quis tamē in re cœpta persisteret, id contra auspicia fieri dicebatur. Cic. pro Domo sua: Negant fas esse agi cum populo, quum de cœlo servatum sit. ❡ Servare fidem, est præstare promissum. Terent. Hecyr. Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod dixi fidem. ❡ Servare in vetustatē, est aliquo in loco reponere, ut diu, sive in aliquot annos integrum, incorruptumq; duret. Col. lib. 12. cap. 28: Si in vetustatem servare voles, in cado duarum urnarum, quàm optimi vini sextarium, aut fæcis generosæ recentis sextarios tres addito. ❡ Dicimus quoq; Servare modum, ordinem, officium, institutū, promissum, temperamentum, & gloriam. Exempla studiosis passim occurrent.

Servans, tis, participium, seu nomen ex participio. [שומר *schomér*. σώζων, φυλάττων, τηρῶν. Gall. *Qui garde & obserue*. Ital. *Seruatore, osseruatore*. Germ. Ein erhalter/ achthaber das etwas unverseert bleib. Hisp. *Guardador*. Pol. *Zachowiwatel*. Vng. *Meg tarto, ŏrzŏ*. Ang. *That kepeth or preserueth*.] Virgil. 2. Aeneid. -cadit & Ripheus justissimus unus Qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui.

Servatus, a, um, [משמר *mischmar* מושע *moschah*. σεσωσμένος, τετηρημένος. Gall. *Gardé, sauué & deliuré*. Ital. *Seruato, conseruato*. Ger. Erhalten. Hisp. *Guardado*. Pol. *Zachowani*. Vng. *Meg tartatot*. Ang. *Saued, preserued, kept*.] Ovid. 3. Trist. Eleg. 1: Causa superpositæ scripto testata coronæ, Servatos cives indicat hujus ope.

Servator, oris, m.t. Qui servat & liberat, conservator, liberator. [מושיע *moschiah*. σωτήρ. Gall. *Qui sauue & deliure, sauueur*. Ital. *Chi libera & conserua*. Ger. Ein erhalter oder behalter/ Erlöser. Hisp. *Guardador*. Pol. *Zbawiciel, zachowatel*. Vng. *Meg tarto, Zabadito*. Ang. *A keper, preseruer or sauiour*.] Liv. 4. bell. Maced. Quorum agmen Imperator sequutus persequentibus cunctis, servatorem, liberatoremq; acclamantibus, salutatis dimissisq; eis, eadem qua venerat, via Elatiam redit. Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 15: Teq; meæ causam servatoremq; salutis, Meq; tuum libra norit & ære magis.

Servatrix, tricis, f.t. [מושיעה *moschiahath*. σώτειρα. Gall. *Celle qui sauue & deliure*. Ital. *Donna che libera & conserua*. Ger. Erhalterin. Hisp. *Guardadora*. Pol. *Zachowatelka*. Vng. *Meg Zabadito aszszony*. Ang. *She that kepeth and preserueth*.] Cic. 5. de Finib. Non dubitemq; dicere, omnem naturam esse servatricem sui: idq; habere propositum quasi finem & extremum, se ut custodiat quam in optimo sui generis statu. Terētius Hecyr. O Bacchis, ô mea Bacchis, servatrix mea.

Servabilis, le, om. t. Quod servari potest. [σωστός, σωτέος. Gall. *Qu'on peut ou qu'on doit garder*. Ital. *Che si può conseruare*. Ger. Das zu erhalten ist. Hisp. *Cosa que se guarda ò puede guardar*.

 Pol.

Pol. L'armi do zachowania. Vng. Meg tarthato. Ang. That may be kept.] Ovid. 4. Trist. Eleg. 5: Et tutarē caput nulli servabile.

Servaculum, li, n.f. Hotomanus ab Vlpiano dictum putat pro anchora, quasi ..., in l. 29. § 3. D. ad leg. Aquiliam: Parvi refert navē immittendo, aut servaculū ad navē ducendo, aut tua manu damnū dederis. Nam anchora tollēda, scapha proximæ noceri poterit. ❡ Videtur tamen servaculū potius dici ἰσχμοῦ ..., parvus portus asservandis in statione navibus. Vlpian. D. lib. 9. Tit. 2. l. 29: Si navis tua impacta in meam scaphā damnum mihi dedit, quæsitū est, quæ actio mihi competeret? Et ait Proculus: Si in potestate nautarū fuit ne id accideret, & culpa eorum factū sit, lege Aquilia cum nautis agendū: Quia parvi refert navem immitēdo aut servaculum ad navem ducendo (legendum aut servaculum navem ducēdo) an tua manu damnum dederis.

Servus, servi, m.f. Propriè is dicitur, qui sui juris nō est, sed alieni dominio subjicitur. [עבד hebedh. δοῦλος. Gal. Serf, serviteur. Ital. Servo, straidor. Ger. Ein knecht, leibeigner. Hisp. Siervo. Pol. Sl'uga, niewolnik. Vng. Zolga. Ang. A man servand.] Cui opponitur Liber. Cicero pro Cornelio Balbo: Servi quorū jus & fortunæ cōditio infima est. Ibidē: Servos de Republica bene meritos persæpè libertate: id est, civitate publicè donari vidimus. Idem 6. Verr. Neq; tam servi illi dominorū, quām tu libidinū. Idem primo Officiorū: Vlysses contumelias servorū ancillarūq; pertulit. August. lib. 19. Civit. Origo vocabuli servorū inde creditur ducta, quod ii, qui jure belli possent occidi, à victoribus conservabantur, & servi fiebant, à servando appellati: quam etymologiam confirmat l. 5. & l. 4. D. de statu hom.

Servulus, diminut. [δουλάριον. Gall. Petit serf, un serviteur. Ital. Picciol servo. Ger. Knechtlin. Hisp. Pequenno siervo. Pol. Sl'ugka. Vng. Zolgatska, inas. Ang. A litle servand.] Ter. in And. observabam manè illorum servulos Venientes, &c.

Servus, a, um, adjectivum, à servo deductū, Servitute obstrictus, mancipatus, deditus. [δουλικός. Gall. Servant, ou de condition servile. Ital. Servo, di conditione servile. Ger. Knechtisch. Hisp. Siervo. Pol. Sl'ugebie podlegl's. Vng. Zolgalat ala vettetet. Ang. Bound to service.] ut, Serva prędia, quæ servituti alicui obstricta sunt. Cicero cōtra legem Agrariam: Libera prædia meliore jure sunt, quàm serva. Lucanus lib. 6: O' famuli turpes, servum pecus. Ovid. 1. Amor. Eleg. 6: Nec tibi perpetuò serva bibatur aqua. Idem 1. de Remedio amoris: Vtile propositū est sævas extinguere flammas, Nec servum vitiis pectus habere tuum.

Serva, æ, f.p. Ancilla, quæ servitutē servit: [אמה amah שפחה schiphchah. δούλη, δοῦλις. Gall. Servante, chambriere. Ital. Serva, massara, ancilla. Ger. Ein dienstmagd, leibeigne. Hisp. Sierva ò esclaua. Pol. Sl'ugebnica. Vng. Zolgalo. Ang. A maid servand.] cujus antitheton est Libera. Virg. 5. Aeneid. Olli serva datur operum haud ignara Minervæ.

Servula, diminutivum, Ancillula. [δουλάριον. Gall. Chambrillon, petite chambriere, petite meschine. Ital. Picciola serva. Ger. Ein dienstmägdlin. Hisp. Pequenna sierva ò esclaua. Pol. Sl'ugebniczka. Vng. Zolgaletska. Ang. A litle maid servand.] Cic. Att. lib. 10: Eumq; per manum servulæ servatum, atq; eductum.

Servilis, le, om. c. Quod servorum est, vel quod ad servos pertinet, despectus, contemptus, abjectus: [δουλικός. Gall. Servile, appartenant à serviteur. Ital. Servile, da servo. Ger. Knechtisch, das zu dē knechten gehört. Hisp. Cosa perteneciente à siervo. Pol. Sl'ugebniczy. Vng. Szolgake. Ang. Belonging to servadudes, vile or abiect.] ut, Servilis conditio, & servile officiū. Indoles servilis. Liv. 1. ab Vrb. Comparando eorum ætatem, & ipsam minimè servilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. Iugum servile. Cic. 1. Philip. Patriæ liberatores urbe carebant ea cujus à cervicibus jugum servile dejecerant.

Serviliter, adverbium, Servorum more. [δουλικῶς. Gall. Servilement, en serviteur. Ital. A foggia di servo. Ger. Knechtischer weiß. Hisp. A manera de siervo. Pol. Sl'ugebnicze. Vn. Zolgas modra. Ang. Lik a servand.] Cic. 2. Tusc. Neq; d serviliter, muliebriterve faciamus.

Servitus, secunda syllaba correptis, f. t. Ipsa serviendi necessitas, aut servorū conditio: cui opponitur Libertas. [עבדות habdúth עבודה habodhah δουλεία. Gall. Servitude, servage. Ital. Servitù. Ger. Knechtschafft, leibeigenschafft, dienstbarkeit. Bel. Dienstbaerheyt. Hisp. Servidumbre. Pol. Sl'uzba, podleglosc, niewola. Vn. Zolgalat. Ang. Service, bandage.] Cic. Philip. Pax est trāquilla libertas: servitus postremū malorum omniū, non modò bello, sed morte etiam repellendū. Tacit. lib. 17: Sed imperaturus es hominibus, qui nec totā servitutem pati possint, nec totā libertatem. Terent. in And. Vt semper tibi apud me justa & clemens fuerit servitus, Scisti d est, quàm justa & clemēti dominatione in te fuerim usus. ❡ Servitus item de rebus dicitur, quę alteri serviūt: id est, in quibus alteri quoddam jus est: ut servitus urbanorum & rusticorum prędiorum, de qua apud Iurisconsultos magna disputatio.

Servitium, tii, n.f. Servitus. [עבודה habodhah עבדות habdúth. δουλεία. Ger. Dienst, leibeigenschafft. Pol. Sl'uzba. Vng. Zolgalat. Ang. Service.] Terent. in And. Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo, Conari manibus, pedibusq;, noctesq; & dies Capitis periculū adire, dum prosim tibi. Virg. 1. Aeglog. Quid facerem? neq; servitio me exire licebat: Nec tam præsentes alibi cognoscere divos. Idem 1. Aen. Quū domus Assaraci Phthiā, clarasq; Mycenas Servitio premet, ac victis dominabitur Argis. ❡ In plurali verò Servitia, nō rarò pro ipsis servis accipimus. Salust. Catil. Interea servitia repudiabat, quorū initio magnæ copiæ ad eū concurrebāt. Cic. 4. in Catil. Hic ad evertenda fundamēta reipublicæ Gallos accersivit, servitia concitavit, Catilinam evocavit. In qua significatione aliquādo etiā legimus Servitiū singulari numero. Cic. de Aruspic. resp. Omne servitium in alteram scenā immissum, atq; hoc cum Sosipat. antiqui Grammatici sententia congruit. Scribit enim lib. 1. suę grammat. Servitiū propriè multitudinem servorum significare: quanquam apud veteres pro servitute id est, serviendi cōditione in usū fuerit.

Servio, vis, vivi, vitum, n.q. In servitute sum, in alicujus manu & dominio sum, domino ministerium exhibeo. [עבד habádh. δουλεύω. Gall. Servir. Ital. Servire. Ger. Dienen. Hisp. Servir. Pol. Sl'uze. Vng. Zolgalok. Ang. To serve, to do service to any.] Plaut. in Menæch. Propterea heri imperium exequor bene, & sedulò servio. Propertius lib. 3. Eleg. 24: Quinq; tibi potui servire fideliter annos. Horat. 1. Epist. 10: Sic qui pauperiē veritus, potiore metallis Libertate caret: dominū vehet improbus, atq; Serviet æternum: quia parvo nesciat uti. ❡ Dicitur etiā de iis, qui alii alicui rei ita mancipati & dediti sunt, ut dominis servi. Ovid. 2. Amor. Eleg. 17: Siquis erit, qui turpe putet servire puellæ, &c. Interdū idem quod obtemperare, seu morem gerere. Cic. in Catil. Qui aliorum amori flagitiosissimè serviebat. ❡ Servire rei, est rei augendæ incumbere. Terentius Heaut. Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei serviens. Cic. pro Sext. Roscio: Rei familiari maximè servire, & in prędiis colendis operæ plurimum studiiq; consumere. ❡ Servire item prædia dicuntur, quæ servitutem debent. Cicero de lege Agraria contra Rullum: Capite hoc prædia omnia, quæ serviebant, nō servient. Idem de Orat. Quum Marcus ædes Auratæ vendidisset, neq; servire quandam partem ædium in mancipii lege dixisset. ❡ Servire posteritati, valetudini, honori, dignitati vel commodis, est eorum rationē habere. Cic. 3. Tuscul. Optimus quisq; posteritati servit. Idem Tironi lib. 16. Epistol. Sed indulge valetudini tuę, cui quidem tu, dum mihi deservis, servisti non satis. Idem Quint. Fratri: Consulere populi cōmodis, & utilitati ejus salutiq; servire. ❡ Servire tēpori, est se tempori accommodare. Cicero pro Sext. Sed agam moderatè, & huic tempori serviā potiùs, quàm dolori meo. Servire scenæ, idem quod servire tempori, & se præsentibus hominum moribus accommodare: quæ metaphora tracta est ab iis, qui in orchestra cantu, vel gestu, histrionibus in scena fabulam agentibus subserviebant. Cicero Bruto: Ac mihi tum, Brute, officium solùm erat, & naturæ, tibi nūc populo, & (ut dicitur) scenæ serviendum est. ❡ Servitur, impersonale. Cic. 1. Offic. Primum ut necui noceatur: deinde ut communi utilitati serviatur. Martialis lib. 2: Non bene (crede mihi) servo servitur amico. ❡ Servibo, in futuro. Plautus Menæch. Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi. ❡ Hujus composita sunt Asservio, Deservio, Inservio, Reservio, Subservio: quorum significata explicatur suis locis.

Serum, ri, pen. cor. n.f. Pars lactis aquea à caseosa parte separata. [ὀῤῥός. Gall. Laict clair, mesgue. Ital. Siero di latte. Ger. Käßwasser. Hisp. El suero, agua de la leche. Pol. Serwatka. Vng. Savo. Ang. Whey of milk.] Virg. 3. Georg. -acreq; molossum Pasce sero pingui. Ovi. 4. Fastor. Detq; viā liquido vimina rara sero.

Serus, a, um, Tardus. [מאחר meachér ὄψιος. Gall. Tardif. Ital. Tardo. Ger. Spat, langsam. Bel. Spade. Hisp. Tardio. Pol. Pozny, niemieskl's. Vng. Kesedelmes, kesö. An. Late, that is long a comming.] Mart. lib. 1: Sera nimis vita est crastina, vive hodie. Hinc Col. lib. 2. comparativum formavit: Sationes (inquit) ejus duas instituimus, alteram maturam per mediam sementem, serotinā alteram mense Februario. Plin. lib. 15. cap. 13: Patriç cognomina habent serissima omnium Amerina. ❡ Aliquādo ponitur pro gravi, tristi, & magno. Salust. Serum bellum in angustiis futurum. Virg. 5. Aeneid. Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates. ❡ Serus conviva Tonantis, qui serò moritur. Mart. lib. 8: Esse velis, oro, serus conviva Tonantis. Serum lumen est, noctis initium. Virgil. 1. Georg. Illic sera rubens accendit lumina Vesper. Seræ frondes, dicuntur serò cadentes. Idem 2. Georg. Et jam olim seras posuit quum vinea frondes.

Serò, adverbium, Tardè. [ὀψέ. Gall. Au soir, tard, trop tard. Ital. Tardamente, tardi, di sera. Ger. Spat. Bel. Spade. Hisp. Tarde. Pol. Pozno. Vng. Kesen. Ang. Latelie, in the even or evening.] Cicer. de Clar. Orat. Eloquentia serò prodiit in lucem. Idem lib. 7. Epist. Longè absum, audio serò. ❡ Aliquando significat vesperi: hoc est, post occasum, atq; hęc est ejus vera significatio, inquit

Valle lib. 4. Cic. Attico: Eo die alter Consul venit serò. ¶ Aliquando post tempus quæ significatio tracta est ex superiori. quod enim post Solis lucē est, id verè post tempus dici potest. Ov. 1. de Remed. amor. Principiis obsta, serò medicina paratur. Quum mala per lōgas invaluēre moras. Autor ad Heren. lib. 1: Serò, atq; alto negotio venisti. Sic etiam Cicero: Quū accusaret Milonis identidē interrogatus persisteret, quo tempore Clodius esset occisus, urbanè respondit: Serò respondit: ludens nimiū in vocis ambiguitate. Nam quū illud videretur dicere, Vesperi Clodium fuisse occisum: illud potiūs voluit significare, serius quàm opportuerat. fuisse interemptū. ¶ Hinc serius comparativū: id est, tardius. Cic. in Catil. Hoc serius à me factum est. Et Serissimè, tardissimè. Plin. lib. 15. cap. 17: Tarentina serissimè legi.

Serōtinus, a, um, pen. cor. à serò, Vespertinus. [ὀψιαῖος. Gall. Du soir, tardif. Ital. Di sera, tardi. Ger. Das spat ist. Bel. Spatch. Hisp. Spado. Hisp. Casa tardia ò perteneciente a la tarde. Pol. Wieczorny. Vng. Kesö, elluelö. An. Of the evening, late.] Hora serotina, tempus serotinū. ¶ Aliquando ponitur pro Tardus: ut poma serotina, quę post legitimū tempus, vel tardiūs cęteris maturescunt. Colum. lib. 3: Locis frigidis & autumni temporibus aquosis, præcoces serito, &c. locis hybernis serotinas serito. Idem li. 8. cap. 5: Item serotini pulli, quia ab solstitio nati capere justum incrementum non potuerunt.

Serum, n, pen. prod. substantivum, n. s. significat extremam partem diei. [ערב. hereb. δείλη, ἑσπέρα, ἑσπερία. Gall. Le soir. Ital. Sera. Ger. Der abend. Bel. Den avont. Hisp. La tarde. Pol. Czas wieczorny. Vng. Estöe. Ang. The even or last part of the day.] Livius: Erat jam diei serū. ἐπὶ δὲ τῶν ἑσπέρας. Suetonius in August. Nec multō post, navali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, ut in navi victor pernoctaverit: id est, in horam vesperinam. Liv. li. 10. ab Vrbe: Extrahebaturq; in quām maximè serum diei certamen.

Servus. Vide SERVO.

Sesamē, me, s. p. sive Sesamum, mi, n. s. [σήσαμον. Ger. Ein samē und sisimum in den Apotecken genannt.] Frugis genus, à Plinio Frumenti, à Columella leguminum generibus annumeratū. Cōmum habet ferulaceū, foliis sanguineis, semine candido, infra magnitudinem lini, quod vasculis, ut papaver, continetur, radice simplici & alba. Officinę sesamum, Itali hodie jugulianum appellant. Plin. lib. 18. cap. 10: Aestiva frumenta diximus sesamum, milium, panicum. Colum. lib. 2. cap. 10. Sesama, quæ ingentia maturiūs, &c.

Sesamīnus, adject. ut Sesaminū oleū, de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Sesamis, idis, σησαμίς. Placētæ genus, ex sesamo & crudo melle confectum, quod σησαμοῦν Græci appellāt. Vide Galen. lib. 1. de Aliment. facult.

Sesimōidēs, dis, pe. prod. [σεσιμοειδές. Ger. Ein vnbekānt kraut ein pert wie siesymum.] Herba est ex ellebori generibus, similis sececioni, aut quæ, longo folio, flore candido, radice gracili, ignava, semine gustu amaro, cæteris sesamo similis, unde & nomē accepit. Nascitur in Anticyra insula, purgationibus utilissimum. Vide Plin. lib. 22. cap. 25.

Sēscunx, cis, m. g. & Sescūcia, ciæ, f. p. Vnciam significat, & unciæ dimidium, ut ait Bud. [σησκίγγιον. Gall. Vne once & demie. Ital. Vn' onza e mezza. Ger. Drittheil. Hisp. Vna onza y media de peso. Pol. Pol tora łocia. Vng. Hat lot. Ang. An ounce and an half.] Colum. lib. 12. cap. 37. Lateris radicis, quod εἰλάφιον Græci vocant, f. sesunciam.

Sēscuncialis, le. Quod pondus aut mensuram habet sescūciæ. [σησκιγγιαῖος ὁ ἡμιστάθμιος ἢ ἡ ἡ ἐν ἡμιστάθμῳ. Gall. Contenant vne once & demie. Ital. Di vn' onza & mezza. Ger. Anderthalb vnzen tic oder schwer. Hisp. De vna onza y media. Pol. Złoto na pol tora łocia. Vng. Hat lotos, fontos. Ang. Of an ounce and an half.] Plinius lib. 13. cap. 14: Tota crassitudine sescuncialis.

Sēsquiplum, sive Sesquiplum, Quod numerum, pondus, aut mensuram totam in se continet, & præterea ejus dimidium, ἡμιόλιον. Sic Senarium dicimus esse sesquiplum quaternarii, & semissem quadrantis.

Sēsēlis, fœm. gen. sive Seseli, neutro. [σέσελι. Ger. Ein kraut von nahem der samen in den Apotecken siler montanum genēnt wird: mag Einistamme gebrissen werden: wächst in den steinechtigen hohen Bergē. Pol. Sul od czarny.] Herba est folio fœniculi, sed crassiore, semine quoq; non absimili, sed calliosiore & hebetiore, capite anethum quo granum habet oblongū & angulosum: & quū estur, acre: radice autem longa, & odore non ingrato. Vulgus herbariorum Saxifragam majorem appellat. Cic. 2. de Nat. deor. Paulò ante parrum cervæ se purgant quadam herbula, quæ Seselis dicitur. Dioscorides quatuor facit seselis genera. Massiliticum, Aethiopicum, Peloponnesiacum, & Creticum.

Sēsquī, Tantūdem, & ejus dimidium: qua voce non modò in compositione utimur, ut sesquialtera, sesquimodius: verumtam extra compositionē. [ἡμιόλιον. Gall. Autant & moitié d'avantage. Ital. Altretanto e la metà. Ger. Anderthalb. Hisp. Otro tanto y la meytad. Pol. Pol drugiego, pol tora. Vng. Masfél annyi. Ang. As much and the half more.] Cicero de Perf. Orat. Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui: esse majorem, ita fit æqualis dactylus, duplex jambus, sesquiplex pæon.

Sēsquī alterā proportio. Quæ quantitatem aliquam in se continet, & ejus dimidium. [ἡμιόλιος. Gall. Contenant vne fois & demie autant. Ital. Vna parte piu grande la metà che l'altra. Ger. Die vergleichung da ein ding das ander anderthalb mal in sich hattet. Hisp. Vna vez y media. Pol. Poltorajcziego. Vng. Mas fél annyi. Ang. Conteyning ones and half as much.] Cicero de Univers. Sesquialteris autem intervallis, & sesquitertiis, & sesquioctavis sumptis ex his, &c.

Sēsquī cullēāre dolium, Quod culei mensuram continet, & dimidii. ἡμιόλιον κολεόν βυζάδιον. Colum. lib. 12. cap. 18: Sunt aūt satis sesquiculearibus doliis picis duræ pondo vicenaquina.

Sēsquī horā, f. p. Vna hora cum dimidia. [ἡμιωρία. Gall. Vne heure & demie. Ital. Vn' hora e mezza. Ger. Anderthalbe stund. Hisp. Vna hora y media. Pol. Pol tora godyni. Vng. Mas fél ora. Ang. An houre and a half.] Plin. Epist. 24: Egerā horis tribus & dimidia, supererat sesquihora.

Sēsquī jūgerum, pen. corr. n. s. [ἡμιπλέθρον. Gall. Vn demi arpent, & la moitié d'vn demi arpent. Ital. Vn campo, e mezzo. Ger. Anderthalb juchart. Hisp. Vna huebra de tierra y media. Pol. Pol tora zagonu. Vng. Masfél hold. Ang. An aker and a half.] Plin. li. 28. cap. 19. Iterari sesquijugerum.

Sēsquī librā, Vna libra cum dimidia alterius. [ἡμιλίτρον. Gal. Vne liure & demie. Ital. Vna libra e mezza. Ger. Anderthalb pfund. Hisp. Vna libra y media. Pol. Pol tora funta. Vng. Mas fél font. Ang. A pound weight and a half.] Columella libro 12. capite 36: Sat erit autem rosmarini sesquilibram in duas mulsi adjicere.

Sēsquī mēnsis, Vnus mensis cum dimidia parte alterius. [ἡμιμήνιος. Gall. Vn mois & demi. Ital. Vn mese e mezzo. Ger. Anderthalber Monat. Hisp. Vn mes y medio. Pol. Pol tora miesiacu. Vng. Mas fél holnap. Ang. A month and a half.] Varro li. 1. de Re rust. cap. 27: Annus est divisus in quatuor partes, & idem subtilius sesquimensibus in octo.

Sēsquī mōdī ūs, m. f. Qui continet unum modium cum dimidia parte alterius. [ἡμιμεδιμνίας. Gall. Vn muy & demi. Ital. Vn mezzo e mezzo. Ger. Anderthalber setter. Hisp. Vn celemin y medio. Pol. Pol tora korcza. Vng. Mas fél veka, köböl. Ang. A bushell and a half.] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 42: Vt nuces integras, quas uno modo comprehēdere possis, quòd putamina suo quæq; habent loco natura composita, quum easdem si fregeris, ut sesquimodio concipere possis.

Sēsquī ōbō lus, Obolus cum dimidio. [ἡμιωβόλιον. Gall. Vne obole & demie. Ital. Obolo e mezzo. Ger. Anderthalber heller. Hisp. Vn obolo y media. Pol. Pol tora pieniądza. Vng. Mas fél fillér. Ang. A farthing and a half.] Plinius lib. 25. cap. 8: Dejectoq; quod supernatat, reliquus succus purgat, utriq; parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sēsquī ōctāvus, Octavam rei alicujus partem in se continens, & ejus dimidium. ἐπιτριτόεκτος. Cic. de Univer. In primis intervallis sesquioctavi intervallo sesquitertia omnia explebat.

Sēsquī ōpēra, f. p. Opera diei unius, & dimidiati. [ἡμιέργον, ἡμιέργειον. Gall. Vne iournee & demie d'ouure. Ital. Vna giornata e mezza di opera. Ger. Anderthalb tagwerck. Hisp. Huebra d'vn dia y medio. Pol. Praca pol drugiego godzinu. Vng. Mas fél napi munka. Ang. An iourney and a half.] Col. lib. 2. cap. 13: Fabæ occantur sesquiopera, iterum sarriuntur una opera.

Sēsquī pēs, pen. cor. m. t. Mensura unius pedis & semissis. [ἡμιπόδιον. Gall. Vn pie & demi. Ital. Vn piede e mezzo. Ger. Anderthalb schuh. Hisp. Vn pie y medio de medida. Pol. Pol torej stopi. Vng. Mas fél labos. Ang. The measure of a foote and a half.] Colum. lib. 3. cap. 13: Nisi tamen si scaturigo palustris obvia (sicut in agro Ravennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Martialis lib. 8. Summa Palatini poteras æquare Colossi. Si fieres brevior Claudia sesquipede.

Sēsquī pēdālis, le, om. t. [ἡ τῶν ποδῶν ἡμιπόδιος. Gall. D'vn pié & demi. Ital. Di vn piede & mezzo. Ger. Anderthalb schühig. Hisp. De vn pie y medio. Pol. Szeroki na pol tora stopa. Vng. Mas fél labos. Ang. Of a foote and a half.] Cato cap. 10: Sesquipedalis paries. Plin. lib. 7. cap. 16: Sesquipedales quosdam gigni longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. ¶ Sesquipedalia verba id est, gravia & turgida, qualia Tragicis poetis solent esse familiaria. Horat. de Arte: Projecit ampullas, & sesquipedalia verba.

Sesquiplum, sive sesquiplex, Sesquialterū, ἡμιόλιον. Vt quum dicimus senarū esse sesquiplum quaternarii: cōtinet enim eum totum, & insuper dimidiā ejus partem. Budæus. Cic. in Orat. Ita fit æqualis dactylus, duplex jambus, sesquiplex pæon. Et paulò post: Modus aut duplex aut sesquiplex, aut par.

Sesquitēntātus, vide paulò antè in Sesquioctavus.

Sessilis, Sessio, Vide SEDEO.

Sestimonium, nii, n.s. Est templum & sedes: deducitur q; à sessu vel sede, ut à merce mercimonium. Vitruv. Suspectus habent in deorum sestimonio: id est, in deorum ædificandis templis & sedibus statuendis: ac sestimonium dici videtur, ut εὐσέβεια Græcè.

Sestāns, tis, sive Sextans, m.c. Sexta pars assis: hoc est, unciæ duæ. [ἑξαμόγγιον. Gall. Deux onces. Ital. La sesta parte d'una libra, cio è due once. Ger. Der sechste theil eines dings/zwey theil eines ganzen/das zweiff theil hat. Hisp. Dos vncias de pesa. Pol. Dwie vncie, szosta części całego. Vng. Egi pennek hatod resze. Ang. Two ounces.] Plin. lib. 26. cap. 11: Prodest & vino myrteo fovere: menthæ sestans, vivi sulphuris uncia. ¶ Est item sestans, numulus æreus, tertia parte minor quadrante. Liv. lib. 2. ab Vrb. Extulit eum plebs, sextantibus collatis in capita. ¶ Nonnunquam etiam mensura continens sextam partem jugeri. Varro 1. de Re rust. cap. 10: Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in succisivum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad jugerum pervenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo.

Sēsantārius, a, um, Quod habet pondus aut mensurā sestātis, ἑξάγιος. Plinius lib. 33. cap. 3: Constituntumq; ut asses sestantario ponderè ferrentur.

Sestertius, sestertii, m.s. ἑνιγκόμβιον. Apud Romanos moneta erat argentea, valens quartam partem denarii argētei: hoc est, (ut ad Galliæ pecuniæ æstimationem redigamus) decem denariolos turonicos & semissem. Hic alio nomine nummus dicebatur. Interdum utrunq; conjungentes, nummum sestertium vocabant. Dictus est autem sestertius, quasi semis tertius, eò quòd in se cōtinebat asses duos, & tertium dimidiatum. Notabaturq; apud veteres per geminum LL, qua nota duæ libræ: sive dupondius: & per S, qua semissis sive dimidia libra significabatur. Hæ tres literæ transversa interveniēte linea postea ad hunc modum sunt conjunctæ H-S. Veteris consuetudinis fuit, ut Semis in compositione antè poneretur: ut Semisquartus, Semisquintus, Semistertius: unde sublatis duabus literis, dictus est Sestertius: Est autem compositio Attico more facta. Illi enim ἡμίσεα τρίτου τάλαντα: hoc est, septem semitalenta dicebant. ¶ Sestertium autem in neutro genere, & in plurali numero sestertia, singula valebāt mille numos sestertios. Habetq; sestertium in neutro genere eandem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicitur, quam numus sestertius ad assem: hoc est, ad libram æris gravis. Continent enim singula sestertia in se duas libras Romanas & semissem. Singulæ autem libræ drachmas, vel denarios centū: hoc est, sestertios quadringentos. Duæ itaq; libræ & dimidia, ut clarum est, valebāt sestertios numos millie; idq; uno nomine sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia valebant decem millia numorum sestertiorum. Quòd si hunc numerum per adverbium extuleris ad hunc modum, Decies sestertiūm, jam reddideris hanc summam centuplo majorem. Idem enim est dicere Decies sestertiūm, quod Decies centena millia numorum sestertiorum. Vide Budæum de Asse, diffusiùs hac de re tractantem. ¶ Est etiam sestertium, genus veli triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar sit. Suet. in Aug. Ita ut in extremis spatiis subsultim discurreret, sestertio vel lodicula involutus.

Sēstertiōlūs, diminutivum, vel Sestertiolum, Cum accentu in antepenultima. Martialis li. 1: Sed sestertiolum donavit mentula Phœbo Bis decies, &c.

Sētæ, arum, f.p. Dicūtur pili crassiores, rigidiq; atq; erecti, qualex sues habent. [שעירים sehirim. ἀκίδες. Gall. Soye ou poil comme de pourceau. Ital. Sede, setole. Ger. Borsthar/burst. Bel. Borsteten. Hisp. Las sedas, como de puercos. Pol. Szczecyny. Vng. Serte. Ang. Bristles orbig ge hearet.] Vnde dictę sunt setę, quasi suetę. A' quo & suo, suis deducitur. ¶ Dicitur tamen & de durioribus aliorum animalium pilis. Cic. 5. Tusc. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appēsum demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Ovid. 8 Metam. Protinus exuvias rigidis horrentia setis Terga dat. Setæ Leonis. Cicero 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, ut equo, & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit.

Sētīgēr, setigera, setigerum. Quod setas gerit. [κεκτημένος ἔχων, φέρων, ἐκφύων. Gall. Qui a de la soye sur le dos. Ital. Porta sete porta setole. Ger. Der burst hat. Hisp. La que trahe ò tiene sedas. Pol. Szczecinnik. Vng. Serte hordozo. Ang. That hath bristles.] Mart. lib. 13: Qui Diomedeis metuendus setiger agris, Aetola cecidit cuspide, talis erat. Ovid. lib. 8. Metam. Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas, Nec jaculis esset, nec equo loca pervia sylvas. Virgil. 12. Aeneid. Setigeræ fœtum suis, intonsamque tridentem Attulit.

Sētōsūs, sa, sum, Quod est setis plenum. [שעיר sahir, δασύς. Gall. Qui a force soye. Ital. Setoso, pieno di sete, pieno di setole. Ger. Burstechtig/voll burstbar. Hisp. Lleno de sedas. Pol. Pełen szczecin. Vng. Serres. Ang. Full of bristles.] ut, Setosum animal. Plinius lib. 8. cap. 45: Torva fronte, auribus setosis. Virgil. 7. Aeglog. Setosi caput hoc apri tibi Delia parvus, Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi. Propertius lib. 4. Eleg. 1: Verbera Pellitus setosa movebat arator.

Setanum, Setanium, Vide SISANION.

Seu, Disjunctiva particula, qua jungimus ea, quorum alterū, nō utrunq; affirmamus. [ἢ ἤ. Gall. Ou, ou bien, soit que. Ital. Ouero. Ger. Oder. Hisp. O. Pol. Albo. Vng. Vagy. Ang. Or.] Plaut. in Trinum. Hæc sunt, seu rectè, seu perverè facta sunt, egomet fecisse Confiteor.

Severiana pyra, à Severo insitore dicta: quorum meminit Plin. lib. 15. cap. 15.

Sēvērus, ra, rum, pe. prod. Gravis, tetricus, tristis, asper. [קשה kasheh. δεινός, σφοδρός. Gall. Severe, rigoureux, rude. Ital. Severo, grave. Ger. Rauch vnd streng/ernsthafftig. Bel. Strengh/rauwe/street. Hisp. Grave y rigurosa. Pol. Surowy, ostry, straszny. Vng. Keme ny tekintetewe, meltosagos Zemelewe. Ang. Severe, cruell, rigorous, rough.] ut, Severi agricolæ, apud Lucretium lib. 5. Severus autor. Plin. lib. 11. cap. 5. pro gravi, & cui maximè sit fidendum. Virgil. 8. Aeneid. Romulidæ, Tatioq; seni, Curibusq; severis. Terentius Heavt. Sed ipse egreditur, quàm severus, tum quum videas, ceseras. Cic. 2. Verr. L. Cassius ex familiarium cōcteras res, tum ad judicandum severissima. Cic. 3. Offic. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè severus in filium. ¶ Aliquando activè accipitur pro eo quod horrorem aspectui incutit. Virg. 3. Georg. Invidia infœsta furias, amnemq; severum Cocyti metuet.

Sēvērē, adverbium, Graviter, asperè. [σφοδρῶς, πικρῶς, αὐστηρῶς. Gal. Severamēt, rigoureusement, rudement. Ital. Rigorosamente. Ger. Mit rauch vnd streng. Hisp. Grave y rigurosamente. Pol. Ostrze, srodze. Vng. Kemenyen. Ang. Cruelliè, rigorously.] Cic. 2. de Finibus: Ita graviter & severè voluptatem secernit à bono. Idem pro Rosc. Com. Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis severissimè fructum, quem meruerunt, tribuam.

Sēvērīter, pen. corr. Severè. Titinnius: Severiter hodie semonet amica mecum contulit.

Sēvērĭtās, tis, f.t. Gravitas & constantia in judicando, & imperando: est pars justitiæ, qua judex nihil omnino de supplicio remittit, neq; à vero disceditur: cui vocabulo cōtraria sunt facilitas, & misericordia. [קשי קשה kesheh, קשי קשה perech. σφοδρότης, δεινότης. Gall. Rigueur, rudesse, severité. Ital. Severità, gravità, durezza. Ger. Strenge vnd rauche/ernsthafftigkeit. Bel. Strengheit. Hisp. Gravedad y rigor. Pol. Surowość, ostrość. Vng. Kemenyseg, tekintetes alkalmatos. Ang. Cruelitie, fiercenesse, rigorousnesse.] Cic. 7. Verr. Quam ille vestra severitate permotus multa signa dederat quamobrem is responsurus nō videretur. Ibidem: Summæ diligentiæ summam imperii severitatem addidit. ¶ Quinetiam extra judicium dicitur de morum gravitate, & quadam naturæ tetritate, quæ & severitudo dicitur. Plaut. in Epid. Quid illud est, quòd illi ceperat fionos severitudine?

Sevōco, cas, pen. corr. act. p. Seorsum, seu in alteram partem voco, seduco, sejungo. [ἀποσπάω. Gall. Appeler à part, mettre. Ital. Chiamare da banda separatamente. Ger. Abtheilen heimlich. Bel. Ter sijden roepen. Hisp. Llamar à otro apartandole. Pol. Na stronę odwołać, odwodzić. Vng. Felen hivom, fel fele hivom. Ang. To call a part or away, to withdraw frome.] Cicer. 2. Philip. Et ob eius consilii societatem quum interficeretur Cæsar, tum tē Trebonio vidimus sevocari. Ovid. 2. Metamorph. Sevocat hunc genitor, &c. ¶ Sevocare ad se de communi: est de eo quod multis commune est furari. Cicero pro Quint. Itaq; hercule, haud mediocriter de cōmuni, quicquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. ¶ Sevocare animum ab omni negotio, est animum laxare, & nullirei intendere. Cicero 1. Tusculanarum: Quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni sevocamus animum.

Sevum, vi, quod & sebū, & sepum dicitur, n.s. Vnctuosum illud, quod in animalibus quibusdam musculorum extremitatibus membranis ve adcrescit, ex frigida portione sanguinis, quæ è venis excidens exanguibus, ideoq; frigidis membranis adhæret, ibidemq; non secus atq; oleum frigore concrescit. [στέαρ. Gall. Suif. Ital. & Hisp. Sebo. Ger. Wasalt. Bel. Nat. Pol. Łoy. Vng. Faggio. Ang. Tallow of beastes.] Differt aut ab adipe, quòd sevū propriè est cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata sunt, & quæ in pedibus talos habēt. Bisulca verò, & quæ pedes scissos in digitos habēt, & cætēr cornuta, non sevū, sed adipem habent. Vterq; aūt concretus est, & quū refrigit, facilè frangitur, semperq; est in fine carnis, sine sensu, quia nec arterias habet, nec venas. Contrā pinguē intercarnem, cutemque est, succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est. Vnde sues viventes à unguibus leg-

bar legimus aliquando fuisse crosas, nido etiam in iis conditus.

Sevōsus, a, um. Quod instar sevi unctuosum est. [ἐπιπίδης. Gall. Plain de suif, ou ressemblant à suif. Ital. Simile à sevo. Ger. Fettig oder schmutzig wie unschlit. Hisp. Sevoso ò ensebado. Pol. Łoiowaty. Vng. Faggyas. Ang. Full of lik tallow, greasie and fatt.] Plin. libro 11. cap. 37. Sevosa corrigeris medulla.

Sēvo, as, seu Sepo, pas. Quod cui sevum impono, seu candelas sevo facio. [πιπίδω. Gall. Endurcir de suif, faire des chandelles de suif. Ital. Far candelas di sevo, ungere con sevo. Ger. Buschlitterigen machen. Hisp. Ensebar, untar con sebo. Pol. Łoiować, smarować łoiem. Vng. Faggyazok, giartiat martok. Ang. To make tallow candles or fourr with tallow.] Col. lib. 2. cap. 22: Festis autem ritus majorū etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas sevare, seu, ut quidam legunt, sebare, aut separe.

Sex. Numeri nomen, notæ significationis, à Græco deductum, mutatione aspirationis in s literam. [שש schisch, schisch. εξ. Gall. Six. Ital. Sei. Ger. Sechs. Bel. Ses. Hisp. Seys en numero. Pol. Sześć. Vng. Hat. Ang. Sixe.] Hinc multa deducūtur tùm composita, tùm derivata quæ suo ordine explicabimus.

Sexagēnūs, a, um, Quanvis propriè sit numeri distributivi nomen, sæpè tamen idē est quod sexaginta. [ששים schischschim, εξήκοντα. Gall. Soixante. Ital. Sessanta. Ger. Sechzig. Hisp. Sesenta. Pol. Sześćdziesiąt. Vng. Hatuanye. Ang. Sixtie or three score.] Liv. 1. ab Vrb. Ordo sexagenos milites, duo centuriones. Cic. 7. Ver. Sexagena millia modiorum.

Sexagiēs, adverbium. [εξηκοντάκις. Gall. Soixante fois. Ital. Sessanta volte. Ger. Sechzig mahl. Hisp. Sesenta veces. Pol. Sześćdziesiąt razy. Vng. Hatuanszor. Ang. Sixtie tymes.] Cic. 2. Philip. Orabat ut se contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem.

Sexagintā Decies sex. [ששים schischschim εξήκοντα. Gall. Soixante. Ital. Sessanta. Ger. Sechzig. Hisp. Sesenta. Pol. Sześćdziesiąt. Vng. Hatuan. Ang. Sixtie or three score.] Cic. 3. Verr. Possum sexaginta decreta proferre, in quibus ut ego pecuniā nō dicam intercessisse, ipsa decretorum novitas, iniquitasq; declarat.

Sexangulūs, a, um. Quod habet sex angulos. [εξάγωνος. Gall. Qui a six angles. Ital. Che a sei cantoni. Ger. Sechseckig. Hisp. Figura de seis angulos. Pol. Sześciorogi. Vng. Hat szegue. Ang. That has six corners.] Plin. lib. 37. cap. 3: Quare sexangulis nascatur lapidibus, non facilè ratio inveniri potest. Idem lib. 11. cap. 11: Apum sexangulæ omnes cellæ. Ovid. 5. Metam. Nonne vides quos cera tegit sexangula fœtus, Mellifer ratū apum sine mēbris corpora nasci?

Sexcēnūs, na, num, Numeri distributivi nomen, Sexcentenus. [ששמאות schesch meoth. εξακόσιοι. Gall. Six cens. Ital. Sei cento. Ger. Sechshundert. Hisp. Seyscientos. Pol. Sześćset. Vng. Hoszaz, szaz. Ang. Sixe hundred.] Cic. 7. Verr. Civitatibus pro numero militum pecuniarū summas describere certū pretiū sexcentos nummos nautarum missione constituere. Col. lib. 2. cap. 3: Quibus & antè jam M. Cato, & mox Terētius Varro prodidit singula jugera vinearum sexcenas urnas vini præbuisse.

Sexcēntēnūs, a, um. Numeri distributivi nomē. εξακοσιοστός. Idem Col. lib. 3. cap. 3. Qui ducentos quadragenos pedes obtinent, sexcentesimalleoli pangendi sunt. Id est, sexcenti unicuiq;.

Sexcēntī, tæ, ta, plurale tantùm. [ששמאות schesch meoth. εξακόσιοι. Gall. Six cens. Ital. Seicento. Ger. Sechshundert. Hisp. Seyscientos en numero. Pol. Sześćset. Vng. Hat szaz. Ang. Sixe hundred.] Cic. 2. de Divinat. Sexcenta licet ejusmodi proferre, ut distantiū rerum cognatio naturalis appareat. Terent. in Phor. Sexcentas proinde potiùs scribito dicas. Vbi Donatus: Apud nos sexcēta dicere pro infinito numero ferè usitatum est. Cic. pro Rosc. Amer. Sexcenti sunt, qui interficiūt, & de veneficiis accusabant.

Sexcentēsimūs, a, um, pen. cor. Vltimus, sive unus ex sexcentis. [εξακοσιοστός. Gall. Sexcentiesime. Ital. Seicentesimo. Ger. Das sechshundertste. Hisp. Cada vno, de seyscientos. Pol. Sześćset siedmdziesiąty. Vng. Hat szazadik. Ang. The six hundreth.] Plin. lib. 8. cap. 7: Anno Vrbis sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Sexcēntiēs, adverbiū numeri, Sexcentis vicibus. [εξακοσιάκις. Gall. Six cens fois. Ital. Seicento volte. Ger. Sechshundert mahl. Hisp. Seyscientas veces. Pol. Sześćset razem. Vng. Hat szaszor. Ang. Sixe hundred tymes.] Cic. Attic. li. 4: Vt forum taxaremus, & usq; ad atrium Libertatis explicaremus, cōtempsimus sexcenties II-S. Plin. Epist. ultima, lib. 1: Quam citò sestertiū sexcenties impleturus esset.

Sexcentōplāgūs. Fictū à Plauto nomen est in Capt. pro eo, qui sexcentas plagas accepit.

Sexcuplūs, Vide SESCVPLVS.

Sexdēcies, adverbium, Sedecim vicibus. [εκκαιδεκάκις. Gall. Seize fois. Ital. Sedici volte. Ger. Sechszehen mahl. Hisp. Dieziseis veces. Pol. Szesnaście razy. Vng. Tizenhatszor. Ang. Sixtene tymes.] Plin. lib. 16. cap. 29: Sebulus ab Aegypti extremis sexdecies centena LXXV. M. passuum.

Sēxfēs, adverbium, Sex vicibus. [ἑξάκις. Gal. Six fois. Ital. Sei volte. Ger. Sechsmahl. Hisp. Seis veces. Pol. Sześć kroć. Vng. Hatszor. Ang. Sixe tymes.] Liv. 4. ab Vrbe: Vejentem hostem sexies victum pertimescant. Col. lib. 5. cap. 2: Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt.

Sextans, tis, vide SESTANS.

Sēxtūs, a, um. Vltimus, sive unus ex sex: [ששי schischschi. Gall. Sixiesme. Ital. Sesto. Ger. Der sechste. Hisp. Cosa sexta en orden. Pol. Szósty. Vng. Hatodik. Ang. The sixte.] Vt, sexta ætas.

Sextārīūs, m. l. Dicitur sexta pars congii, quæ mensura apud antiquos tàm liquidis; quàm aridis serviebat. Capit autem sextarius cotulas binas, quæ & heminæ dicuntur. Sextarius vini. [לוג logh.] Livius 7. ab Vrbe: Iisdem militibus legiones libras farris, & sextarios vini contulerunt. ¶ Ducere sextarium, est ebibere. Iuven. Satyr. 7: de quo Sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. ¶ Sextarius aquæ. Cic. 2. Offic. Si emere sextarium aquæ mina cogeretur. Sextarius olearius, Cato cap. 13. Sextarium, rii, vas sextarii: id est, heminarum duarum capax.

Sēxtīlis, Mensis qui nunc Augustus. [Pol. Sierpień.] Sic autem dicebatur, quòd sextus esset in ordine mensium à Martio: à quo Romani annum auspicabātur. Horat. 1. Epist. 11: Per brumam Tyberis, Sextili mense caminus.

Sēxtūla, æ. Vnciæ pars sexta, quatuor cōtinēs scrupula: hoc est, assis partē LXXII. Cic. pro Cæcin. Facit hæredem ex deunce, & semuncia Cæcinnā: ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri. Ebutio sextulam aspergit: hoc est, hæreditatis totius partem LXXII. Col. lib. 3. cap. 11: Para LXXII. pedes CCCC. hoc est, sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

Sēnī, senę, sena. à sex. [ששה schischschah. ἑξ. Gall. Six. Ital. Sei. Ger. Sechs. Hisp. Seys. Pol. Sześć. Vng. Hat. Ang. Sixe.] Cic. 4. Verr. Ab illo & præco qui voluit istum ordinem pretio mercatus est, & pueri annorum senūm, septenumq; denūm Senatorium nomen nundinati sunt. Anni decies seniid est, sexaginta, Ovid. 5. Fast.

Sēnārīūs, a, um, Quod constat sex rebus. [ἑξαδικός. Gall. De six. Ital. Di sei. Ger. Das sechs hat. Hisp. De seys. Pol. Sześciorakiego. Vng. Hatos, hatbol allo. Ang. Of sixe.] Vt senarius numerus. ἑξάμετρος. Hinc senarii versus, qui & senarioli dicti sunt, à sex pedibus. Cic. lib. 5. Tusc. Tenebam enim quosdā senariolos, quos in ejus monumento esse inscriptos acceperā, qui declarabant in summo sepulcro sphęrā esse positam cum cylindro.

Sēxūs, us, m. q. Maris & fœminæ discrimen. [φύσις. Gall. Sexe. Ital. Sesso, natura. Ger. Geschlecht, natur, bildtnuss: als durch die der Man vom Weib vnterschieden wird. Hisp. Sexe, miembro par do se discerne que es el hombre ò macho. Pol. Rodzaj rzeczy między sobą rzecz samą. Vng. Kwelombergesb, meg vallaszt termezet. Ang. A kind or sixe.] à Græco ἑξις, ut Festus existimat, quod habitum significat. Plin. de Viris illustr. Ad quos quum utriusq; sexus multitudo venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. Colum. lib. 6. cap. 24: Certis signis comprehendere licet quem sexum generaverit. Cic. 1. de Invent. Hominum genus in sexu consideratur, an virile, an muliebre sit. ¶ Mentiri sexum. Colum. in Præf. lib. 1: Attonitiq; mirantur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantq; oculos spectantium. ¶ Antiqui Sexus, neutro genere efferebant: quod post Nonium etiam Priscianus annotavit. Plaut. Rud. Virile sexus nunquam habui ullum. Varro lib. 1. de Analog. Sexus utrum virile, an muliebre, an neutrum sit. Salust. lib. 2. Hist. ut citat Nonius: At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium undiq; virile ac muliebre sexus per vias & tecta omnium visebantur.

S ante I.

Sī, Conjunctio est conditionalis. [ΕΙ εἰ, ἐάν, εἰά. Gall. Si, pour que, sarest que. Ital. & Hisp. Se, si. Ger. Wann, so. Bel. Ist sa. Pol. Iesli. Vng. Ha. Ang. Gif or if.] Cicero Attic. lib. 6: Moriar si magis gauderem, si id mihi accidisset. ¶ Ponitur interdū pro utinam. Virg. lib. 6: Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. ¶ Interdum pro postquam. Terent. in Phorm. Herus si redierit, molendum usq; in pistrino. ¶ Nonnunquā pro quia, seu siquidem: ut sit confirmantis. Plaut. in Amph. Si similem rem ipse in legem jussit esse Iupiter. Virg. li. 1. Georg. vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. Idem alibi: Si concessa peto. Et rursum: Si qua est cœlo pietas. Vbi Servius si, exponit pro siquidem: in qua significatione ferè indicativum exigit, quum aliàs subjunctivo sæpiùs jungatur: quem tamen modum etiam tunc invenitur habere, quum meram conditionem importat. Terent. in And. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo. Ibidem: Si id facis, hodie postremùm me vides. ¶ Ponitur si aliquando pro quanvis, etsi, sive etiam: idque indifferenter cum indicativo, aut subjunctivo. Terent. in Eunuch. Nam si ego digna hac contumelia sum maximè, hac tu indignus, qui faceres tamen.

Plaut.

Plaut. in Mercatore: Decē vocasset si ad cœnā summos viros, nimium opsonavit. ¶ Aliquando pro an. Terent. in Heavt. Visam si domi est. Cic. de Divin. Dicito si pascuntur aves. ¶ Aliquando subauditur si. Plin. Iunior: Dedisses huic animo par corpus, fecisset quod optabas. Cic. 1. de Nat. deor. Roges me, quid sentiam, nihil respondeam: id est, si roges. ¶ Si est ut admiserit: id est, si admisit, apud Terent.

Sialochi. [σιαλοχοι. Pol. Wypluwacze ślinami.] Dicuntur qui inter loquendum unà cum verbis salivam expuūt: σίαλος enim Græcis dicitur spuma vel saliva ex ore emissa.

Sibaris, vide SYBARIS.

Sibilus, li, pen. cor. m. f. Sonus exilis qui fit ore, cōpressis dentibus & parū diductis labris. [שריקה sieerekah. συριγμός, ψιθυρισμός. Gall. Siblement, ou sifflement, sifflet. Ital. Sibilo, sibilo, Zuffolo. Ger. Ein pfeiff des Munds. Hisp. El silvo. Pol. Kszykanie. Vng. Swewöltes. Ang. A whisteling or hissing.] Col. lib. 2: Sibiloq; allectari, quò libentiùs bibant. Liv. 5. bell. Pun. Vbi jam eò consuetudinis adducta res est, ut quocunq; noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur. Solebat autem populus Rom. in concione & theatro, siquid nō placeret, sibilo ostendere. Hinc illa Ciceronis, sibilo & convitio explodere, sibilis consectari: itemq; sibilum metuere pro Rosc. Com. Qui posteaquam è scena nō modò sibilis, sed etiā convitiis explodebatur. Idem in Pis. Da te populo, committe laudis, sibilū metuas &c. ¶ Dicitur etiam in neutro genere Sibilum. Ovid. Sibila dant, saniemq; vomunt. Corn. Sever. Et sua concordes dant sibila clara dracones. Sosipater lib. 1. Transfertur etiam ad sonitum venti leviter flantis. Virg. 5. Aeglog. Nam neq; me tantū venientis sibilus Austri, Nec percussa juvāt fluctu tā littora.

Sibilus, a, um, adjectivum: [שריק scharak. συρικτικός, συρίζων. Gall. Sifflant, qui siffle. Ital. Che siffia. Ger. Pfeifend. Hisp. Quello que silua. Pol. Kszykanie, gwizdanie. Vng. Swewöltö. Ang. That whisteleth or hissith.] ut, Ora sibila pro sibilātia, inquit Servius. Virg. lib. 2. Aeneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Sibila colla. Idem 3. Georg. -cape robore pastor, Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem Dejice.

Sibilo, as, n. p. Sibilū edo. [שרק scharak. συρίζω, σιγμάζω. Gall. Siffler, sibler. Ital. Zuffolare, sibilare, sufoliare, subbiare. Ger. Pfeiffen. Hisp. Silvar. Pol. Gwizdam kszykam. Vng. Swewöltök. fipolok. Ang. To hisse or whistle.] Cic. ad Att. l. 2: Populares isti jam etiā modestos homines sibilare docuerunt. Ovid. 4. Metam. quotiesq; aliquot parat edere questus, Sibilat. Virg. 11. Aen. Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: -populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca. ¶ Hujus composita sunt, Assibilo, & Exsibilo: quorum significata suis locis explicuimus.

Sibus. Veteribus erat callidus, & acutus. σοφός. Festus.

Sibylla f. p. [נביאה nebeah. μάντις. Gal. Sibylle prophetesse. Ital. Sibilla. Ger. Ein weissagerin / Sibyll. Hisp. Sibylla, prophetissa. Pol. Sibylla proroksni. Vng. Ibuendö mondo azzony, Sibylla. Ang. Sibylla, a prophetesse.] Virgo fatidica ab enuntiandis deorum consiliis dicta. σιούς enim deos vocant Aeoles: βουλὴν autem Græci omnes dicunt, quod nos sententiam, sive consilium. Hieronymus contra Iovinianum: Quòd si Aeolici sermonis genere Sibylla θεοβούλη appellatur, rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas. Sibyllas decem fuisse scribit Varro: Prima fuit Persica: secūda Libyca: tertia Delphica: quarta Cumæa in Italia: quinta Erythræa: sexta Samia: septima Cumana Amalthea nomine: octava Hellespontiaca: nona Phrygia: decima Tyburtina nomine Albunea. Vide plura de his Suidam.

Sibyllinus, adjectivum, pen. prod. Quod est Sibyllæ, vel quod à Sibylla factū est. [ὁ σιβυλλιακός. Gall. De Sibylle, Sibyllin. Ital. Di Sibilla, Sibillina. Ger. Sibyllinisch / von einer Sibyllen oder weyssagerin. Hisp. De Sibylla. Pol. Sibyllinin proroksni. Vng. Sibyllakhoz valo. Ang. Of Sibylla.] Cicer. de Arusp. resp. Ne hoc quidem tibi in mentē veniebat Sibyllino sacerdoti: hoc est, ei cujus erat sibyllinos libros aperire, & proferre, siquando vaticinium aliquod petendum erat. De librorum Sibyllinorū origine prodidit Gellius lib. 1. cap. 19: Anum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquiniū Priscum regem novē libros attulisse, ac pro eis trecentos poposcisse Philippeos, regesq; aspernante pretii magnitudinē, in conspectu ejus tres libros exussisse, & pro reliquis idem pretiū postulasse, cumq; à rege velut delira irrideretur, tres præterea alios combussisse, nihiloq; minus pretii pro tribus petisse: regemq; mulieris cōstātia commotū, tres illos libros trecentis Philippeis cōparasse, jussisseq; hos libros in Capitolio religiosissimè asservari, & de reb. dubiis à Quindecim viris velut oraculū cōsuli. Hos libros Stilico, quū adversus Honorium & Arcadiū principes defectionē moliretur, exussit. De quo Rutilius: Nec tātùm patriis sæviret proditor armis, Sācta Sibyllinæ fata cremavit opis.

Sic, adverbiū est similitudinis, Ita, hoc, vel eo modo. [כן chen. οὕτως, οὕτω. Gall. Ainsi, pareillement. Ital. Si, cosi, in tal modo, in tal guisa. Ger. Also / so. Hisp. Assi, en tal manera. Pol. Tak. Vng. Vgy, akkeppen. An. So, evenso.] Virg. 2. Aeneid. Non sic aggeribus ruptis quū spumeus amnis Exit. Cic. li. 16. Epist. Apud eū sic fui, tanquā domi meæ. ¶ Aliquādo respōsiva est particula, affirmandi vim habens, quemadmodū & Etiam. ναί. Cic. 4. Philip. Visne igitur te inspiciamus à puero? Sic opinor. ¶ Quandoq; optandi. Virg. 10. Aen. Sic pater ille deūm faciat, sic magnus Apollo. ¶ Est & conjunctio illativa, idem valens quod igitur. Cic. 4. Tuscul. Sic tot simul virtutes cōtinentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei defecerunt. ¶ Nonnunquam capitur pro valde. Apuleius: Nec ego rebar sic multorum id opus dictum esse. ¶ Duplicatur etiam majoris expressionis causa. Virg. 4. Aen. -sic juvat ire sub umbras. ¶ Aliquando demonstrativum est. Terent. in Evnucho: Ego limis aspectu sic per flabellum clanculum, &c. ¶ Ponitur aliquando pro tam. Plautus in Trin. Nihil sic celere est neq; volat.

Siccine, adverbium interrogantis est pro, an sic. [οὕτως; Gall. Est il ainsi? Ital. E cosi? Ger. Ist es der gestalt? Hisp. Es assi? o en tal manera? Pol. Atakże? Vng. Vgye? Ang. Is it so?] Plautus: Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?

Sica, cæ, f. p. Genus gladii brevioris, quasi seca, à secādo. [שלח schelach רצח ritsach ξιφίδιον. Gall. Vne dague ou vn poignard. Ital. Daga, dagnetta. Ger. Ein dolch / oder dergleichen kurtz gewehr. Bel. Een dagghe. Hisp. Dagua, ò cuchillo secreto para matar. Pol. Puinal, tulich, tesak. Vng. Reuid kard. Ang. A litle hanger or swerde.] Cic. 3. in Catilinam: E quibus ille maximum sicarum numerū, & gladiorū extulit. Ibidem: Nō enim jam inter latera nostra sica illa versabitur: nō in campo, nō in foro, nō in curia, nō deniq; inter domesticos parietes pertimescemus. Idē 3. de Nat. deor. Tum hæc quotidiana, sicæ, venena, peculatus, &c.

Sicula, diminutivum. [τὸ μαχαιρίδιον. Gall. Vne petite dague, vn petit poignard. Ital. Daghetta. Ger. Ein dölchlin / dägelin. Hisp. Pequenna dagua. Pol. Pumalik. Vng. Hanczar, dakas. Ang. A litle hanger or swerde.] Plautus in Rudente: Post est situla argentea, & duæ connexæ maniculæ.

Sicarius, rii, m. f. Qui sica: id est, gladio hominem interficit: vel sicā maleficii alicujus gratia gerit. [φονεύς, ξιφήρης, μαχαιροφόρος. Gal. Vn brigād ou meurtrier. Ital. Homicida, assassino. Ger. Ein Todschleger / oder der ein dolchen oder kurtz wehr tregt einen heimlich zu erstechen / ein Mörder. Hisp. El que traxe tal cuchillo pequeño escondido para matar. Pol. Morderz, zabijak. Vng. Gilkos, ember ölöklö. Ang. A murtherer, that killeth with a litle hanger or swerde.] & ἀνδροφόνος, quicunq; cædem telo quocunq; commisit. Cic. pro Roscio Amer. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpè in cæde versatus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alio qui Famosus.

Sicarius, vide SICA.

Siccine, vide SIC.

Siccus, sicca, cum, Aridus, sine humore. [יבש jabesh. ξηρός. Gall. Sec. Ital. Secco, fatto, arido, asciutto. Ger. Ganz trocken / dürr. Bel. Droogh. Hisp. Seco. Pol. Suchy, wyschły. Vng. Szaraz, aszu. Ang. Drye.] Virg. lib. 5. Aen. Sūma petit scopuli, siccaq; in rupe resedit. Idem 1. Georg. Et sola in sicca secum spatiatur arena. Ovid. lib. 3 Amor. Eleg. 5: At tibi pro meritis opto, nō candide torrens, Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems. ¶ Per translationē ponitur pro exercitio, quod etiā Nonius annotavit. Nā exercitii vehementia sudantes, corpus siccamus. Lucil. lib. 26: Quum studio in gymnasio duplici corpus siccassem pila. ¶ Item pro continente, sobrio: cujus contrariū est Madidus, ebrius. Plaut. Asin. Siccū, frugi, continentem, amantem uxoris maximè. Idē in Pseud. -vini modò cupidæ estis, eo vos panticesq; adeò madefacitis, quum sim ego hic siccus. ¶ In sicco: id est, extra aquā. Plin. lib. 8. cap. 8: Non reversum in maria, atq; in sicco expirasse. Virg. lib. 1. Georg. -cumq; marinæ in sicco ludunt fulicæ.

Siccē, adverbium [ξηρῶς. Gall. Seichement. Ital. Siccamente. Ger. Trockenlich: mit trocknen. Hisp. Secamente. Pol. Sucho, mylblie. Vng. Zarrazon, aszon. Ang. Dryely, without humour.] Colum. li. 6 cap. 12: Vt siccè stabuletur. Dicimus per translationem Siccè dicere, ut jejunè dicere. Cicero in Orat. Id verò desināt dicere, qui subtiliter dicūt eos solos Atticè dicere: id est, quasi siccè, & integrè, & amplè, & ornatè, & copiosè.

Siccificus, [ξηραντικός. Pol. Wysuszajacy. Vn. Szaraztó, aszito.] Macrob. Satur. li. 7. cap. ult. Aeri vis quædā [illegible] medialis & siccifica.

Siccitas, atis, & Siccitudo, inis, f. t. Ariditas: cui opponitur Humiditas. [יבושת jobesheth חרב chareb. ξηρότης. Gall. Secheresse. Ital. Siccita, siccagine. Ger. Trückne / dürre. Hisp. Secura, sequedad. Pol. Zachość, wysuszenie. Vng. Zarazsag, aßusag. An. Drynesse.] Col. lib. 2: Si verò tepor cœli, siccitasq; regionis suadebit, Februario statim proscindēdi sunt. Cæs. 4. belli Gallici: Qui quū propter siccitates paludū, quò se reciperent nō haberent, &c. Cic. 2. de Nat. deor. Neq; enim flumine conturbor inaniū verborū, nec subtilitate sententiarū, si orationis est siccitas. ¶ Ponitur aliquando pro firmitate, interprete Nonio. Cic. in Catone Majore: Summam esse in eo corporis siccitatem.

Sicco, cas, act. p. Quod humidum erat siccum reddo. [יבש jibbésch החריב hecherib. ξηραίνω. Gal. Seicher. Ital. Secare. Ger. Trocken machen. Bel. Droogen. Hisp. Secar. Pol. Wysuszam. Vng. Meg aszalom, Zarrantom. Ang. To drye or mak drye.] Col. lib. 2: Si humidus erit, abundantia uliginis antè siccetur fossis. Plin. lib. 8. cap. 24: Mergit se limo sæpiùs, siccatq; sole. Virg. 4. Aeneid. atq; atros siccabat veste cruores. Idem lib. 10. Aen. Interea genitor Tyberini ad fluminis undam Vulnera siccabat lymphis, corpusq; lavabat Arboris acclivis trunco. Ovid. 1. Metam. lacrymas siccaverat ardor. Sicco item aliquando ponitur pro exhaurio & ebibo. Horat. Serm. Satyr. 6: Siccat inæquales calices conviva solutus Legibus insanis. ¶ Hujus composita sunt, Assicco, quod est valde sicco. Plin. lib. 8. cap. 24: Ea quum spicas ediderint, prius quàm semina bient æstibus, manu carpuntur, & suspensa in sole quũ assiccaverint, seconduntur, atq; ita reposita perennant ævo diutiùs, quàm cætera. Absicco, idem quod exicco. ἀποξηραίνω. Plin. Plurimum refert, non absiccato succo fimum vires continere, & assiduo macerari liquore. Desicco, Exicco, vide suprà suis locis.

Siccēsco, scis, à Sicceo, ces, Siccus fio. [יבש jabésch חרב charab. ξηραίνομαι. Gall. Se seicher, devenir sec. Ital. Seccarsi. Ger. Trocken werden. Bel. Drooch worden. Hisp. Secarse, hazerse seco. Pol. Wysycham. Vng. Meg zarradok, aszok. Ang. To waxe drye.] Plin. lib. 18. cap. 34: Aquilonem prænuntiat terra siccescens repentè, Austrũ, humescens rore occulto. Col. lib. ult. Fœnum Græcum vetere vino macerato, deinde in sole exposito, aut in furno, assiccescat. ¶ Hinc Assiccesco, siccus & aridus fio. Idem ibidem: In muria luere oportet, & expressos in cratibus pendere dum assiccescant.

Siccŏcŭlus, adjectivum. ξηρόφθαλμος. Plaut. in Pseud. Genus nostrũ semper siccoculũ fuit. Nomen videtur à Plauto fictum, pro eo quod est siccis oculis: id est, nec lippis, nec lacrymosis.

Siccānĕus, nea, neum, Quod est naturaliter siccum, vel quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. [φύσει ξηρός. Gall. Sec de nature, qui n'a pas grand humeur. Ital. Secco di natura. Ger. Trocken oder dürr von Natur. Hisp. Cosa seca à de sequedal. Pol. Sucha, wilgotności niemająca. Vng. Szarraz, aszszu termeszetu. Ang. Drye of his own nature, that hath no springes to water it.] Col. lib. 2. cap. 17: Ejus prati animadvertimus duo genera, quorum alterum est siccaneũ, alterum riguum. Idem cap. 2: De siccaneis & riguis non comperimus utræ numero vincant.

Sicelĭŏn, [ψύλλιον Dioscoridi. Ger. Ein kraut/wirdt in den Apotecken Psyllium genant.] Herba est, quæ alio nomine pulicularis dicitur, à semine pulicis similitudinẽ referente. Vide Plin. lib. 25. cap. 11.

Sicĕra, æ, pen. cor. f. p. [שכר schechár. σίκερα. Ger. Ein jedes tranck/das da truncken macht. Pol. Wszelaki napoi wyjąwszy wino, jakim się upijamy. Vng. Meg reszegitő ital. Ang. Sider, drink made of apples.] Omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare potest (ut scribit Hieronymus ad Nepotianum) sive illa frumento conficiatur, sive pomorum succo: sive favi decoquãtur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctisve frugibus aqua pinguior coloretur.

Sicīlĭo, lis, sicilui, vel Sicilio, lis, livi, litum, Verbũ est propriè ad prata pertinens, quæ tunc sicilari dicuntur, quũ ea quæ prima sectione relicta sunt à fœnisecis, iterata sectione demetũtur. [χόρτον ὑπολειφθέντα ἀμάω. Gall. Refaucher, couper & recueillir ce que les faucheurs ont laissé à faucher. Ital. Segare la seconda volta il mal segato. Ger. Nachhin abmähen was die Mäder haben stehen lassen. Hisp. Segar la segunda vez el prado. Pol. Znowu po kosarzach siekę co pozostało. Vng. Masod zor kaszalock, aratok. Ang. To cutt againe that was not well cutt before, as grasse in medowes.] Plin. lib. 18. cap. 28: Prata quoties secta sunt, sicilire oportet: hoc est, quod fœnisecæ præterierunt secare. Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 29: Quo facto sicilienda prata: id est, falcibus consecanda, quæ fœnisecæ præterierunt, ac quasi barba ruberosum reliquerũt camporum: qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

Sicilimentum, ti, n. f. Herba sicilitione resecta: id est, ea quæ à fœnisecis prima sectione relicta, iterata sectione demetitur. [ὑπολειφθὲν χόρτου ἀμήματος ... Gal. Ce qu'on recueille en un pré après les faucheurs. Ital. Essi segare un prato mal segato. Ger. Das gras so im nachmähen abgehawen wirdt. Hisp. Aquello que entonces se siega. Pol. Potraw. Vng. Masod kaszalasbol, aratasbol valo fwe. Ang. That is cut or mowed after it was cut before.] Cato cap. 5: Item fœnũ cordum, sicilimenta de prato demito, eaq; arida condito.

Sicilices. Hastarum spicula lata, inquit Festus. Ennius: Incedit veles vulgò sicilicibus latis.

Sicilĭcum, ci, pen. cor. n. f. Pars assis quadragesimaoctava: hoc est, scrupula sex, sive (quod in idẽ recidit) drachmas duas continens. [שקל schékel. δίδραχμον.] Dictum Sicilicum, à sicilicando: id est, secando, quòd semunciam per medium secet. Neq; solùm de ponderibus dicitur, verumetiam de mensuris. Plin. lib. 13. cap. 15: Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante, & sicilico excedentem, tota verò crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse.

Sicimina, inquit Hieronymus, quidam interpretantur genus arborũ, quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, quæ si non vellicentur, amarissimas caryculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. [שקמים schikmím.] Nobis autem (inquit) quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam hujusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere qui afferũt mora, & pastorum famem ac penuriam consolantur.

Sicinnis, σίκιννις, Saltationis Satyricæ genus, teste Athenæo, à Siciano inventore (sive is Barbarus fuit, sive Cretensis) ita dictum à quo & Satyri ipsi Sicinnistæ appellantur. Gellius lib. 20. capite 2. de Sicinnibus loquens: Eos, ait, habuisse proprium genus tubæ qua canerent, à cæterorũ tubicinum proprietate differens, quos sicinistas vulgus dicit. Qui rectiùs loquuti sunt Sicinnistas litera n, geminata dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canũt. Posuit hoc verbum Lucius Accius poëta in Pragmaticis.

Siclus, m. f. [שקל schékel. σίκλος. Ger. Ein Hebraischer pfennig Sickel genannt / thut ohngefehrd 4 drachmas oder 30 creutzer.] Apud Hebræos dicitur uncia: apud Græcos Latinosq; quarta pars unciæ est, & stateris medietas, drachmas duas appendens. Iosephus ait Hebræorum numisma esse, quatuor drachmas Atticas valens.

Sĭcŭbī, pen. cor. Si alicubi. [εἴπου. Gall. Si en quelque lieu. Ital. Se in qualche luogo. Ger. So etwan/wo etwan. Hisp. Si en algun lugar. Pol. Jeśli gdzie. Vng. Ha valahol. Ang. If in any place.] Liv. 3. ab Vrbe: Consul providere omnia, laudare fortes, increpare sicubi segnior pugna fuisset. Cic. 7. Verr. Atque hæc sicubi facta sunt, &c.

Sĭcundĕ, adverbium de loco, Si ex aliquo loco, si alicunde. [εἴποθεν. Gall. Si de quelque part, ou de quelque lieu. Ital. Si di qualche luogo. Ger. So etwan her. Hisp. Si de algun lugar. Pol. Jeśli skąd. Vng. Ha valahonnat. Ang. If frome any place.] Cic. ad Atticum. lib. 13: Sicunde potes eruere qui, &c.

Sĭcŭt & Sicuti, adverbia similitudinis sunt. [כאשר chaascher כמושי chemósche. ὡς ὥσπερ. Gall. Comme, ainsi que, ainsi comme. Ital. Come, sicome. Ger. Eben wie/gleich wie. Bel. Gelijck. Hisp. Assi como. Pol. Równie, jako. Vng. Mint Zinte, mikeppen. Ang. As, lik as.] Plaut. in Rud. Quibuscum parva perit Athenis, sicut dixi. ¶ Interdum tamen non res similes, sed diversas, & planè contrarias denotant, & ita in priore membro ponuntur. Quint. lib. 10. cap. 1: Sed hæc eloquendi præcepta, sicuti cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. ¶ Habent etiam venustatem, atq; utilitatem magnã, quoties antecedentẽ sententiã annectunt cum sequenti. Plin. lib. 7. cap. 19: Ferũt Crassum, avũ Crassi in Parthis interempti, nunquã risisse, ob id Agelastũ vocatũ, sicuti nec flesse multos.

Side. [רמון rimmon. σίδη.] Græcis, Arbor punica, & malum punicum. Est etiam alia arbor non omnino ei dissimilis apud Aegyptios vasculo ampliore & candidis mẽbranis obducto, quæ in lacu Orchomenio quoq; est frequẽs, ut autor est Theophrastus. Ab hujus similitudine Martialis ridet calvum: Inter Spondephorum Telesphorumq; Sidẽ stare putabis Almyroden. Vide in dictione Almyrode.

Sīdĕrātĭo, Siderari, Sidereus, Vide SIDVS.

Sīdĕrĭŏn Heracleum, σιδήριον ἡράκλειον, Herba est ab Hercule inventa, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, juxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata sanans. Autor Plin. lib. 25.

Sīdĕrītis, f. 1. σιδηρῖτις, Herba est foliis marrubii, sed longioribus, cauliculis quadratis, palmæ longitudinẽ nõ multũ excedentibus, gustus nõ injucundi, & subastringentis, in quibus per intervalla orbiculatæ vertebræ, ut in marrubio, spectãtur, & semen in iis nigrũ. Vulgus Tetrahil sive Iudaicam herbam appellat. ¶ Est & sideritis altera, bioũm cubitorũ, ramulis exilibus, folio filicis numeroso, utrinq; per oras diviso, pediculo longo prodeuntibus è summo alarum sinu surculis lõgis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semẽ continetur, quàm betæ rotundius aliquanto & durius. Hodie chymici & herbarii nõnulli Lunariam majorem appellant. ¶ Sũt & alia sideritis genera, quæ ex Dioscoride & Plinio tibi petẽda relinquimus.

Sīdĕrītis, σιδηρῖτις. Lapis occulta naturæ vi ferrum ad se trahens: unde & nomen accepit. Nam σίδηρος Græci ferrum appellant. Idem & Magnes dicitur, & Heracleus lapis, eò quòd primùm inventus fuerit in Magnesia Asiæ, circa Heracleam urbem. Plin. tamen in Ida monte primùm repertũ arbitratur à Magnete quodam pastore, & ab eo nomen accepisse.

Sīdĕrītes, m. t. [σιδηρίτης. Ger. Ein gattung Demants.] Gemma est ex genere adamantum, à ferri splendore nomen habens, pondere cæteris præstans, sed ictibus fragilis, & ab alio adamante

mante perforabilis. Autor Plinius libro 37. cap. 4.

Sido, dis, sedi, sessum, n. t. Deorsum feror, subsido, ad sedendū me demitto, consido, resido. [ירד jarádh. κατακάθημαι, ἕζομαι, ἵζάνω. Gall. Aller à fond, devaller, descendre en bas, s'asseoir. Ital. Descendere, abassarsi, andare à fondo, sedere. Ger. Sich setzen oder sich nider lassen. Belg. Sincken. Hisp. Assentarse, hazer assiento la cosa pesada. Pol. Vsiadam. Vngar. Le erezkedem, el sülledek. Ang. To sitt downe, to light as birdes on a tree, to sinke.] Virg. li. 6: Sedibus optatis gemina super arbore sidūt. Plin. lib. 6. cap. 22: Mare interest vadosum, senis nō amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeò profundū, ut nullę anchoræ sidant. ¶ Hujus cōposita sunt, Assido, Consido, Circumsido, Desido, Insido, Obsido, Resido, & Subsido: quorum significata vide suis locis.

Sedĭmĕntum, ti, n. s. Quod in re aliqua subsidit. [ὑπόστασις. Gall. Affaissement, quand quelque chose s'abaisse & s'affaisse. Ital. Ogni materia graue che va à basso. Ger. Das sich etwan zu boden setzt / nidersenckung. Hisp. El assiento ò orruras de cosa liquidas. Pol. Vsadzenie, vitanie. Vng. Le vallos, le rogygiant. Ang. Grounds, or that sinketh to the bottome.] Vnde crassiorem urinæ partem, in fundo matulæ subsidentem, Medici sedimentum appellant. In ædificiis quoq; sedimentum dicitur ipsa subsessio, quum scilicet ob fundamenti infirmitatem ædificium subsidit. Plin. lib. 36. cap. 10: Sive inundationibus Tyberis sedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impositæ rei quoque dicantur jacta fundamenta.

Sīdŭs, n. t. [כוכב chochâb. ἄστρον. Gall. Astre, signe au ciel, planette, estoille. Ital. Stella, segno celeste. Ger. Ein gestirn. Belg. Een gesterte. Hisp. Estrella, ò constellacion de las estrellas. Pol. Gwiazdy. Vngar. Tsillaghol alla segy. Ang. A starre.] Licet quidam Græcum esse velint, ἀπὸ τοῦ εἶδω, simul & εἴδειν, videre, quòd plures stellæ simul conspiciantur: aut παρὰ τὸ συνοιδεῖν, quod est commeo & convenio, ut sit plurium stellarum conventus: rectiùs tamē Latinum esse putatur, & à sido deduci: propterea quòd sidera occidentia in mare subsidere videantur. ¶ Est autem sidus signū ex pluribus stellis compositū, ut Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quęcunq; variarum genera formarum feruntur in cœlum recepta, stella verò singularis est. Sic etiam apud Græcos, ἀστὴρ, & ἄστρον diversa sunt, teste Suida. Nā ἀστὴρ est stella una: ἄστρον verò signū stellis coactum: quod nos sidus vocamus. ¶ Quandoq; tamen sidus pro stella ponitur. Cic. Itaque nesciunt hos siderum errores. Quintil. Quid hæc fulgentium siderum veneranda facies quæ quadam veluti infixa ac cohærentia perpetua semel capta luce collucent, alia toto sparsa cœlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

Sīdĕrālis, siderale, om. t. Quod ad sidus pertinet. [ἀστρικὸς, ἀστρονομικός. Gall. Des astres, des estoilles ou constellations. Ital. Pertinente à stelle ò à constellationi. Ger. Das zu den gestirnen gehört. Hisp. Cosa de constellacion ò estrella. Pol. Gwiazdzisty. Vng. Eg beli iegyhez valo. Ang. Belonging to the starres.] Plin. lib. 7. cap. 49: Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam.

Sīdĕrĕus, a, um, Stellatus. [ἀστερόεις. Gall. D'astres, d'estoilles, estoillé. Ital. Stellato, pieno di stelle. Germ. Gestirnet / das sternen hat. Hisp. Estrellado. Pol. Gwiazdowi. Vngar. Tsillagos. Ang. Of the starres.] Siderea sedes, apud Virg. 10. Aen. id est, sphęra stellata. Cœlū sidereū, Ovid. 10. Meta. ¶ Aliquando ponitur pro alto. Martial. libr. 1: Hic ubi sidereus propiùs videt astra colossus. ¶ Aliquando pro fulgenti, & lucido: ut ignes siderei, apud Ovid. 1. Metam. Virg. 3. Aen.-nec lucidus æthra Siderea polus.

Sīdĕrari, pass. p. Est sidere pestifero afflari: [ἀστροβολίζεσθαι. Gall. Estre gasté du chaut, froid, ou autre iniure du ciel, pluye, orage, vent, gelee, ou tempeste. Ital. Sidrarsi, assidrarsi. Ger. Durch eines gestirns einflusz / fürnemlich von hitz verderbet werden. Hisp. Pasmarse subitamente. Pol. Schnac dlia wiatkiego y' ego pomietrza obwiania. Vn. Egbi haboru miat, szarassag miat ki veszni. Ang. To be stricken with a blast of winde or planet.] & propriè de arboribus dicitur, quum per sideris cujuspiam, & præcipuè Caniculæ exortum, æstu vehementer invalescente, aut alia quavis ratione humor cōsumitur, totæq; vel aliqua sui parte subitò inarescūt. ¶ Transfertur & ad animalia, quæ & ipsa siderata appellantur. ἀστρόβλητα, quum simili sideris afflatu aliqua sui in parte sphacelismon: hoc est, ossium cariem patiuntur, ita ut subitò ea pars, cum ipsis etiam ossibus inarescat, omnemque prorsus sensum amittat. Plinius libro 28. cap. 16. Sideratis urina pulli asinini nardo admisto perunctione prodesse dicitur. Idem lib. 9. cap. 16: Fluviatilium silurūs Caniculæ exortu sideratur, & aliàs fulgure sopitur. Plaut. Sideratus est, moveri non potest.

Sīdĕrātĭo, onis, f. t. propriè plantarum morbus est, quum nimio æstu humore absumpto, vel totæ, vel aliqua sui parte inarescunt. [ἀστροβολία, ἀστροβολισμός. Gall. Corruption de plantes ou membres des animaux. Ital. Guallattione, ò corrottione totale d'un mēbro. Ger. Schwechung oder verenderung der feldgewächsen von hitz. Hisf. Aquella obra de asso pasmar. Pol. Vrodzaiow zarazenie. Vng. Ki aszasa el veszes. Ang. Blasting in trees with great heate.] Quod quoniam sideris alicujus afflatu fieri putatur, & præsertim caniculæ (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον vocat) factū est, ut hoc plantarū vitium Græci ἀστροβολισμὸν, nos siderationem dicamus. Plin. lib. 17. cap. 24: Sideratio tota è cœlo constat. Et paulò pòst: Proprium tamen siderationis est, sub ortu Canis siccitatū vapor, quum insitæ ac novellæ arbores moriuntur præcipuè ficus, ac vites. ¶ Quin & in animalibus sideratio dicitur: quum pars aliqua corporis pestifero sidere percussa subitò inarescit, ipsaque etiam ossa carie consumuntur. Quod morbi genus Galenus σφακελισμὸν appellat.

Sĭfĭlātōres, A veteribus dicebantur sibilatores: & sifilant, quod nos sibilare dicimus συρίζειν. Nonius.

Sĭgala, Genus frumenti, quod alio nomine Siligo dicitur. Hieron. in Ezech. Quam nos Viciam interpretati sumus, alii Avenā, alii Sigalam putāt. Secale Latiniùs pro eodē dici puto.

Sigillum, Sigillare, Vide SIGNVM.

Sigillātim, Vide SINGVLVS, adjectivum.

Sigma, [σίγμα. Germ. Ein Tafel oder Tisch daran sechs Personen mögen sitzen / gemacht wie der Griechisch buchstaben Σ.] Dictæ, sive stibadii, aut cœnationis genus erat, à Græcis (ut quidam volunt) elementi similitudine dictum. Lampridius in Heliogabalo, primus invenit sigma in terras sternere. Idem: Vt decem co sigma straverit, quō summos viros vocaret ad prandium.

Signīnum opus. [Ger. Ein werck von steingemäuer und scherben mit pflaster gemacht.] Quod fractis testis, addita calce confirmabatur. Col. lib. 15: Cujus solum terrenum priùs quàm cōsternatur, perfossum, & amurca recenti non salsa madefactum, velut signinum opus, paviculis condensatur.

Signum, ni, n. s. propriè est parva quædam nota, indicans rei cujus rei qualitatē, inquit Donatus, indiciū, nota. [אות oth. σημεῖον. Gall. Signe, marque, signet, enseigne. Ital. Segno. Germ. Ein zeichen / gemerck. Belg. Een teecken. Hisp. Sennal para sennalar algo. Pol. Znack. Vng. Iegy. Ang. A marke or token, a seale, a signe.] Terent. in Andr. Vide num ejus color pudoris signum usquā indicat? Ovid. 2. Metam. Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris. ¶ Signa ad salutem, pro signis quæ salutem demonstrant. Terent. in Andr. Adhuc Archillis quæ adsolent, quæq; oportet Signa ad salutem esse, omnia huic esse video. Virg. 3. Georg. Morborum quoq; te causas & signa docebo. ¶ Dare signum militibus, est pugnam ineundam significare. Terent. in Eunuch. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Liv. 2. ab Vrb. Sentere vigiles exercitus, signo dato concursum est ad arma. ¶ Item notæ quæ pecudibus inuruntur, signa dicuntur. Virg. 1. Georg. Aut pecori signū, aut numeros impressit acervis. ¶ Hinc duodecim illa sidera, quę in Zodiaco animaliū figuris imaginamur, signa dicūtur. Sunt enim notæ quædā, ad quæ naturā Solis referūt. Eorum nomina sunt, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. ¶ Item signū vexillum dicitur, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri consueverunt. [דגל dighel. σημαία, σημεῖον.] Lucan. lib. 1: infestisq; obvia signis, Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis. Plin. li. 7. cap. 25: Signis collatis quinquagies dimicavit. Liv. 3. bell. Maced. In eo prælio supra quadraginta millia hominū cæsa. Valerius Antias scribit, & quinquaginta septem signa militaria capta. ¶ Hinc Antesignani dicuntur, qui in acie ante signa constituuntur, de quibus egimus suo loco. ¶ Signa quoq; dicūtur sculptilia sive fusilia ad effigiem animalium fabricata. [פסילים pesilim. ἀγάλματα.] quemadmodum tabulæ, opera pictorū. Vnde signa & tabulas dicimus pro cęlatis operibus atq; pictis. Siquidem in tabulis antiqui pingebant, nō in parietibus. Tabulæ igitur picturæ sunt, signa verò statuæ. Vnde apud Salustium: Signa & tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim & publicè rapere: delubra spoliare. Cic. 3. in Verr. Delum venit, ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima atq; antiquissima, eaq; in onerariam suā navem conjicienda curavit. ¶ Pocula aspera signis, quæ etiam dicebantur sigillata: id est, signis decorata & ornata, qui mos fuit apud antiquos. Virg. 9. Aen. Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis Pocula, devicta genitor quę cepit Arisba. ¶ Signū etiam dicitur quo quid cōsignamus, vel obsignamus & notamus: quod sigillū dicitur. [חותם chothám חותמת chothémeth. σφραγίς.] Cic. pro Quintio: Tabulę maximè nobilium hominū signis cōsignantur. ¶ Dicitur & signū id quod pro tabernis suspendi solet. Quint. lib. 6. cap. 4: Tabernę aūt erant circa forū ad scutum signi gratia positum. ¶ Signum etiam dicitur miraculū, prodigium, ostentum vel augurium, & tanquam omen boni aliquid malive prænuntians. Cic. lib. 1. de Divin. Equus eius repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, objecto signo ut peritis videbatur, ne committeret prælium.

Sigillum, li, n. s. diminutivum est à signū. Parvum signū, parva statua. [חותם chothám חותמת chothémeth. σφραγίδιον, σφραγίς. Gall. Signet, marque, cachet, seau dequoy on seelle. Ital. Sigillo, bolla. Ger. Ein erhebt bildtin oder sigel. Hisp. Sello ò sortija para sellar. Pol.

Pol. *Pieczec, pynarzenie.* Vng. *Iegyetike, pecset.* Ang. *A seale or signet, a signe manuell.*] Cic. 6. Ver. Apposuit patellam in qua erāt sigilla egregia. ❡ Aliquando ponitur pro parva imaguncula qua literas obsignamus. Idem 1. Acad. Si in ejusmodi cera cēnum sigilla hoc annulo impressero.

Sigillātus, a, um, participium, Obsignatus. [חתום *chathum.* ἐσφραγισμένος. Gall. *Marqué, cacheté.* Ital. *Sigillato, bollato.* Ger. *Besiglet.* Hisp. *Sellado.* Pol. *Zapieczetowani.* Vng. *Be pecsételtetet.* Ang. *Sealed, marked.*] ut Literæ sigillatæ. ❡ Aliquando est nomen, & significat sigillis ornatus. Cic. 8. Verr. Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre.

Sigillo, as, act. p. Signum imprimo, sigillum alicui rei appono. [חתם *chatham.* σφραγίζω. Gall. *Marquer, cacheter, noter & fermer.* Ital. *Sigillare, bollare.* Ger. *Besiglen.* Hisp. *Sellar con sello.* Pol. *Pieczetuie.* Vn. *Beisetelem.* An. *To seale, to sette a mark on a thing.*] Hinc Sigillatæ dicuntur literæ: id est, clausæ & annulo impressæ. Propter quod veteres sigillare simpliciter pro claudere usurpabant. Varro: Contrà, lex nimis impia est, Ne filii patribus luce sigillent oculos.

Signācŭlum, n. f. Signum impressum. [σφραγίς Polon. *Znak, cecha.* Vngar. *Belyeg, egy jeleset.* Ang. *A seale.*] Vlpian. D. lib. 16. tit. 3. l. 1: Si pecunia sacculo signato deposita sit, si resignetur sigillis prius impressis, vel à prætore, vel ab his quibus cotam signacula remota sunt.

Signātè, adverbium, Significanter. [ἀξιομνημονεύτως. Vng. *Tulaydon ismeressel.*] Macrob. lib. 6. cap. 7: Quæ a veteribus, qui propriè & signatè loquuti sunt.

Sigillāris, adjectivum à sigillis deductum. [ἐσφραγισμένος. Gal. *De cachet, au marque & seau.* Ital. *Di sigillo.* Ger. *Der buchsiel.* Hispan. *De sello o fortua.* Polon. *Pieczetowi.* Vng. *Pecset metczesbe vals.* Ang. *Of a mark or seale.*] ut Ars sigillaris, ἀγαλματοποιία. Sigillaria opera: id est, parva signa sive imagunculæ ex metallo confecta. ἀγαλμάτια.

Signĭfer, ri, m. f. Qui signa fert: hoc est, vexillifer. [נושא *nosē*, σημειοφόρος. Gall. *Port' en seigne, qui porte marques & signes.* Ital. *Porta segno, banderale, signifero, alfiere.* Germ. *Ein Fendrich / der das Fänlein im krieg tregt.* Hispan. *Cosa que tiene à traie senna, alferez.* Pol. *Pochorazy.* Vng. *Zaslo tarto.* Ang. *A standerd bearer.*] Cic. 4. Verr. Sit in ejus exercitu signifer, &c. Idem 1. de Divin. Quo tempore quum signifer primi hastati signum non posset movere loco, &c. Ovid. 5. Fastor. Romanæque aquilæ signifer hostis erat. ❡ Signifer item dicitur circulus ille obliquus in quo duodecim signa sunt, qui Græcè ζῳδιακὸς appellatur, ab effigie animalium quæ in eo Astrologi imaginantur. Cicero 2. de Natura deorum: Infra autem hanc stella Mercurii est, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat. Plin. lib. 2. cap. 4: Adjuvat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, & per illas Solis cursus congruens tot seculis ratio.

Signĭfex, m. f. Qui facit signa: hoc est, statuas. [ἀγαλματοποιός. Gall. *Faiseur d'images & enseignes.* Ital. *Che fa insegne, ò statue.* Germ. *Ein Bildmacher / Bildschnitzer / Dockenmacher.* Hisp. *El que hace imagines è estatuas.* Pol. *Snicerz.* Vng. *Kep isinalo.* Ang. *A maker of images.*] Apul. lib. 2: Egregius ille signifex.

Signo, as, act. p. Signo imprimo. [חתם *chatham.* σημειόω, σφραγίζω. Gall. *Signer, marquer, monstrer par signe.* Ital. *Segnare, sigillare, bollare.* Ger. *Zeichnen.* Belg. *Zeeckenen.* Hisp. *Sennalar, firmar ò sellar scriptura.* Pol. *Znaczę.* Vngar. *Meg iedzem, belyegzem.* Ang. *To seale or mark.*] Virgil. 3. Georg. & summo vestigia pulvere signent. Vnde Signare epistolam dicimus, anulo signum imprimere: cui opponitur Resigno, quod est deleto signo aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus, & signata pecora, quæ signis notata sunt & quæ notam inustam habent. ❡ Interdū signare significat ostēdere, indicare signo. [הראה *hereāh* הודיע *hodhiah* הגיד *highghidh* חוה *chivvāh.* σημαίνειν. Pol. *Pokazuie.* Vngar. *Meg mutatom.*] Plaut in Cistel. cui hæc excidit cistella? recte, Eccam locum signat ubi ea excidit. Idē: Hic meretricem deperis, signat tamē se eam non amare. ❡ Interdum scribere. [חתם *chathāh.*] Colum. lib. 1. cap. 3. Huc pertinet præclara nostri poetæ sententia: laudato ingentia rura, Exiguum colito: quod vir eruditissimus (ut mea fert opinio) traditum vetus præceptum numeris signavit. Vnde & subsignare, subscribere dicimus. ὑποσημαίνειν. ❡ Accipitur etiam signare pro designare. Virgil. lib. 2. Georg. Quinetiam cœli regionem in cortice signant. ❡ Hujus composita sunt Assigno, Consigno, Circumsigno, Designo, Obsigno, Resigno, & Subsigno: quorum significata vide suis locis.

Signātus, a, um, aliquando participium est, idem significans quod insignitus: hoc est, quod signum habet impressum: ut Pecunia signata. [מסומן *mesumān* רשום *rashum.* σεσημειωμένος, σημειωμένος. Gall. *Signé, marqué, cacheté.* Ital. *Signato, bollato.* Ger. *Bezeichnet.* Hispan. *Sennalado, sellado.* Polon. *Naznaczoni.* Vngar. *Iegyes, meg iedzet.* Ang. *Sealed or marked.*] Cicero 6. Verrin. Argentum factum atque signatum. Virgil. 2. Georg. & admorso signata in stirpe cicatrix. Ovid. 2. de Arte amand. Aspice signatum sanguine pectus habet. ❡ Aliquando nomē est & tunc pro insigni aliquando captum à veteribus legitur, ἐπίσημος. Lucil. lib. 29, ut citat Nonius: Primùm Chrysidem negat signatam reddere.

Signatōres, m. t. Dicebantur qui aut testamētis aut causis sese subsignabant. [ἐπισφραγισταί. Gal. *Tesmoins qui signent au scellent.* Ital. *Testimoni chi segnano.* Germ. *Ein Besigler der Erbgemächten oder anderer händlen.* Hisp. *Testigos que signan à sellan.* Pol. *Pieczętarze.* Vng. *Pecsetlök.* Ang. *Witnesses that put to there seales.*] Salust. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis testes signatoresq; falsos commodare fidem, fortunas, pericula vilia habere. Sueton. in Tiberio, cap. 23. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi Senatorii ordinis. Iuven. Satyr. 10: veniet cum signatoribus auspex. Idem Sat. 1: Et multum referens de Mecœnate supino Signator.

Signatōrĭus, a, um, Quod signat seu quo ad signandum utimur: [σφραγιστικός. Gall. *Qui sert à seeler & cacheter.* Ital. *Cosa che segna, cosa da segnare.* German. *Mit dem man besiglet.* Hispan. *Cosa para signar ò sellar, cosa que senna.* Polon. *Pieczęć.* Vngar. *Pecsetlö.* Ang. *That serveth to seale with.*] ut Signatorius anulus. Valerius Maximus, ut anulo quo signatorio utebatur. Paulus Iureconsul. Anulus signatorius ornamenti appellatione non continetur.

Signĭfĭco, cas, pen. corr. act. p. Indico, notū facio, demonstro, ostendo. [הראה *hereāh* הודיע *hodhiah* הגיד *highghidh* חוה *chivvāh.* σημαίνω. Gall. *Signifier, faire signe, monstrer, donner à cognoistre & entendre.* Ital. *Significare, demonstrare, far sapere, far intendere.* Ger. *Ein zeichen geben / anzeigen.* Belg. *Zeeckenen gevm bes teeckenen.* Hisp. *Significar algo por sennales, demonstrar.* Pol. *Oznaimiam.* Vng. *Meg ielentem.* Ang. *To signifie, to shewe, to advertise.*] Plaut. in Trucul. Etenim sic istuc volo, ne inter vos significetis, &c. Cic. pro Rosc. Amer. Quid hęc tanta celeritas festinatioq; significat? Idem ad Att. lib. 1: Ac ne illud quidem mirere, cur quum ego antea tibi significarem per literas me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere.

Signĭfĭcans, tis, nomen ex participio, Apertus & evidens. [מודיע *modhiah* מראה *mareeh* מגיד *maghghidh* מחוה *mechavveh.* ἐμφαντικός. Gall. *Signifiant, monstrant bien ce qu'il veut dire.* Ital. *Significante.* Ger. *Deutlich.* Hisp. *Cosa que significa.* Polon. *Znaczący.* Vngar. *Nilvan valo.* Ang. *That sheweth or signifieth.*] Quintil. lib. 4. cap. 2: Verbis propriis & significantibus. Idem lib. 8. cap. 2: Quo nihil inveniri potest significantius.

Signĭfĭcanter. [ἐμφαντικῶς. Gall. *Clairement, ouvertement manifestement.* Ital. *Chiaramente, apertamente.* German. *Deutlich und verständtlich.* Hispan. *Significatiuamente, claramente.* Polon. *Znacząco.* Vngar. *Nilvan, vilagosan.* Ang. *Manifestly, clerely.*] & Significantius, ἐμφαντικώτερον: id est, expressè & expressius, & quod vulgus dicit intelligibiliter, notabiliter. Quintil. lib. 6. cap. 3: Non parum significanter etiam illa in schola τῶν dicebimus. Quintil. lib. 3. cap. 6: Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantiùs conor.

Signĭfĭcātĭo, onis, verbale, f. t. Indicatio, indicium. [אחוה *achvāh.* ἐπισημασία. Gall. *Signification, demonstrance, apparence.* Ital. *Significatione, avertimento.* Germ. *Ein anzeigung / bedeutung.* Hisp. *Aquella obra de significar ò demonstrar.* Pol. *Znaczenie.* Vng. *Meg ielenteet.* Ang. *A shewing or declaring.*] Cicero. Heu quæ significatio doloris. Idem de Amicitia: Quum autem contrahat virtus amicitiam, ut suprà dixi, si qua significatio virtutis eluceat ad quam se similis animus applicet, & adjungat. Id quorum contigerit, amor exoriatur necesse est. Ibidem: Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi & benevolentiæ charitatem facta significatione probitatis. Cæsar lib. 6. bel. Gal. Monet ut ignes fieri in castris prohibeat, ne qua ejus adventus procul significatio fiat.

Signĭfĭcātus, us, ui, m. q. Significatio. [אחוה *achvāh.*] Plin. libr. 18. cap. 25: Ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem lib. 2. cap. 25: Acontiæ jaculi modo vibrantur ocyssimo significatu.

Signĭfĭcantĭa, æ, f. p. Significatio. [ἐμφασία. Polon. *Znaczenie.* Vngar. *Ieletes.*] Fabius Victorinus in 1. Rhetoricor. Cicer. Alia nominis significantia talis est.

Signĭfĭcātīvus. [σημαντικός. Vng. *Ieletö.*] Caius D. de verborū significatione. Hæc enuntiatio, Quæ sunt pluris aureorū 30. simul & quantitatis & æstimationis significativa est.

Signĭfĭcus. [σημαντικός. Pol. *Ten ktory cyni znaki.* Vngar. *Kep, abrazat, farago.*] Qui signa facit, ut statuarius. Apuleius de Deo Socratis: Nescio ut Hismenias tibiis canere, aut Apelles pingere, ut Lysippus fingere, sed non pudet me me non esse significum.

Sĭl, silis, n. t. [Ger. *Ein gattung gäls leimechtigs Erdtrichs / so man in Goldgruben und Silbergruben sind / Ochragelb.*] Genus pigmenti luteum colorem quemadmodum ochra reddens: invenitur q; ceu limus quidam in argenti & auri fodinis, quemadmodum etiam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

etiam id aliud pigmentum quod cæruleum à colore dicitur. Vide Plin.lib.34. cap. 12. Ausonius in Monosyl. Sitne peregrini vox nominis, aut Latii sil?

Silaceus color, Luteus ex sile cōpositus. Vide Plin.lib.37.c.7.

Silatum antiqui (inquit Festus) dicebant, quod nunc *jentaculum* dicimus, eò quòd tum jejuni vinum sili herba conditum absorbebant.

Silaus, ut nonnulli legunt apud Plin.lib.26.cap.8: Herba est in perennibus & glareosis rivis nascens apii similitudine. Hermolaus tamē in castigationibus Plinianis exemplaria corrupta asserit, contenditque laver esse legendum: sumitq; laver pro ea herba quam vulgus *Crescionem* vocat.

Sile, is, Herba quam alio nomine seselim, σέσελι vocant. [Pol. *Smľod czarny*.] cujus vel radice, vel semine vinum condiebant, quod ante meridiem sumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixēre, quod nunc *jentaculum* dicimus. Fest. Dioscorid. lib. 3. cap. 58.

Sileo, es, ui, n. f. Taceo, conticeo: [דם *dam* דמה *damáh* חשה *chaschâh* חרש *charásch* שקט *schakat*. σιγάω. Gall. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy*. Ital. *Tacere*. Germ. Still schweigen. Belg. Stilswyghen Hisp. *Callar*. Pol. *Milczę*. Vng *Halgatok*. Ang. *To keep silence, to be still*.] quanvis hæc ita inter se differre velit Servius, ut Silere dicatur qui nondum cœpit loqui: tacere, qui jam cœpit. Quæ differentia si vera est, falsi sunt qui dicunt silere factitium verbum esse, s litera quæ silentii nota est: quoniam in ludis literariis publicisque conventibus dum volūt silentium indicere, s literam quasi sibilando pronuntiant. Cornel. Fronto, Servio etiam scribit cōtrarium. Tacet, *inquit*, qui nec loqui quidem cœpit. Silet verò cujus oratio comprimitur ab ipsa significatione, S. Jungitur aliquando accusativo. Cicero Attico lib. 2: Hæc tu silebis. Frequentiùs ablativo cum præpositione de. Cicero sexta Verrina: Me non solùm de vestris monimentis silere oportebit, sed etiam lætari, P. Africani ejusmodi esse fortunas mortui, ut ejus honore, *&c.* Passivum habet. Plin.lib.12.cap.1: Nullum sileatur rerum naturæ opus. Idem lib.16.cap.21: Idque mirum est Græcis autoribus proditum, apud nos postea sileri. Silent Musę Varronis, dixit Cic. 4. Acad. id est, Varro nihil scribit, nihil edit.

Silens, participium. [חשה *chascheh* מחריש *macharisch* שקט *schokêt*. ὁ σιγῶν, ὁ σιωπῶν. Gall. *Qui se taist, qui est à recoy*. Ital. *Che tace* Ger. Stillschweigend. Hisp. *Que calla*. Polon. *Milczący*. Vngar. *Halgato, tsendes*. Angl. *That is still and keepeth silence*.] Quod aliquando fit nomen ex participio. Vnde Silens cœlū pro tempore sereno & tranquillo. Plin.lib. 18. cap. 28: Alia sunt illa quæ silente cœlo serenisq; noctibus fiunt, nullo sentiente nisi quum facta sunt. ¶ Silens flos, qui nō amplius crescit & quōdmodo declinat. ¶ Silens luna dicitur quando fit conjunctio ejus cum sole, quod contingit ipso die novilunii. Plin. libr. 16 cap. 39: Inter omnes verò convenit utilissimè in coitu ejus sterni, quem diem alii interlunium: alii silentis lunę appellant. Col.lib. 2. cap. 10: Silente luna fabam vellito ante lucem. ¶ Silentes surculi, silentes vineæ: id est, nōdum germinantes. Col. lib. 11. cap. 2: Surculi quoq; silentes ad insitionē nunc præcipuè utiliterque leguntur. Col. lib. 4. cap. 27: Fossor protinus adhuc silentibus vineis inducendus est: id est, nondum gemmātibus. ¶ Silentes pro mortuis. Ovid. 5. Fast. Mox etiam Lemures animas dixēre silentum: id est, mortuorum. Virg. lib. 6. Aen. Quæsitor Minos urnam movet, ille silentum Conciliumq; vocat, vitasq; & crimina discit.

Silentium, tii, n. f. Taciturnitas. [דממה *demamâh* חרשית *chêresch* שקט *schêket*. σιγή, σιωπή. Gall. *Silence, taciturnité*. Ital. *Silentio, il tacere, taciturnità*. Germ. Stillschweigung. Belg. Stilswyghinge. Hisp. *Silentio ò obra de callar*. Pol. *Milczenie cichość*. Vng. *Halgatás, tsendesség*. Ang. *Silence*.] Plin.lib.10.cap.69: Silentium in mari piscantibus obstat. ¶ Silentium agere de re aliqua, est illam tacere. Quintil.lib.10.cap.1: Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tantùm Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum convivebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & Philosophos, & Poetas persequi velim? ¶ Silentium est de aliqua re: id est, de re illa nihil dicitur. Cic. ad Att. lib. 5: De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil cōqueri. ¶ Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quintil. libr. 10 cap. 3: Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate. ¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret, ut ait Cic. lib. 2. de Divin. ¶ Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alii concubium, alii conticinium vocant. Liv. 5. ab Vrb. Supra ædem Vestæ vocem noctis silentio audisse clariorem humana.

Silentiarii, m. f. [Pol. *Secretarz*.] Dicti sunt, quorum ministerio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palatii pertinebant. Accursius Silentiarios dici putat, quos vulgò *Secretarios* appellamus. Sic enim ait Iustinianus C. de Silentiariis: Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari facimus. Procopius lib. 2. belli Pers. Romani, *inquit*, ad ea quæ quietis sunt in palatio, ministrum silentiarium vocant.

Silesco, is, n. t. Tacitus, seu quietus fio. [דם *dam* דמה *damâh* חשה *chaschâh* חרש *charásch* שקט *schakát*. σιγάω, ἡσυχάζω. Gall. *Se taire, ne dire mot, se tenir coy*. Ital. *Tacere, acquetarsi*. Ger. Still vnd rüwig werden. Hisp. *Callar*. Pol. *Zamilczam*. Vngar. *Ls tsendesedem, halgatova lezek*. Ang. *To be still or to keep silence*.] Terent. in Adelph. Quid ego nunc agam, nisi dum hæ silescūt turbæ, interea in angulum aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi? Virgil. 10. Aen. Tum pater omnipotens rerum cui summa potestas, Infit: eo dicente, deūm domus alta silescit: Et tremefacta solo tellus; silet arduus æther. Furor cœli silescit, Catul. Epigr. 43.

Siler, n. t. [German. Wasserweyd. Pol. *Smľod*. Ang. *An osier tree*.] Frutex nonnunquam arborescens, adeò ut baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cujus etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditq; non esse id, quod seseli Massiliense officinæ, & siler montanum appellant. Virgil. libr. 2. Georg. Nanque aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ Sponte sua veniunt, camposque & flumina latè Curva tenent, ut molle siler, lentæque genistæ.

Silex, cis, m. t. Lapis durus, ex quo ignis excuti solet: unde & nomen habet, quòd ignis ex eo saliat: vel quòd silentem intra se ignem habeat, qui attritu aut percussu excitetur. [חלמיש *challamisch*. πυρίτης. Gall. *Vn caillou, pierre à feu*. Ital. *Pietra, battifoco*. Ger. Ein kißling. Hisp. *El pedernal, ò piedra dura*. Polon. *Krzemień*. Vng. *Kova*. Ang. *A flint stone*.] Virg. 1. Aen. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis. Idem 1. Georg. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Ovid. 7. Metam. Aut ubi terrena silices fornace soluti, *&c.* ¶ Accipitur nonnunquam latiùs silicis appellatio, ut etiam de petris & marmoribus dicatur. Plin. lib. 36. cap. 22. Idem Varro Lunensem silicem serra secari tradit. Virg. lib. 8. Aen. Stabat acuta silex, præcisis undique saxis. ¶ Est autem hoc nomen tām masc. quàm fœm. gen. Lucret. libr. 1: Vnde queant validi silices ferrumque creari. Virgil. 1. Eclog. Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit. ¶ Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaq; precabantur: Si sciens fallo, qui me despicit, salva urbe, arceque, is me ejiciat, ut hunc ego lapidem.

Siliceus, a, um, Quod ex silice. [ὁ λίθινος, πυρίτης. Gall. *De caillou, de pierre à feu*. Ital. *Di pietra foccaia*. Germ. Kißlingin oder kißling stein. Hisp. *De pedernal*. Pol. *Krzemienisty*. Vng. *Kovaköböl valo*. Ang. *Of flint*.] Cato cap. 18: Inibi lapides siliceos in totum forum statuito, *&c.*

Silicernium, nii, n. t. Variè exponi solet. Scribit Nonius esse funebre convivium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cujus nomine instituebatur ea res, is jam silentium cerneret. Cælius: Credidi mi silicernium ejus esse esurum. Donatus inquit esse cœnam, quæ infertur diis manibus, vel quòd eam silentes cernant umbræ: id est, umbræ possideant: vel quòd qui hæc inferunt, cernant, neque degustent. Nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestatur. Hinc Terent. in Adelph. appellat senem silicernium, qui jam jam silentibus cernendus sit. Alii silicernium nomen fictum à Terentio existimarunt pro sene, quòd incurvitate silices spectet. Ab hoc convivio abeuntes, veluti se ampliùs non visuri, mutuò se salutabant. Varro: Funus executi, laute ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus. Id est, convivium, a quo pransi discedentes dicimus aliis alii, Vale. Silicernium ergo Terentius senem vocat, atq; decrepitum: id est, dignum vel cui silicerniū fiat, vel qui ad silicerniū vocetur, περιδειπνον.

Silicia, sive Silicula. [τῆλις. German. Benogreten. Pol. *Kozieradka*.] Dioscoridi, Herba quæ alio nomine fœnum Græcū, à Theophrasto buceras vocatur, ab aliis ægoceras nuncupatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 19.

Siligo, inis, f. t. Frumenti species est, quæ Gallis olim *arinca* dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis. [σιλίγνις, σεμίδαλις. Gall. *Certaine espece de froment blanc & menu & fort delicat*. Ital. *Frumento bianco, minuto, in che non è segala*. Ger. Rockenweiß Wegentein Hisp. *El trigo candial*. Polon. *Zboże, żyto*. Vng. *Ka...* Ang. *A kind of small and fine wheat*.] Plin. lib. 18. cap. 10. Siligo nunquam maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem iis quæ maturuēre, protinus granum dimittentibus: sed minùs quàm cætera frumēta in stipula periclitatur, quoniam semper habet rectam spicam, nec rorem continet qui rubiginem faciat. Idem lib. 18. cap. 8.

cap.8: E siligine laudatissimus panis, pistrinarúmq; opera laudatissima, præcellit in Italia. Colum.lib.2: Omne triticum solo uliginoso post tertiam arationē convertitur in siligine. Plin. eodem lib.cap.8: Siliginē propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, cōveniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ comatę. Sed & trans Alpes in Allobrogū tantùm, Arvernorumq; agro pertinax: in cęteris verò partibus biennio in triticū transit. Ex his omnibus satis constat siliginem tritici genus esse, quod jam aliquot sationibus in aliam speciem degeneravit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterùm gustui non injucundiorem.

Silīgĭnĕus, a, um, Quod est ex siligine: ut panis siligineus: [σιλιγνίτης. Gal. *Fait de froment blanc.* Ital. *Fatto di tale formento.* Ger. Das auß Rocken oder Weitzen gemacht ist. Hisp. *Hecho de aquel trigo candial ò flor de harina.* Pol. *Rzani.* Vng. *Rozbol valo.* Ang. *Made of fine wheate.*] quem Seneca commendat his verbis: Malum panem, *inquit*: Expecta, bonus fiet, & jam illum tenerum tibi & siligineum fames reddet.

Silīgĭnārĭus, ii, m.f. Siliginis vēditor vel distributor. [ὁ σιλιγνοπώλης, ὁ ἀρτοπώλης. Gall. *Vendeur de ce froment blanc.* Ital. *Venditore di simil formēto.* Ger. Ein Kornverkauffer/oder Kornbeck. Hisp. *Vendedor de aquel trigo candial.* Pol. *Przekupien zyta.* Vng. *Kos arus.* Ang. *That selleth fine wheate.*]

Sĭlĭquă, pen. cor. f.p. Folliculus, seu integumentum, cui grana leguminū includuntur, & si quid leguminibus est simile. [לוּב *lob*. λοβός, κεράτιον. Gall. *L'escosse ou gousse de febues, pois & semblables.* Ital. *Tega, teca, tiga, tanella, scorza.* Ger. Die hülsen oder täsch darin das gemüß wachßt. Bel. Huyse. Hisp. *Hollejo de qualquiera legumbre.* Pol. *Ostrchi, s' mka zyta.* Vng. *Vetemeni magoknak az tokia.* Ang. *The huske or codde of beanes peasons or such like.*] Virg. lib.1. Georgicōn: Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Plin.lib.18. de fabis loquens ait: Nam siliquæ caulésq; gratissimi sunt pabulo pecori. ¶ Item siliqua, κεράτιον, sive siliqua Græca, fructus est arboris, quę à Galeno κερατωνία appellatur, siliquis tectus falcatis humani digiti longitudine, usq; prædulcibus, & ob id in cibis expetitis, quum semē propter amaritudinem negligatur. Vide Plin.lib.15.cap.24. Horat.2. Epist. 1. vivit siliquis, & pane secundo. Colum.lib.5.cap.10: Siliquā Græcam, quā quidā ceration vocant, & persicū ante brumam per autumnū serito. ¶ Est & alia arbor, siliqua dicta, in Syria nascens, quā Iones *ceraunium* appellant, omnino diversa à siliqua Græca, de qua vide Plin. lib.13.cap.8. ¶ Est etiam siliqua minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis *Ceration* appellatur, scrupuli sextam partem, drachmę verò decimam octavam conficiens. Sex itaq; siliquæ conficiunt scrupulū. Scrupula aūt tria, sive octodecim siliquæ, explent drachmam. Sextula autem sexta pars unciæ est, unde & nomen habet: continetq; scrupula IIII, sive siliquas XXIIII. Continet itaq; sextula drachmam unam, & tertiam ejus partem. Drachma Græcum nomē est, Latinoq; vocabulo Denarius dicitur, ut Budæus non uno loco prodidit: quanvis Agricola hoc putet interesse inter denarium & drachmam, ut septem denarii octo drachmas, sive unciam expleant. Supra sextulam, semūciam legimus, dimidium unciæ continentem. Vncia ab uno denominatur, quòd ex duodecim ea una est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidē denariis, ut putavit Budæus: quamvis ut suprà diximus, Agricola ex septē denariis, qui octo drachmis respondebant, unciam cōstare asseruit. Vnciæ duę Sextans, quasi sexta pars assis, nuncupatur. *comparatur.* Quadrans, quarta pars: Triens, tertia pars: Semis, unciæ sex, quasi semias: Septunx, unciæ septem: Bes, unciæ octo: Dodrans, unciæ novem: Dextans, unciæ decem: Deunx, unciæ undecim. Inde as, ex duodecim unciis constans, quæ & libra dicitur: minorq; est quàm mina Attica quatuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quum Attica mina ex centū drachmis constet. Ex duobus assibus cōficitur Dupondius: ita dictus quòd sit duo tum pondo. Vltra dupondium est sestertius, qui ex duabus libris & semisse cōstat, quasi semistertius, de quo vide suo loco. Quod enim fiebat ex duobus assibus, & tertio semisse, *Sestertium* veteres vocaverunt. Supra Sestertiū, tressis, à tribus assibus. Octussis quoq; ac nonussis, decussisq; reperitur, octo, novē, ac decē asses. Decussem verò denariū à decem assibus nominaverunt. A' duobus deinde decussibus, vicessis: id est, viginti asses. A' tribus, tricessis, triginta asses. A' centū, centussis, centum asses: qui erant breves ex ære numi. Supra centussem majus æris vocabulum non habemus.

Sĭlĭquŏr, aris, Siliquas facio: hoc est, siliquis tegor, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. [λοβίζω. Gall. *Venir en escosse ou gousse.* Ital. *Far tega ò tanella.* Ger. Hülsen oder täsch gewinnen. Hisp. *Echar hollejo la legumbre.* Pol. *L'uskami obrástam.* Vng. *Tokosodom.* Ang. *To growe to a huske or codde.*] Plin lib.17. cap.9: Inter omnes autē constat, nihil esse utilius lupini segete, priusquàm siliquetur aratro vel bidentibus versa. Idem lib.18.cap.7: Siliquātur verò omnia diversis diebus, & ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Sĭlĭquastrum, n.s. Herba hortensis, quæ alio nomine πιπερῖτις nominatur, cujus meminit Plin.lib.19.cap.12. [Gall. *Herbe de coq, ou de la poiurette.* Ital. *Herba di gallo.* Ger. Heydnisch wüdkraut/Hanenfuß/ein kraut. Hisp. *Pimiento ò pebre de Hispania.*]

Sillŏgrăphus, σιλλογράφος, Sillorū scriptor: qualis fuit Timon ille Phliasius, qui librū quendam convitiorū, & irrisionis plenum, quem in Philosophos edidit, Sillos inscripsit: quo nomine Græci maledicta, & irrisiones intelligunt.

Sīlo, m.t. Qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quē hirsutis superciliis fuisse tradunt. [חָרֻם *charum* σιμός. Gall. *Camus, qui a le nez trochu contremont.* Ital. *Chi a le ciglie alte.* Ger. Der grosse augbrawen hat/oder ein übersich gebogne naß. Hisp. *Hombre de nariz romo.* Pol. *Ten ktori kosmate brwima, albo nos ku gorze nakrzywiony.* Vng. *Borzas, kin velö Zemöldekme.* Ang. *He that hath a camoised or flatt nose, turned vpward lyk a thesing horne.*] Autor Nonius, citans locum Varronis, ex Satyra, cui titulum fecit, γνῶθι σεαυτόν, Nónne unum scribis esse grandibus superciliis silonem quadratum? Plin. tamen lib.11. cap.37, non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naso. Altior (*inquit*) homini tantùm, quem novit mores subdolæ irrisioni dicavēre, nasus. Non alii animalium nares eminent. Avibus, serpentibus, piscibus foramina tantùm ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Hæc Plinius.

Silphĭŏn, σίλφιον, Idem quod laserpitium, cujus succum laser appellari suprà suo loco ostendimus. Vide Plin. lib.19.cap.3. & lib 22.cap.23.

Sĭlūrus, pen. prod. [σίλουρος. Ger. Ein grosser fisch/den etlich für ein Rheinfisch oder ein Welsch halten.] (si credimus Theodoro) piscis prægrandis, fluviatilis pariter ac marinus, præcipua autē magnitudine in Nilo & Gange, carne prædulci, nullis ossibus aut spinis intersitis: rostro autem caudáq; delphino similis. Paulus Iovius in eo libello, quem de piscibus Romanis conscripsit, eum conjicit esse, quem hodie *sturionem* vocamus.

Sīlus. [חָרֻם *charum*. Ger. Ein tumpfnaß Pol. *Krzywonos.*] Nasum habens sursum versus aduncum. Vnde galeæ quoq; à similitudine, silæ appellatæ sunt. Cic.1. de Nat. deor. Ecquos Silos, Flaccos, Frontones, Capitones, *&c.*

Sĭmbellă, læ, Quasi semilibella: hoc est, dimidia libella. Est prętera Simbella, instrumentū parvum quo singuli numi ponderantur. Sipont.

Sĭmĭă, & Simii, Hominū figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Lybia nascuntur: dictæ quòd simæ sint: id est, naribus depressis: vel quasi mimæ: hoc est, imitatrices, [קוֹפִים *kophim* שְׁמָמִית *semamith*. πίθηκοι. Gal. *Singes, guenons.* Ital. *Simie, bertuche.* Ger. Affen. Hisp. *Monas, ximios, ò monos.* Pol. *Koczkodam, mal pa.* Vng. *Maiam.* Ang. *Apes.*] Martialis lib.14: Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plin.lib.8.cap.54. ¶ Simia per translationem dicitur, qui ridiculè & stultè alium imitatur. Plin. Epist.5: In quo rusticum insectatur, atq; etiam Stoicorum simiam appellat.

Sĭmĭŏlus, diminutivum, Qui utcunq; alterum imitatur. [πιθήκιον. Gall. *Petit singe, singereau.* Ital. *Picciola simiola.* Ger. Ein äffkin. Hisp. *Pequeño ximio ò mono.* Pol. *Koczkodanik.* Vng. *Maimocska.* Ang. *A litle ape, he that somewhat imitateth a man.*] Cic. ad Mart. lib.7: Hic simiolus animi causa me, in quem inveheretur, delegerat.

Sĭmĭlă, læ, pen. cor. f.p. Medulla farinæ triticeę: hoc est, ea pars quæ media est inter pollinē & secundariū potissimā nutriendi vim habens. [סֹלֶת *soleth*. σεμίδαλις. Gall. *La pure farine de froument, la fleur de farine, fermonle.* Ital. *Amito, amido, pura farina di formento.* Ger. Semmelmäl/griesmäl/das zartist vnd reinist mäl. Bel. Semelmeel/de bloeme van den meele. Hisp. *Semola ò acemite, la flor de harina.* Pol. *Sémiatl a maká.* Vng. *Az liztnek az belé, az zobbik resze.* Ang. *Fine floure of wheate.*] Sūt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria sive cibarium, & furfures. Eadem & similago dicitur. Plin.lib.18.cap.10: Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo justū est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinq;: ita enim appellāt in tritico, quod florē in siligine. Prætera secundarii sextarios quatuor, furfurumq; tantūdem. Mart.lib.13: Nec dotes poteris similæ numerare nec usus.

Sĭmĭlāgo, pen. prod. Simila. [Pol. *Zemľ a tararcząch.*] Plin.lib. 18.cap.10: Simila ex tritico fit laudatissima.

Sĭmĭlāgĭnĕus, adject. ut similagineus panis. [σεμιδαλίτης ἄρτος. Gall. *Pain de fleur de farine.* Ital. *Pan di fior di farina.* Ger. Auß semmelmäl. Hisp. *Pan de flor de harina.* Pol. *Z śmiatl a maki vezniony.* Vng. *Lazbbl. fwelt.* Ang. *Bread of fine floure.*] Senec.Epistol.119.

Sĭmĭlis, le, om.t. Aequalis, par. [דוֹמֶה *domeh* בְּשׁוּוָה *bishvah*, ὅμοιος, ἐμφερής. Gall. *Semblable, pareil, resemblant.* Ital. *Simile, assomigliante.* Ger. Gleich oder gleichförmig. Bel. Ghelijc. Hisp. *Cosa semejante.* Pol. *Podobny.* Vn. *Hasonlatos, egy aranı.* An. *Lik.*]

Construiturq; indifferenter cum genitivo aut dativo. Solet tamen ita distingui, ut quoties ad morum vel doctrinæ, vel hujusmodi imitationem refertur, genitivo jungeretur. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2. similesq; meorum Mille die versus describi posse. Trebatius Ciceroni: Vt aliquorum similes in dicendo valeamus esse. ¶ Quando verò vel in forma vel in ætate, vel in fortunis, aut aliis hujusmodi rebus similitudo est, cum dativo. Virgil. libro 1. Aeneid. Os humerosque Deo similis. Plinius: Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud autores hæc differentia: nam utrunq; indifferenter reperitur. Cic. Ver. 4: Si aliqua in re Verri similis fuero. Idem lib. 5. de Fin. Non video cur nõn potuerit patri similis esse filius. Liv. lib. 1. ab Vrb. Fratri similior quàm patri. Quibus in locis de moribus, non de figura sermo est. ¶ Hinc Similior & simillimus. Cic. pro M. Marcello: Hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. Plaut. Asinar. Hic noster quæstus aucupii simillimus. Virgil. 6. Aeneid. -pressitq; jacentem Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti. Ovid. lib. 4. Metamor. -violæq; simillimus ora Flos tegit. Plin. lib. 12. cap. 17: Mastiche tertia in Ponto bituminis similior.

Simĭlĭtĕr, adverb. Aequaliter, pariter. [כן גם gham chen. ὁμοίως. Gall. *Semblablement.* Ital. *Similmente.* Ger. Gleicher/gu gleicher weiß. Hisp. *Semejantemente.* Pol. *Podobnie, rownie.* Vng. *Hason latoson, azon keppen.* Ang. *Likewise, after the same fashion.*] ad Herennium lib. 4: Similiter cadens exornatio dicitur, &c. Similimè, superlativum. Cic. 2. Tusc. Simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. Idem pro Lege Agrar. Hic tamen excipit Pompeium simillimè, ut mihi videtur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur. ¶ Similis, & similiter nonnunquam in prima orationis parte ponuntur, pro ita, sequente in secunda Vt, vel Ac, aut Atque pro Vt. Colum. lib. 5: Cætera simili ratione atq; in arbusto Italico administrantur. Livius: Similem pavorem, inde, fugamq; fore, ac bello Gallico fuerat. Cic. de Senect. Similes sunt ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Idem de Nat. deor. Similiter facis ac si me roges, &c. Idem Philip. 1: Neque verò illum similiter atq; ipse eram, commotum esse vidi. Idem de Offic. Similiter eos facere, qui inter se contenderent, uter Remp. potiùs administraret, ut si nautæ inter se certarent, quis eorū potissimùm gubernaret. ¶ Similes inter se: id est, sibi invicem similes. Cic. pro Cluent. Homines inter se cùm forma, tùm moribus similes.

Sĭmĭlĭtudo, inis, f. t. Aequalitas. [דמות demúth דמיון dimjón שוה semél. ὁμοιότης. Gall. *Semblance, similitude.* Ital. *Similitudine, imagine, forma.* Ger. Gleichheit/gleichförmigkeit. Bel. Ghelijckheyt/ ghelijckenisse. Hisp. *La vna y otra semejança, imagen.* Pol. *Podobienstwo.* Vng. *Hasonlatossag.* Ang. *Likenesse.*] Cic. lib. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum: in quibus enim eadem studia sunt, eædem voluntates: in iis fit, ut æquè quisq; altero delectetur, ac seipso. Liv. lib. 5. bel. Pun. Gracchus fraudem & sermoni, & rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatur. Ejus contrarium est Dissimilitudo. Cicer. in Lælio: Dispares mores, dispares studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Sĭmĭlĭtas, atis, f. t. Antiquitus in usu erat pro similitudine. [דמות demúth דמיון dimjón שוה semél. ὁμοιότης.] Cælius apud Nonium, vide quid ferat morum similitas.

Sĭmĭlo, las, Refero, repræsento: exigitq; accusativum. [דמה dimmáh. ὁμοιόω. Gall. *Resembler.* Ital. *Somigliare.* Ger. Gleich sein. Bel. Ghelijcken. Hisp. *Semejar.* Pol. *Podobnie sie stam.* Vng. *Abrazatiat viselem.* Ang. *To represent or resemble.*] Mart. Quæ sint crura tibi, simulent quæ cornua Lunæ. ¶ Hinc componitur assimilo, de quo supra suo loco.

Sĭmĭtu. Antiqui utebantur pro simul: quod & Nonius annotavit. [יחד iachadh. ἅμα. Gall. *Ensemble.* Ital. *Insieme.* Ger. Mitteinander/eins mahls. Hisp. *Iuntamente.* Pol. *Spol'em.* Vng. *Egyetemlegesmod.* Ang. *Together.*] Plaut. in Mercat. Ita tres simitu res agendæ sunt. Idem in Amph. Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuum.

Sĭmōnes. [חרומים charumim. σιμώτες. Pol. *Plaskonosi.* Ang. *Flatt nozed.*] Iidem qui simi: hoc est, qui nares habent pressas.

Sĭmōnĭa, vulgò dicunt à Simone Mago, quam Latini ambitum vocant, quum quis Ecclesiasticas functiones, quæ mera Dei dona sunt, pecunia nundinatur.

Sĭmplex, cis, om. t. cui opponitur Cōcretus. Philosophis propriè appellatur quod nullo modo compositum est: quemadmodum elementa quatuor, quæ sola, si rationem cōsulamus, sunt simplicia. [ἁπλοῦς. Gal. *Simple, pur, sangle, qui n'est point double.* Ital. *Simplice, semplice, puro.* Ger. Einfeltig/Nicht auß viel dingen zusammen gesetzet/einfach. Bel. Eenvuudich/slecht. Hisp. *Cosa senzilla & sin doblez.* Pol. *Nie pod'ssyti, niezlozeni.* Vng. *Egyes, & Zinte mahol nem egyeteb.* Ang. *Single or simple.*] ¶ Aliquando tamen in simplicibus discernendis à compositis, sensum, non rationem judicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes similares: item plantas omnes simplices dicimus, propterea quòd sensus in iis compositionem nullam possit deprehendere. ¶ Argumentum simplex, quod in plures partes non est divisum. Terent. Prolog. Heaut. Duplex quæ ex argumēto facta est simplici. ¶ Aliquando ponitur pro vero, & sincero, sicut è contrariò, duplex pro fallaci & vafro. [תם pethí. ἄκακος, ἀπανοῦργος. Pol. *Szczery, nie obl'udni.* Vng. *Egyenes.*] Matius Cic. lib. 11: Trebatio nostro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum simplicem, atque amicum aperuit. Horat. Et cursus duplicis per mare Vlyssei. ¶ Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum habens. Cic. 4. Acad. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec magnopere contenderem. Anni simplices: id est, rudes, & doli nondum capaces, cujusmodi sunt in pueritia, aut prima adolescentia, in quibus etiam simplex toga, & pura, quæ prætexta dicebatur, sumi solebat. Mart. lib. 10: Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis, Et prætextata cultus amicitia. ¶ Simplex cibus, Purus, nõ affectatus, aut aliquo condimento corruptus, vel compositus. ἀποίκιλος τροφή. Plin. lib. 11. cap. 53: Homini cibus utilissimus simplex. Condimentum orationis simplex, Quint. libro 6. capite 3.

Sĭmplĭcissĭmus, [ἁπλούστατος. Pol. *Szczery, prostak.* Vng. *Igen egyes igen egyenes.*] Senec. 2. de ira: Simplicissimi omnium habentur iracundi.

Sĭmplĭcĭtas, atis, f. t. [פתיות pethajúth. ἀπλότης, εὐήθεια. Gall. *Simplicité, simplesse.* Ital. *Simplicità.* Ger. Einfaltigkeit/faltigkeit. Hisp. *Simplicidad.* Pol. *Szczerosc.* Vng. *Egyenesseg, együgyüseg.* Ang. *Simplicitie, plainesse, singlenesse.*] Martial. lib. 10: Vitā quæ faciunt beatiorem, Iucundissime Martialis hæc sunt: Res non parta labore, sed relicta: Non ingratus ager, focus perēnis, Prudens simplicitas, pares amici. Ovid. 3. de Arte: Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma est, Et magnas domiti possidet orbis opes. Quint. lib. 5. cap. 7: In paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest.

Sĭmplĭcĭtĕr, adverbium, Purè, apertè. [ἁπλῶς. Gall. *Simplement, rondement, sans feintise, à la bonne foy.* Ital. *Semplicemente, sinceramente.* Ger. Einfeltiglich/schlechtlich/rund herauß. Hisp. *Simple y senzillamente.* Pol. *Po prostu, oth wierszcie.* Vng. *Tisztan, nilvan.* Ang. *Plainelie, simply, singly.*] Plin. Epist. 98: Amicè, & simpliciter reprehenderunt. ¶ Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere deflectere. Plin. lib. 8. cap. 4: Elephas homine obvio fortè in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidusq; etiam demonstrare viam traditur. Quint. lib. 2. cap. 12: Præterea secundum aliam ætatis illius facilitatem, velutim plicius docentes sequuntur.

Sĭmplĭcissĭmè. [Pol. *Szczerze.* Vng. *Igen egyenesen, együgyüen, alazatossan, es gyerbn, egyaltalyaba.*] Cornel. Tacitus lib. 17: Ego ac tu simplicissimè inter nos hodie loquimur.

Sĭmplĭcĭtus, veteres pro simpliciter utebantur. Plaut in Merc. Vt simplicitus dicā. Sic enim legit Nonius: nequa fortè studiis librariorum incuria Simplicitus pro Simplicius irrepsisse suspicetur.

Sĭmplus, nomen numerale, Vnicum, & minimè multiplex. [ἁπλοῦς. Gall. *Simple, sangle, qui n'est point double.* Ital. *Simplo.* Ger. Einzig / einest auß viel. Hisp. *El tanto en cosa singula simple.* Pol. *Iednaki.* Vng. *Egyes.* Ang. *Single, one only.*] Plaut. in Most. Simpla est habitatio. Idem Pœn. Liceat simplum solvere. Sic duplus, bis tantum. Triplus, ter tantum, & hujusmodi.

Sĭmplārĭus, adjectivum à simplo, sive simplici deductū, cujus etiam propemodum habet significationem. ἁπλοῦς. Simplariæ venditiones (inquit Budæus) sunt pro quibus venditor necesse non habet de dupla emptori repromittere: quarū meminit Vlpianus in l. Emptoria, de Evictionibus. Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur: ut simplariæ adjunes, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabātur. Eadem ratione armaturæ simplares, duplaresq; à Vegetio dicūntur, 2. de re milit. quas qui gestabant, singulas, & duplas consequebantur annonas. Et à Modestino de vocabulis rei militaris, Torquati simplares, duplaresq;, quòd qui illa præmia virtutis, & decora militiæ adepti fuissent, singulas, & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simplicesq; & duplices, ut sæpe in concessu Ecclesiastico accipienda. Vide plura de hisce in dictione DVPLARIVS.

Sĭmpŭlum, li, n. f. Calix fictilis, quo vinū in sacrificiis libabatur à sumendo, quòd eo vinum sumebant minutatim. [...] Gall. *Vn vaisseau de terre abatre, duquel on se serveyent iadis es sacrifices.* Ital. *Vaso da bere di terra* [...] Ger. Ein irrdenie keich aber becher / [...] Hisp.

Hisp. *Cierto vaso de barro en los sacrificios.* Pol. *Dzbanek gliniani.* Vng. *Pohar az, kinel aldozatkor eltek.* Ang. *A cuppe or chalice of earth vsed in sacrifices.*] Plin. lib. 35. cap. 12: Sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius. Apuleius catinum, & simpulum sacrificiis adhiberi solita ostendit his verbis: Paupertas populo Romano imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Festus: Simpulum, vas parvum, non dissimile cyatho: unde mulieres divinis rebus deditæ, simpulatrices vocatur. Varro scribit vas esse minutim fundens, in cujus locum successit epichysis: unde veteres res minutas, nulliusq; pretii, *simpulatrias* appellabant. Sunt qui pro simpulo, simpuvium legunt: cujus meminit Iuvenalis satyr. 6: Aut quis Simpuvium ridere Numæ, *&c.* Sunt etiam qui velint simpullum gemino l. scribendum, forma qua ampullam dicimus. ❡ In simpulo aliquid facere, proverbii speciem habet: de quo vide Chiliad. Erasm.

Simul, adverbiũ cõgregandi, Vnà, pariter. [יחד *iachádh* יחדיו *iachdáv.* ἅμα, ὁμοῦ. Gall. *Ensemble, avec.* Ital. *Insieme, di compagnia.* Ger. Miteinander/zumal/oder eins mals. Bel. Tsamen. Hisp. *Iuntamente y en vno.* Pol. Wespol. Vng. *Egyetemben.* Ang. *Together.*] Ter. in Evnuc. Simul consilium cum re amisisti. ❡ Aliquando ponitur pro deinde, vel etiam, vel præterea. Vatinius Ciceroni: Cives Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastavit: simul verò semissis homo contra me arma tulit. Salustius: His amicis sociisq; confisus Catilina, simul quòd æs alienũ per omnes terras ingens erat. ❡ Invenitur quandoq; geminatũ, & habet quasi eandem vim quã cùm & tùm sive partim. Quintilianus: Simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus, alienis vestigiis insisterem. ❡ Ponitur aliquando simul pro eadẽ opera. Plautus in Merc. Duas res simul nunc agere decretum est mihi. Dicimus venuste, simul, tecum, nobiscum, & simul cum aliquo. Cicero pro Domo sua: Optimi cives fruũtur nobiscum simul hac civitate. Cicero de Amicitia: Disserere cœperunt cum corporibus simul animas interire, *&c.* ❡ Accipitur aliquando simul pro postquã, simulac, sive simulatq; Cic. 4. Acad. Et simul inflavit tibicen, à perito carmen agnoscitur.

Simulac, & Simulatq; Quamprimùm vel statim, quũ, sive postquam. [כאשר *chaasher.* εὐθὺς ἐπειδὰν, ὡς τάχιστα. Gall. *Incontinent que, apres que.* Ital. *Subito che, poi che.* Ger. So bald als. Bel. Soo haest als. Hisp. *Luego que, subito que.* Pol. *Wnetkoro, zaraz* ... Vng. *Mihelt.* Ang. *As soone as.*] Salust. Iam primùm juventus simulac belli patiens erat. Columel. lib. 5: Semper convenit simulatq; folia agere cœperint, ficus rubricam amurcã diluere. Cicero Appio: Gratissimum mihi feceris si ad me simulatq; adeptus eris, miseris. In eadẽ etiã significatione dicimus simulac primùm, simul primùm & simul ut Cicer. 3. Verr. Simulac primũ ei occasio visa est, aversa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitũ provinciamq; deseruit. Idem: Simulac potestas primùm data est, adeũt hi quos dixi. Liv. 6. ab urbe: Interim Quint. Fabio, simul primùm magistratu abiit, ab C. Martio tribuno dicta dies est. Plin. lib. 11. cap. 49: Vrso quoque simul ut expiraverit, cornescere ajunt genitalia. ❡ Ponuntur aliquando simul & simulq; pro atq; etiam, vel præterea: ut quum dicimus, Vir fortis simul & prudens. Plin. Epist. 7. lib. 2: Sordidum simul & sumptuosum. Plin. lib. 9. cap. 35: Superbo simul ac procaci fastu. Quintil. li. 10. cap. 1: Qualis ferri fulgor, quo mens simul visusq; perstringatur.

Simulacrum, pen. prod. n. s. Imago ad similitudinem rei alicujus effcta. [צלם *tsélem* סמל *sémel* דמיון *dimjón.* εἴδωλον, εἰκὼν, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Gall. *Image, effigie, semblance, statue, idole.* Ital. *Simulacro, statua, forma, imagine, idolo, effigie.* Ger. Ein bild eins dings. Bel. Een beelt. Hisp. *Imagen, ò semejança.* Pol. *Wizerunek.* Vng. *Abrazat, kep.* Ang. *An image, proportion, lykenes, or resemblance of a thing.*] Cicero pro Domo sua: Mulieri simulacrũ è marmore. Ovid. 10. Metamor. quò multa sacerdos Lignea contulerat veterum simulacra deorum. ❡ Simulacrum civitatis per translationem pro signo & nota. Cicero ad Plancũ lib. 10: In qua nec Senatus, nec populus vim habet ullam, nec leges ullæ sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod ac vestigium civitatis. Sic Simulacrum virtutis pro indicio & vestigio virtutis dicitur. Ne simulacrum quidem virtutis in eo apparet, Cicero.

Simulo, as, Præ me fero quod non est, & fictam rei alicujus similitudinem refero & pro vero falsum ostendo. [חנף *chanéph* כחד *chachád.* ὑποκρίνομαι, προσποιέομαι, εἰρωνεύομαι. Gall. *Feindre, contrefaire, faire semblant.* Ital. *Simulare, fingere.* Ger. Gleichsnen/ der gleichen thun. Bel. Veinsen. Hisp. *Fingir lo que no es.* Pol. *Zmysłiam, pokazuiam sie, pokrywam.* Vng. *Tetetem.* Ang. *To fayne, to counterfaite, to make a similance.*] Cicero Attico: Simulabat se Romam rediturum, quum in Africam navigaturus esset. Virgilius primo Æneidos: Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Ovid. 1. de Arte: Vt simulet vultu gaudia, tristis erit. Ejus antitheton est Dissimulo. Cicer. lib. 7. Epist. Multa & simulavi invitus, & dissimulavi cum dolore. ❡ Simulo non sentire: id est, dissimulo. Plin. epist. 14. lib. 3: Ille sive quia non sentiebat, sive quia non sentire simulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis implevit. ❡ Est & Simulo, as, per tertiam vocalem in secunda syllaba. quod significat similitudinem rei alicujus repræsentare. [דמה *dimmah* ἐξεικάζειν.] de quo suprà.

Sĭmūlātio, onis, verbale. f. t. Fictio & simulata fictaq; alicujus rei repræsentatio. [חנף *chóneph* חנפה *chanpháh.* προσποίησις. Gall. *Feintise, simulation.* Ital. *Fintione, simulatione.* Ger. Gleichsnung/oder gleichsnerey/ ein erdichte gestaltung. Hisp. *Aquella obra de fingir lo que no es.* Pol. *Zmysłiona postawa.* Vng. *Tettetes.* Ang. *A fayning, counterfayting, or making of a semblance.*] Vnde pro deceptione & circumventione ponitur: quòd animo vel vultu aut volũtate simulata fiat. Cicero ad Lentul. lib. 1: A quibus tuendus fuerat, derelictus: idq; non solùm fronte, atq; vultu, quibus simulatio facillimè sustinetur. Idem 3. Verr. Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Sĭmŭlātŏr, oris, m. t. Qui simulat. [חנף *chonéph.* Gall. *Simulateur, contrefaiseur, qui feint, hypocrite.* Ital. *Chi finge, simulatore.* Ger. Ein gleichsner. Hisp. *El que finge lo que no es.* Pol. *Zmysłiacz, pokrywcza.* Vng. *Tettetö, kepmutato.* Ang. *That fayneth or pretendeth that which is not.*] Cic. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, festiviq; sermonis, atq; in omni ratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt, Socratem accepimus. Ovidius 2. de Arte: Tantum ne pateas verbis simulator in illis.

Sĭmŭlātē, adverbium, Fictè. [ὑποκριτικῶς, προσποιητῶς. Gall. *Par feintise, par simulation.* Ital. *Fintamente.* Ger. Gleichsnerisch / mit gleichsnerey. Hisp. *Fingiendo lo que no es.* Pol. *Nie ochwarzyscye, pokrycye.* Vng. *Tettetes keppen.* Ang. *Counterfaitly, with a pretence only.*] Cicer. 2. de Natura deorum: Mala enim & impia consuetudo est contra deos disputandi, sive ex animo id fit, sive simulatè.

Sĭmŭlāmĕn, nis, vel Similamen, n. t. Repræsentatio, simulatio. [צלם *tsélem* סמל *sémel* דמיון *dimjón.* ἐξεικόνισμα, μίμησις. Gall. *Representation, imitation, semblance.* Ital. *Representatione, simiglianza.* Ger. Anbildung/ gleichsnete anzeigung. Hisp. *La ymagen ò semejança.* Pol. *Pokrica postawa.* Vng. *Ki abrazolas, hasonlatos tettetes.* Ang. *A fayning or pretending of that which is not.*] Ovidius de Adonide, libro 10. Metamorph. Annua plangoris peraget simulamina nostri: id est, repræsentationem nostri doloris. Loquitur enim de sacris annuis quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Sĭmultās, atis, f. t. Inimicitia, à simulando, ut quidam volunt, quòd propriè latens & dissimulatum odium nomine hoc significari existimẽt: quanquam re vera etiam de apertis inimicitiis dicatur. [איבה *ebah.* ἔχθρα. Gall. *Haine couverte.* Ital. *Odio coperto.* Germ. Ein heimlicher Zyd und neyd zwischen ettichen/ feindtschafft/ groll. Bel. Haet/ heimelicken nijdt. Hisp. *Competicion odiosa entre dos, odio cubierto.* Pol. *Taiemna nieprzyiazn.* Vng. *Allatomba valo gyulölseg, ellenkezes.* Ang. *A covered hatred, grudge.*] Cicero pro lege Manilia: Vt multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. Iuvenal. Satyr. 15: Inter finitimos vetus atq; antiqua simultas. Plaut. Pseud. Nam hic id metuit, ne illã vendas ob simultatem suam.

Sĭmultĕr, adverbium dixerunt antiqui pro similiter. [כן כם *gham chen.* ὁμοίως.] Plaut. Exossabo ego eum simulter ut murænam coquus.

Sīmŭs, a, um, [חרם *charóm.* σιμός. Gall. *Camus.* Ital. *Con le nare voltate in su.* Ger. Ein schafenas/ flachnas. Bel. Ingebout/ vlack. Hisp. *Cosa que tiene las narizes romas.* Pol. *Plaskonos.* Vng. *Sima orru.* Ang. *That hath a flatte nose.*] Qui pressis est naribus: unde proprium est caprarum epitheton. Virgil. 10. Aeglog. Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. Hieronymus de Socratis uxoribus: Quæ cum crebrò inter se jurgarentur, & ille eas irridere esset solitus, quòd propter se fœdissimũ hominẽ simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus disceptarent. Mart. al. lib. 6: Atq; ille sima nare, turgidis labris.

Sĭmŭlŭs, diminut. Martial li. 6: Simulus iste quis est, uxori semper adhæret Qui Menedore tuæ?

Sīn, εἰ δὲ, ἐὰν, cum subjunctivo, ex si & ne componitur, abjecta e, significatq; Si verò: & nunquam in prima parte collocatur, & nisi præcesserit si, sed in secunda, ubi duorum est oppositio: & ferè semper si, in priore parte præcedit. [Gall. *Mais si, si non.* Ital. *Ma se.* Ger. Oder so/ oder wann/ wann aber. Hisp. *Mas si.* Pol. *Iesli.* Vng. *Ha penig.* Ang. *But if, if not.*] Terent. in Andr. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas: habent enim quandam vim negationis, perinde acsi diceretur, Si autem non relinquo, sed opitulor. ❡ Aliquando sin solum reperitur, ita tamen ut conditio aliqua intelligatur præcessisse. Salustius in Iugurt. Imperat ut pretio, sicuti multa confecerat,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cōfecerat, insidiatores Massinæ paret, ac maximè occultè, sin id parū procedat, quovis modo Numidam interficiat: id est, si potest, occultè: si non potest, utcunq; queat. ...

Sinapi, pen. prod. neut. gen. & indeclinabile. [σίναπι. Gall. *Seneué, moustarde.* Ital. *Sanaura, sanauro, senape.* Ger. Senff. Bel. Mostaert Hisp. *Mostaza.* Pol. *Gorczyca.* Vng. *Mustar.* Ang. *Mustarde.*] vel Sinapis fœm. gen. Herba est semen ferens tanta acrimonia ut cieat lacrymas comedenti, in hybernis condimentis usitatissimum. Plin. lib. 18. cap. 8: Acerrimum sapore, ignei effectus ac saluberrimū corpori, sinapi. Plaut. in Pseud. fœm. gen. usus est. Teritur (*inquit*) scelerata sinapis cum illis. Item Colum. lib. 10: Seq; lacessenti fletum factura sinapis.

Sinciput, itis, n. t. Pars anterior capitis, aures temporaq; complectens. [βρέγμα. Gall. *Le devant de la teste.* Ital. *Parte dinanzi de la testa.* Ger. Das vorder theil des Haupts so die ohren und schlafaderen begreifft: das Vorhaupt. Hisp. *Pedaço de cabeça o postorejo.* Pol. *Tył głowy.* Vng. *Borcza, as fuek első reze.* Ang. *The forepart of the heade.*] Sinciput, inquit Cornutus in Persium, anterior pars capitis: Occiput posterior. Plautus Menæchmis: Nō est tibi sanum sinciput, adolescens. Iuvenal. Satyr. 13: Si verò & pater est, comedam, *inquit*, flebile nati Sinciput elixi, Pharioq; madentis aceto. ❡ Neq; solùm in homine sinciput dicitur, verumetiam in brutis animantibus: & præcipuè in genere suillo. Erant enim olim in deliciis sincipitia verrina sive aprugna, aceto condita, & ad esum præparata. Plin. lib. 8. cap. 51: Interdicta quoq; abdomina, glandia, testiculi, vulvæ, sincipitia verrina.

Sindōn, f. t. [סדין *sadhin* σινδών. Gall. *Vn linge fort delié, cresme.* Ital. *Lenzuolo molto sottile.* Ger. Reiner und köstlicher leinwat. Hisp. *Lienço sutil.* Pol. *Cienkie prześcieradło.* Vng. *Gialz.* Ang. *Lawn or fine linnen cloth.*] genitivo sindonis, pen. cor. Amictus ex lino Aegyptiaco: inde, ut creditur, nomē habens quòd primùm in Sidone urbe fuerit inventus: ob id Tyria Sindo à Martiale dicta, lib. 4: Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres, Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Sinceraštum, vide SYNCERASTVM.

Sinè, præpositio separativa, idem significans quod absque: [בלי *beli* בלתי *bilti* ἄνευ. Gall. *Sans.* Ital. *Senza, sanza.* Ger. Ohn. Hisp. *Sin* Pol. *Bez.* Vng. *Nelkuel.* Ang. *Without.*] ut sine Cerere & Baccho friget Venus, Terent. Evnucho. Virgil. 1. Aen. Imperium sine fine dedi. Ovid. 2. Metam. Immotosq; oculos in se sine fine tenentem Nescius extimuit.

Singuli, æ, a, non nisi plurali numero, Vnusquisq; per se: hoc est, separatim ab aliis. [איש *isch* כל אחד *chol echad*. ἕκαστοι, οἱ καθ' ἕνα. Gall. *Chacun, l'vn apres l'autre.* Ital. *Ciascuno da per se.* Ger. Jettliche besonder. Hisp. *Cada vno, senđos.* Pol. *Każdy z osobna.* Vng. *Feienkent, ki ki maga.* Ang. *Euerichone seuerally.*] Cicero 7. Verr. Vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Virgil. 1. Aeneid. Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo, &c. Idem 6. Aeneid. Suscipit Anchises atq; ordine singula pandit. Dicimus autem Latinè Aliquid fieri singulis diebus, vel in singulis diebus, cum præpositione in: vel cū accusativo in singulos dies, pro eo quod est quotidie. Cicer. pro Muræna: Qui singulis diebus edifcendos fastos populo proposuit. Idem 2. de Nat. deor. Sol binas in singulis annis reversiones facit. Idem ad Atticum: Quotidie vel potius in singulos dies, breviores literas ad te mitto. In dies tamen, sive in dies singulos, licet idem significent quod quotidie, vix unquam tamen in oratione ponūtur sine comparativo aut verbo incrementi. Cic. in Catil. Crescit in dies singulos hostium numerus. ❡ Antiqui etiam singulū dicebant pro unico & singulari. Plaut. in Cistel. At at, singulum video vestigium.

Singulāris, re, om. t. Vnicus, peculiaris. [μόνος, διάφορος. Gall. *Singulier, seul, vnique.* Ital. *Singulare, vnico.* Ger. Einig/ einzig/ allein Bel. Een sonderlijck. Hisp. *Cosa singular.* Pol. *Osobliwy, szczególny.* Vng. *Egy egyes, ki valo keppen valo.* Ang. *Singulare, one.*] Plin. lib. 28. cap. 10: Democritus etiamnum effectus auget ejus qui singularis natus sit. Verbis singularibus gratias agere: hoc est, quæ unum tantùm non etiam plures complecterentur. Cicero in Catil. Primùm quòd mihi gratias egistis singularibus verbis, &c. ❡ Dicitur aliquādo singulare quod est excellens, & tàm in malum quàm in bonum sumitur: ἐξοχος. Cicero pro Sylla: Me singulari immanitate & crudelitate præditum. Plin. epist. 45: Mox vehiculum ascendit, assumit uxorem singularis exempli, &c. Pro eodem antiqui dicebant singularius: quod & Nonius annotavit citans locum Turpilii in Demetrio: Homini natura unica est & singularia. Plaut. in Capt. His indito catenas singularias: hoc est, singulis catenam unam.

Singulārĭtĕr, adv. Vnicè, excellēter, magnopere, mirū in modū. [ἐξαιρέτως, ἐξόχως. Gall. *Singulierement.* Ital. *Singolarmente.* Ger. Sonderlich/ einzig für andere. Hisp. *Singularmente.* Pol. *Osobliwie.* Vng. *Kiualt keppen.* Ang. *Singularly, passingly.*] Cic. 4. Ver. Quē ego singulariter in prætura mea dilexissem.

Singulātim, aliud adverb. Minutatim, seorsim, separatim, per singulos. [καθ' ἕκαστον. Gall. *Chacun à part soy, l'vn apres l'autre, singulierement.* Ital. *Singolarmente, à vno per vno.* Ger. Insonderheit/ besonder. Hisp. *Singularmente, vno à vno, apartadamente.* Pol. *Osobno.* Vng. *Eggyenkent, kuiba.* Ang. *Particularly, seuerally, euery one a part.*] Cicero 1. Ver. Si tantulum offensum, titubatumq; sit, ut ea quę singulatim ac diu collecta sint, uno temporeuniversa perdamus. Idem 1. de Invent. Singulatim de unoquoq; genere in secundo libro dicemus. Pro eodem etiam dicimus sigillatim. Cæsar lib. 5. bel. Gal. Centuriones sigillatim, Tribunosq; militum appellat: quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoscitur.

Singillātim. Singulatim: hoc est, unumquodq; per se. καθ' ἕκαστον. Cic. 4. Phil. Civitas non singillatim, sed provinciis totis dabatur. Lucilius: Singillatim unusquisq; nostrûm movetur. Suetonius in Augusto: Atque etiam singillatim è certo genere hominum libentes, ac pro facultate quisque pecunias contulerunt.

Singultŭs, us, ui, m. q. [אנקה *anakah* λυγξ. Gall. *Hoquet, ou hocquet* Ital. *Singolto, singhiozzo* Ger. Das tiurck/ aufstossung Bel. Den hick Hisp. *Solloço, ò obra de hipar.* Pol. *Szkanie.* Vng. *Tsuklas.* Ang. *Yexing, hicket or sobbing.*] Species est convulsionis, quæ fit vel nimia spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repletionē immoderatā, vel ob erosionē ab acrioribus in ventriculo humoribus: quas cùm facultas expultrix per se expellere non possit, motricem in auxilium accersit, spiritumq; aut humores noxios vi quadā & nō sine sonitu expellit: atq; ita cietur convulsionis quoddā genus in ventriculo quod *singultum* appellamus. Cicer. pro Plan. Non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & singultum cum fletu videre potuisti. ❡ Neq; solius hominis est singultus, verumetiam brutorum animantium, ut equorum. Virgil. 3. Georg. imaq; longo ilia singultu tendunt. Idem 9. Aeneid. & longis singultibus ilia pulsat. Ovid. 3. Amor. Eleg. 7: Oraq; singultu concutiente sonant. Item gallinarum. Colum. lib. 8. cap. 5: Assiduus autem debet esse custos, & speculari parientes: quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus interjecta voce acuta.

Singultĭo, n. q. hoc est, singultus emitto. [נאנק *neenak* λύζω. Gall. *Hoqueter, avoir le hoquet* Ital. *Singoltire.* Ger. Kiuren Hisp. *Sollocar ò hipar.* Pol. *Szczkam.* Vng. *Tsuklok.* Ang. *To yexe, to haue the hicket.*] Plin. lib. 23. cap. 21: Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit, &c.

Singulto, as, frequentativum, Quod est frequenter singultio. [πολλὰ λύζω. Gall. *Sangloter, hoqueter souuent.* Ital. *Singultire spesso.* Ger. Kirtzen eins tiurens. Hisp. *Sollocar à hipar muchas vezes.* Pol. *Vstawnie szczkam.* Vng. *Giakran tsuklok.* An. *To yexe often.*] Virg. 9. Aeneid. Tum caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit Sanguine singultantem: Id est, cum Singultu animam efflantem.

Singultim, adverbium. [Gall. *En hoquetant* Ital. *Facendo singulti.* Ger. Mit kiurten oder abgebrochnen wortten. Hisp. *Sollocando o hipando.* Pol *Przerywając się/szczkając.* Vng. *Akadozva.* Ang. *With yexing.*] Horat. lib. 1 Ser. Sat. 6: Vt veni coràm, singultim pauca locutus: id est, verbis interruptis. Budæus.

Sinistră, æ, f. p. Manus læva, à sino, is, ut placet Festo, eò quòd aves, quę ad lævam apparent, rem institutam nos agere sinant. [שמאל *semōl.* σκαιά, ἀριστερά. Gall. *La main senestre ou gauche.* Ital. *Mano sinistra, man manca, man zanca, man stanca, man mancina.* Ger. Die lincke Hand. Hisp. *Mano siniestra o yzquierda.* Pol. *Lewa ręka.* Vng. *Balkez.* Ang. *The left hand.*] Virg. 10. Aeneid. clypeum tum deinde sinistra Extulit ardentem. Idem 5. Aeneid. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Ovidius 3. de Ponto: Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra. ❡ Sinistra ponitur aliquando pro ea parte quæ sinistram manum versus est. Cic. 1. de Divin. Cur à dextra corvus, à sinistra cornix faciat ratum. ❡ Ponitur aliquandò adverbialiter pro à parte sinistra. Cic. 4. Acad. Et quum in uno mundo ornatus hic sit tam mirabilis, innumerabilis, suprà, infrà, dextrà, sinistrà, antè, pòst. ❡ Sinistra manus furtifica appellata à Plaut. in Persa: Vbi illa altera est furtifica læva? eam ob causam, quòd hac manu furta potissimùm fiebant, dum dextra aliud simulabatur. Catullus in Asinum: Inter cœnam Asini manu sinistra Non belle uteris in joco atq; vino, Tollis lintea negligentiorum. Inde apud eūdem sinistra liberalitas in Epigram. ad Cæsarem, quæ ex furtis & concussionibus facta est.

Sinistĕr, tra, trum, Quod ad sinistram est: [שמאלי *semali* λαιός, σκαιός, ἀριστερός, καὶ εὐώνυμος. Gall. *Senestre, à gauche.* Ital. *Che è alla sinistra.* Ger. Linck/ auff der lincken seiten. Hisp. *Esquierdo à la mano siniestra.* Pol. *Ku lewej stronie.* Vng. *Balkez felől.* Ang. *That is on the leaft hand.*] ut Sinistra manus, sinistrū cornu. Livius 3. ab Vrbe: Nam quum æquasset aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuere. Virgil. 10. Aeneid. Pallasq; sinistro Affixus lateri. Idem 7. Aeneid. vestigia nuda sinistri Instituère pedis. ❡ Sinisterior, & sinisterius. Varr. de

Re rust.

Re rust. cap 5: Siquidem si mas est, in dexteriorē partem abit: si fœmina, in sinisteriorem. Cicero: Cornu sinisterius, quod erat infirmius. ¶ Sinistrum autem, quantum ad auguria pertinet, significat prosperum, teste Festo, propterea quòd nos agere aliquid sinat. Cic. de Leg. Is ave sinistra dictus populi magister est. Aliā tamē ejus rei rationē affert Varr. lib. 5. Epist. quæstionum his verbis: A' deorum sede quum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dextrā occidentes: quo factum arbitror ut sinistra meliora auspicia, quàm dextera, esse existimentur. ¶ Aliquando accipitur pro adverso, noxio, ominoso. quòd quæ sinistra manu fiunt, minus rectè fieri videantur. [Gall. *Malheureux, malfortuné.* Ital. *Infelice, nocevole, contrario.* Ger. Ungluͤcklich/schedlich. Hisp. *Cosa de mal aguero.* Ang. *Vnprosperous, vnhappie.*] Virg. lib. 1. Georg. Arboribusq; satisq; Notus pecoriq; sinister. Plin. Epist. 9: Nemo me apud quenquā sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo, nisi unum me. Virgil. 9. Aeglog. Antè sinistra cava monuisset ab ilice cornix.

Sinistrè, adverbium, Malè. [σκαιῶς, ἀδεξίως. Gall. *Du costé senestre, à la mal'heure, gauchement.* Ital. *Da banda sinistra, infelicemente.* Ger. Ungluͤcklichen/übel. Hisp. *Hazia la mano yzquierda, disdichadamente.* Pol. *Nie dobrze, nie zrdzyiekiem.* Vng. *Gonoszul, nem iol.* Ang. *Vnluckely.*] Tacit. lib. 17: Cæterùm utraq; cædes sinistrè accepta. Exceptus sinistrè, Horat. in Arte.

Sinistrorsum, adverbium. Ad, sive versus sinistram partem. [ἐπ' ἀριστερά, ἐπὶ τὰ λαιά. Gall. *A gauche, à la main gauche, du costé senestre.* Ital. *Da banda sinistra.* Ger. Auff die lincke hand oder lincke seiten. Hisp. *Hazia la mano yzquierda.* Pol. *Na lewą stronę.* Vng. *Balkez fele.* Ang. *Towardes the leaft hand.*] Horat. 2. Ser. Satyr. 3: Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Legitur & sinistrorsus: quod & Festus annotavit, citans locum Cæsar. 6. belli Gall. Hinc se flectit sinistrorsus, diversis à flumine regionibus.

Sinisteritas, atis, f.t. Perversitas, improbitas. [נבלה *hével.* σκαιότης. Gall. *Gaucheté, sottise, lourdise.* Ital. *Seneſtrezza, malignità.* Ger. Der lincke oder link sinn/geschickte/verkehrung. Hisp. *Aquella disposicion del siniestro, maldad.* Pol. *Złość, przewrot ność.* Vng. *Gonoszság.* Ang. *Lack of grace in doing a thing vnhandsomenesse.*] Plin. Epist. 12: Plerisq; autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impartire videātur, sinisteritatis, atq; etiam malignitatis famam consequuntur.

Sinistimum, inquit Festus, antiqui dixerunt pro sinistro: ut, Sinistimum auspicium, quum aves à sinistra conspiciuntur. Id autem dextro felicius habebatur. Cujus rationem hanc reddit Festus, ex sententia Varronis, quòd veteres deorum sedem ad Septentrionem esse voluerint, atq; inde eos in Meridiem spectare. Quò fit ut Ortum ad dexterā, Occasum habeant ad sinistram.

Sino, is, sivi, situm, Permitto. [הניח *hinníach, idem,* ἐφίημι. Gall. *Permettre, laisser faire.* Ital. *Permettere, lasciare.* Ger. Lassen oder zu lassen/gestatten. Bel. Toelaten/gedooghen. Hisp. *Dexar o desemparar.* Pol. *Dopusczam.* Vng. *El hagyom meg engedöm.* Ang. *To suffer, to permitte.*] Varro: Sine is ad pubertatis annos perveniat. Terent. Andr. Sine nunc meo me vivere interea modo. Ibidem: Sine te hoc exorem. S. Sino. Cæs. 4. bell. Gall. Vinum ad se importari omnino non sinunt.

Situs, [מנוח *mannúch.*] & siturus, particip. Permissus, & permissurus. Cic pro Sestio: Accusare cum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur, per Senatus autoritatem non est situs. Idem ad Q. Frat. lib. 2: Cato concionatus est, comitia haberi non siturum. ¶ Hujus compositum est Desino: de quo suo loco.

Sinopis, pen. prod. genit. sinopidis, f.t. [ששר *schaschár.* σινωπίς. Ger. Rubrick oder Rötelstein.] Rubricæ genus præstantissimum, quod circa Sinopen Ponti urbem effodiebatur: unde & nomen habet. Plinius lib. 35. cap. 6: Nascuntur sinopis, rubrica, parætonium, melinum, eretria, auripigmentum, cæteri finguntur. Et paulò pòst: Sinopis inventa est primùm in Ponto: inde nomen à Sinope urbe. Species ejus sunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitruv. lib. 7. eam rubricam sinopicam appellavit, Strabonem arbitror sequutus, qui lib. 12, μίλτον σινωπικήν eam nominat, & in Cappadocia eam nasci asserit: idcirco autem sinopicam vocari, quòd à mercatoribus Sinopem soleret ad mercatum deferri, priusquam Ephesiorū emporium tam celebre esset.

Sinopicus, pen. corr. Adjectivum: ut, sinopica rubrica, Vitruvius. Idem.

Sinuo, as, Sinuosus, Vide SINVS.

Sinus, us, priore correpta, m.q. Curvitas illa quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexum. [חיק *chek.* κόλπος. Gall. *Sein, repli.* Ital. & Hisp. *Seno.* Ger. Der busen. Bel. Den boesem. Pol. *Zanadrza, łono.* Vng. *Kebel.* Ang. *The bosome.*] Terentius in Adelphis: Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? Ovidius Epistola tertia: Te tenet in tepido mollis amica sinu. Seneca Troade: Blando sinu fovens nepotem. Fovere dextram sinu, Ovidius 1. Amorum, Eleg. 4. Hinc sinus vestium appellati sunt, laxitates inter plicas intermediæ. Virgilius 1. Aeneidos: Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. ¶ Per translationem quoque sinus vocantur littora curva, duobus quasi brachiis longius in mare procurrentibus inclusa, Græci κόλπους appellant. [Gall. *Gouffre ou golfe de mer.* Ital. *Golfo.* Ger. Ein Meerschoß. Hisp. *Golfo de la mar entre dos cabos.* Pol. *Wyrwa morzego morskim, buchta.* Vng. *Haylat.* Ang. *The bosome of the sea.*] Hinc Plinius totam Europam, qua Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipuos dividit sinus, quorum primus Calpæ Hispaniæ, & Lacinio extremo Italiæ promontorio includitur: secundus à Lacinio initium sumens, Acroceraunis montibus terminatur: tertius ab Acroceraunis ad Hellesponti angustias extenditur: quicquid reliquum est Europæ usque ad Tanaim fluvium quarto sinu includitur. ¶ In oculis item sinus dicuntur concavitates illæ quibus lacrymæ erumpentes, primùm excipiuntur. Sic enim interpretatur Servius illud Virgilii 4. Aeneidos: Sic effata sinum lacrymis implevit obortis. ¶ Accipitur item sinus pro gremio, sive ea parte vestis qua verenda teguntur. Iuvenal. Satyr. 9: Fata regunt homines: fatum est in partibus illis, Quas sinus abscondit: nam si tibi sidera cessant, Nil faciet longi mensura incognita nervi. ¶ Nonnunquam etiam pro cassibus venatoriis, Martialis libro 13: Pulcher adest onager, mitti venatio debet Dentis Erythræi, jam removere sinus. ¶ Aliquando pro velo, quod ventis flantibus curvatur, & sinuosum redditur. Virgil. 5. Aeneidos: Colligere arma jubet, validisq; incumbere remis, Obliquatque sinus in ventum, &c. Iuven. Satyr. 1: Totos pande sinus. ¶ Sinum ex toga facere, est extremas togæ oras ita contrahere, ut in medio sinus: hoc est, capacitas quædam relinquatur. Livius 1. bel. Punic. Tum Romanus sinu ex toga facto. Hic (*inquit*) vobis bellum atque pacem portamus: utrum placet, sumite. ¶ E' sinu alicujus esse dicimus, quod ex intima familiaritate ejus esse volumus intelligi. Cicer. 3. Verrin. Verres simulac tetigit provinciam, statim Messanam literas dedit. Dionem evocavit: calumniatores ex sinu suo apposuit: qui, &c. In sinu suo habere, pro eo quod est habere in potestate sua. Caius Iureconsultus: Titio centum do lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cavi, quòd omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione. ¶ Sinus solutus pro liberalitate ponitur: quo modo accipitur à Seneca: Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad eam sinu veniendum est: id est, plena liberalitate, & copia effusa, ut interpretatur Bud. ¶ Sinus, nus, prior. prod. Genus vasis sinuosi, interprete Nonio, quemadmodum & galeola. Plaut. in Curcul. Hic cum vino sinus fertur. Varro de vita populi Romani, ut idem Nonius citat: Vbi erat vinum positum in mensa, aut galeola, aut sinu. Virgil. Aeglog. 7: Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis Expectare sat est, &c. Varro in hac significatione in neutro genere ponit lib. 4. de ling. Lat. Sinum, *inquit*, à Sinu: quòd sinum majorem cavationem habeat quam poculum.

Sinuo, as, Curvo, in sinus flecto. [κυρτόω. Gall. *Entortiller ou tortiller en plusieurs plis, courber.* Ital. *Ingobbire, incurvare.* Ger. Krummen oder biegen in renck oder fält. Hisp. *Encorvar, entorcer.* Pol. *Krecę y tamysam, fał duie.* Vng. *Meg haytom, horgasitom kebe lesse tekem.* Ang. *To turne and wind in forme of a serpent.*] Virgilius libro 2. Aeneidos: sinuatque immensa volumine terga: id est, in sinus flectit. Ovidius libro 2. Metamorph. tremulæ sinuantur flamine vestes. Id est, rugantur, vel in sinus colliguntur. ¶ Hinc componitur Insinuare: de quo satis multa dicta sunt suo loco.

Sinuosus, a, um, Quod habet multos sinus, flexuosus: [πολυκαμπής. Gall. *Qui a plusieurs plis, qui a plusieurs destours.* Ital. *Tortuoso gombitoso, golfoso.* Ger. Das viel krumb oder fält hat / voll winckeln. Hisp. *Tuerto, torcido, lleno de golfos.* Pol. *Fał dzisty, pokrzywny.* Vng. *Kebeles horgasos.* Ang. *That hath many turninges or windinges.*] ut mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ vento inflata in sinus turgescunt. Claudian. libro 1. de Rap. Proserp. sinuosa draconum Membra regens, volucri per avia nubila, &c. Plinius lib. 11 cap. 37: Cor prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Virgilius 11. Aeneidos: Saucius at serpens sinuosa volumina versat. Ovid. 5. Metam. tamen sinuosa veste pependit.

Sinuosè, adver. [σκολιῶς. Pol. *Krecpilo, wężkomato.* Vng. *Tekerkessen, horgassan, homalyosan.*] Vnde sinuosius, obliquius ac magis involutè, tectius. Gell. lib. 12. cap. 6: Sed ut tibi à me mos geratur, dicam ego indoctius (ut ajunt) & apertius quæ fuisse dicturum puto sinuosius, atque solertius, si quis nunc adesset Stoicorum.

Sion, sii, n.s. σίον, [Ger. Bachbun/wie etlich wöllen / ist aber nicht / sonder einandr wolgeschmackt kraut in den Bächen den Bergeln gleich.] Herba est in locis aquosis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Alio nomine

mine Laver dicitur, & vulgò *Berula*. Plin. lib. 22. cap. 22: His adnumerant Sion, latius apio, in aqua nascẽs, pinguius, nigriúsque, copiosum semine, sapore nasturtii.

Sipārīum, rii, n. s. Veli genus, quo utebantur mimi, scenicíque artifices ad scenam velandã. [מסך *masach*. *ἀποκρύπτειν*. Gall. *Vn rideau dequoy se servoyent les iaoeurs*. Ital. *Velo da ornare il teatro, tapezzarie*. Ger. Ein umbhang oder verhenckdecke der heüstinen in schawspylen. Hisp. *Velo para sombra y ornar el teatro*. Pol. *Zasł ona, kol'rtina*. Vng. *Iaczo hely beburitba f'hdeok zorgam*. Ang. *A courtaine used in stages*.] Cic. de provinciis Cõsul. Itaq; ille alter (ut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus) quibuscum jam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Sīphōnēs, pen. prod. m. t. [צנורים *tsinnorim*. *σίφωνες*. Gall. *Seringues ou tuyaux*. Ital. *Canoni condotti da acqua*. Ger. Ein rör durch welche man mit dem blast wasser herfür treibt. Hisp. *Los aguatochos ò atenores de agua*. Pol. *Rury wodne*. Vng. *Tiblsisarna*. An. *Pipes to conueigh water, a conduite pipe*.] Canales, tubi, sive fistulæ in fontibus, quibus aqua vel alius liquor emittitur: à sono dicti, quem edit aqua per eos erumpens. Iuvenal. Satyr. 6: Effigiemq; deæ longis siphonibus implent. Plin. lib. 2. de aqua in summa juga erumpente: Quo spiritu acta, & pondere terræ expressa siphonum modo emicat.

Sīphūncŭlus, li, diminutivum est à siphone, Exigua fistula ex ære, vel marmore, aliáve materia, ex qua aqua exilit è fonte. [*ὁ μικρὸς ἢ βραχὺς σίφων, τὸ σιφώνιον*. Gall. *Petite seringue ou petit tuyau*. Ital. *Piccol cannone condutto da aqua*. Ger. Ein wasserröhrlein/ brunnröhrlein. Hisp. *Pequeñuo aguatocho, ò atenor de agua*. Pol. *Rurka, cureck*. Vng. *Isnetske tsatornatska*. Ang. *A cocke in a conduite, or a litle condite pipe*.] Plin. ad Apollinarem: In hoc fonte crater, circà siphunculi plures miscent jucundissimum murmur.

Sīpo, as, are, Antiquis in usu erat pro spargere. [פזר *pizzer*. זרק *zarak*. זרה *zarah*. *σκεδάζειν, ῥαίνειν*. Ger. Bergeuden/ auß spreyten. Bel. Verdoen/ verstroyt. Pol. *Sypam*. Vn. *El hintem*. Ang. *To sprinkle or statter abroade*.] A' quo manserunt composita Dissipo, insipo, & obsipo: quorum significationem explicuimus suis locis.

Sĭquāndo, adverbium temporis, Si aliquando, vel si aliquo tempore: primam productam, & acutam habet. [*εἴποτε*. Gall. *Si quelque fois*. Ital. *Se qualche volta, se pur vna volta*. Ger. Wann etwan. Bel. Wanneer. Hisp. *Si alguna vez*. Pol. *Iesliskiedi*. Vng. *Ha valaha*. Ang. *If at any tyme*.] Cicer. de Amicit. Non erunt ergo homines divitiis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitã, disputabunt.

Sĭquĭdem, antepenultima acuta, componitur ex si, & quidem: quanvis Si, per se producatur, ibiq; correpta sit, nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam, seu quoniam. [כי *chi*. *εἴγε*. Gall. *S'il est ainsi, car*. Ital. *Se pur, poi che, perche, certamente*. Ger. Dann je/ dieweil. Bel. Want. Hisp. *Ciertamente*. Pol. *Poniewaz, gdyż*. Vng. *Mert*. Ang. *For, if it be so*.] Cicer. Dolab. Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis salubres repentè factæ sunt. ¶ Ponitur & pro Si certè, dubitativa conjunctione. Asinius Cic. Nam & robur, & soboles militum interiit, siquidem quæ nuntiantur vera sunt. Columel. in Præf. lib. 1: Accedit huc, quòd ille, quem nos perfectum esse volumus agricolam, siquidem artis consummatæ non sit, nec in universa rerum natura sagacitatem Democriti, vel Pythagoræ non fuit consecutus: multum tamen profecerit, si usu Tremellios, Sasernasq; & Stolones nostros æquaverit. Terent. Evouch. Biduum saltem ut concedas solùm. P H. Siquidem biduum: & non fiant isti viginti dies. Verùm in hac significatione duę divisę dictiones esse videntur: unde Si producendum est, quum in composita dictione corripiatur. Profertur tamen testimonium ex Ovidio, in quo Si, corripi volunt, etiam extra compositionem: id autem est hujusmodi: Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus, Quum desit numeris ipsa juvẽta suis? Sic enim legit Laurentius Valla: quum tamen emendatiores codices genuinam lectionem hanc esse ostendant: si qua est ventura senectus.

Sĭquĭs, siqua, siquod, vel siquid, compositum à quis: Quod si aliquis. [*εἴτις*. Gall. *Si aucun, si quelqu'vn*. Ital. *Se alcuno*. Ger. So einer oder jemandt/ maũ jemm etwas. Hisp. *Si alguno, si alguna*. Pol. *Ieslikto*. Vng. *Ha valaki*. Ang. *If any one, or if any*.] Plin. Epist. 6. lib. 3: Nec vitia, si qua sunt, celant. Siquis alius, *εἴπερ ἄλλος*, clausula est in primis elegans, qua utimur quum significare volumus quempiam in re aliqua vehementer excellere: ut, Varro totius antiquitatis, siquis alius, peritissimus: id est, Aut Varro peritissimus est antiquitatis, aut nemo. Suetonius in Claudio: Siquem alium & se liberum esse.

Sīremps. Vox antiqua, & prorsus obsoleta: qua tamen Catonem usum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicujus similitudinem refert: quasi similis res ipsa.

Sīrĭāsis, hujus Siriasis, f. t. [*σειρίασις*. Ger. Ein entzündung am hirne und hirnheütte der jungen kindern.] Inflammatio est partium carum, quæ circa cerebrum aut ejus membranas sunt, *ἀπὸ τοῦ σειριᾶν*, quod est capitis inflammatione laborare. Plin. lib. 20. cap. 10: Ossibus in canino fimo inventis, adustio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur. Idem lib. 22. cap. 21: Folia infantium ustulationibus: quod siriasim vocant, illita medentur.

Sīrpĕă vehes, quæ virgis, ut inquit Varro, sirpatur id est colligãdo implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur. [Pol. Woz ské/ jm *dowiozenia gnoiu narżadzoni*.] Hinc sirpicula diminutione factum vocabulum, quo usus est Lucilius: Tintinnabulum abest hinc, sirpiculæq; olerorum.

Sīrpo, as, are, Est colligando implicare. [Pol. *Opplatam*.] Varro *περὶ μέθης*: Cupas vinarias sirpare noli. Ex Nonio.

Sīrrhus, *σιρρὸς* Suidę, Cuniculus sive fossa subterranea, in qua frumentum quàm diutissimè incorruptum asservatur. [Pol. *Loch*.] Vide infrà in dictione SIRVS.

Sīrus *σιρός*, sive Sirrhus, duplicato r, *σιρρὸς* Suidæ, Spelunca subterranea, condendo servandoq; frumento accommodata. [Pol. *Podziemne wdolisch zyta chowania*.] Varr. lib. 1. de Re rustic. cap. 57: Item hujus generis granaria alia quidam habent sub terra, uti speluncas, quas vocãt *siros*: ut in Cappadocia ac Thracia, Russia & Moscovia: alii, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi & Oscensi. Horum solum paleis substernunt, & curant ne humor aut aer tangere possit, nisi quum promitur ad usum. Vide in SYRVS.

Sīs, pro si vis dixère veteres. Ad verba enim imperativa, quæ videbantur contumeliosa, addebant sis, pro, si vis: ut Facsis, Vide sis. Plaut. in Amph. Modò sis veni huc, invenies infortunium. Cicer. pro Sext. Roscio: Age nunc, refer animum sis ad veritatem.

Sīsamus, (quod hic pro Paphlagoniæ urbe corruptè legebatur) Vide SESAMVM.

Sīsara, æ, pen. corr. Plin. [Ger. Heyd/ ein kräutle also genannt.]

Sīsărōn, sive Sisarum, sisari, pen. corr. *σίσαρον*, Herba est pastinacæ nõ dissimilis, quæ Latinè siser appellatur. Vide paulò post in dictione SISER.

Sīsĕr, eris, n. t. *σίσαρον* Dioscoridi. Herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgò *Servilla* sive *Chervilla* appellatur. [Ger. Girgele/ Gierlin. Pol. *Kucmarka*.] Ejus duo sunt genera, sativum & erraticum. Sativum, caulem habet angulosum, folia oblonga, & in extremitatibus incisa, semen latum, & foliaceum, radices candidas, jucundi gustus, esu q; gratissimas. Sativi rursus duo sunt genera, floris colore distincta. Nam quod ex iis majus est, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum verò caule est bicubitali, foliis bixmeliæ, sed majoribus, flore luteo, & umbella anethi, semine lato & rotundo, ut sativum, radice tenui & longa. Plin. lib. 19. cap. 5: Inter medica dicendum siser: quod ipsum Tiberius princeps nobilitavit: flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Inest longitudine nervus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur.

Sīsōn, *σίσων*, Semen est exiguum, in Syria nascens apio simile, nigrum, fervens, & oblongum. Vide Dioscor. lib. 3.

Sisto, is, stiti, sine supino. n. t. Stare facio, coërceo, reprimo, sive retineo: [העמיד *heghemidh*. *ἱστάναι, ἐπέχειν*. Gall. *Retenir ou arrester, presenter, faire comparoir*. Ital. *Fermare, reprimere*. Ger. Stellen/ stillstehn. Hisp. *Estancar*. Pol. *Zastanawiam*. Vng. *Meg alitom*. Ang. *To make to tarye stand still, to appeare at one daie before the law, to steppe or hold back*.] ut Siste gradum, Siste lacrymas. Plinius: Sanguinis profluvium sistit herba pæoniæ semen rubrum. Alvum sistere: id est, reprimere. Plinius lib. 20. cap. 8: Capita bis aqua mutata cocta, alvum sistunt, &c. Fugam sistere, Liv. 10. bell. Pun. Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis, si pudore, si periculo suo fugam sistere posset, equo, &c. Profluvium genitale, vel sanguinem sistere. ¶ Quandoque ponitur pro sui copiam facere, & se præsentem exhibere *ἐμφανίζειν, παρίστασθαι*. Cicero ad Atticum: Des operam id quod mihi affirmasti, ut te ante Calendas Ianuarias, ubicunque erimus, sistas. Idem 3. Offic. Vas factus est alter ejus sistendi, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. ¶ Sistere etiam pro consistere & stare. *ἵστασθαι*. Cicero 5. Verr. Qui Rempublicam sistere negat posse, ni ad Equestrem ordinem judicia referantur. ¶ Quandoque est confirmare, corroborare, & quasi nutantem fulcire. *στηρίζειν, ἱστάναι*. Virgil. 6. Aeneid. Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques. ¶ Hujus verbi præteritum est Stiti, non, ut quidam existimarunt, steti: supinum autem nullum habet. Nam statum, à sto, non à sisto deducitur. Unde & stator Iupiter à stando, non à sistendo, cognominatus est. Priscianus præteritum hujus verbi statui esse existimavit: quod certè à verbo statuo esse constat, quemadmodum & supinum statutum. Stiti autem verum verbi hujus præteritum esse, in Noctibus suis Atticis docet Gellius: cujus

hæc sunt verba: In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur Contra Tyberium exulem, scriptum siquidem sic erat: Quid si vadimonium capite obvoluto stitisses? Rectè ille stitisses scripsit, sed falsi, & audaces emendatores, exscriptos per libros stetisses fecerunt, tanquam stitisses vanum & nihili verbum esset. Quin potiùs ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant stitisses dictum à Catone, quoniam sisteretur vadimonium, nō staretur. Quibus ex Gellii verbis quum satis constet, stiti à sisto præteritum esse, non steti, illud quoq; obscurum esse non potest, supinum stitum esse, non statum: statorisq; appellationem non à sistendo, sed à stando esse deductam. Verum quoniam hoc ad præsens negotium non multum pertinet, omnē hanc disputationē suum in locum reservabimus, quo ex professo de vocis ejus significatione sumus acturi. ¶ Verbi hujus composita sunt, absisto, assisto, consisto, circunsisto, desisto, existo, insisto, obsisto, persisto, & resisto: quorum significata vide suis locis.

Stătŏr, oris, verbale, m.t. Apparitor, viator, qui magistratui præstò est, ut illius jussu quemlibet accersat, & corā illo sistat: à jugi astandi munere dictus. [שוטר schotér. κλητήρ. Gall. *Messager, sergent, ou huissier.* Ital. *Vfficiale, sbirro, zaffo, mezzo, famiglia de buone.* Ger. Ein Statknecht/der stehn muß und warten/ wo man jhn hin schickt: ein Weibel. Hisp. *El que está a en pie delante el principe para servicio.* Pol. *Manicki il uga, item, wozni.* Vng. *Porozlo.* Ang. *A bedle or sergeant, a sommer which warneth men to appeare.*] Cic. lib. 2. Epist. Vt ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. Idem lib. 9: Præstò mihi fuit stator ejus cum literis, quibus ne venirem denuntiabat. ¶ Stator item Iovis cognomen fuit apud Romanos, Græci στάσιος vertunt, nonnunquam etiam ἱστήσιος: inde dictum quòd Romanos à Sabinis in fugam versos stare fecerit: qua de re sic scribit Liv. lib. 1. ab Vrbe. Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaq; est ad veterem portam Palatii. Romulus & ipse turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens: Iupiter tuis (*inquit*) avibus jussus hic in Palatio prima urbi fundamenta jeci: arcem jam scelere emptam Sabini habent: inde huc armati superata valle media tendunt. At tu pater deûm, hominumq; hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamq; fœdam siste: hic ego tibi templum Statori Iovi, quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope servatam urbem esse, voveo. Hæc precatus, veluti si sensisset auditas preces: Hinc inquit, Romani Iupiter optimus maximus resistere, atq; iterare pugnam jubet. Hæc ille. Cicero antequam iret in exilium: Iupiter Stator, quem verè hujus urbis statorem majores nostri nominavêre: cujus templum à Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum victoria est collocatum.

Sīstrum, sistri, n.s. [σεῖστρον. Ger. Ein Egyptisch Pfaffenglöcklein. Pol. *Egiptski, klekotki vaas.*] Crepitaculum æneum, quo Aegyptii sacerdotes in Isidis sacris uti solēt: ita dictum ἀπὸ τοῦ σείειν: hoc est, à quatiendo, propterea quòd concussum, argutum, sonorumq; ederet tinnitum. Ovid. 2. Amor. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. Apuleius: Aereis & argenteis, & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes. Mart. lib. 14: Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat, tenera garrula sistra manu. Hoc instrumentum apud Aegyptios vicem tubæ exhibebat. Virg. 8. Aeneid. patrio vocat agmina sistro. Ovid. 3. Amor. eleg. 8: Quid nos sacra juvant? quid nunc Aegyptia prosunt Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?

Sistrātus, ta, tum, Sistrum tenens: quod est proprium epitheton sacerdotum Isidis. Mart. lib. 12: Linigeri fugiunt calvi, sistrataq; turba.

Sĭsymbrĭum, n.s. [σισύμβριον. Gall. *Balsamite, mente romaine, cresson.* Ital. *Balsamita, menta acquatica.* Ger. Wasserkressig/Brunnkressig/ wilder quendel. Hisp. *Yerva buena de agua, axedrea.* Pol. *Lenocka.* Vng. *Kakukfu.* Ang. *Wilde tyme or creeping tyme.*] Herbæ genus est, teste Dioscoride, quod alio nomine serpyllum sylvestre vocatur. Nascitur in solo inculto, menthæ hortensi simile, odoratius tamen, & latiore folio. Officinæ *balsamitam* vocant. Solet autē hæc herba unà cum myrto coronis adhiberi. Ovid. 4. Fastorū: Cumq; sua dominæ data grata sisymbria myrto. ¶ Est præterea aliud Sisymbrii genus, locis riguis gaudēs; quod alii Cardaminam, alii sion, vulgus autem *Nasturtium aquaticum* vocat. Vtriusque meminit Dioscor. lib. 2. cap. 126.

Sĭsyrinchion, σισυρίγχιον, Bulbi genus, cujus imę radices hyeme crescunt: verno autem tempore, quum apparuerit viola, minuuntur ac contrahūtur, bulbo interim pinguescente. Autor Plin. lib. 19. cap. 6.

Sitanion, σιτάνιον, Frumēti genus, quod quoniam tertio à satu mense metitur, à Græcis τριμηνιαῖον, à Latinis etiam trimestre dicitur, toti Alpino tractui, atque adeò frigidioribus omnibus regionibus notissimum certissimumq; agricolis famis levamen, quoties [illegible] nives altiores, aut aquæ affluentiores maturam sationem prohibuerunt. [Pol. *Iare zyto.*] ¶ Hinc Sitanius panis ex sitanio frumento confectus. Plin. lib. 22. cap. 25. de panis generibus loquens: Sitanius: hoc est, trimestris incussa in facie, aut desquamata cum melle aptissimè curat.

Sītarchĭă, σιταρχία, Annonæ vel commeatus præfectura: Sitarchus annonæ vel commeatus præfectus. [Pol. *Ten ktori prænosq obmislia mpanistwie.*] A Græco σῖτος sive σῖτον, quorum illud cibum, hoc frumētum significat: & ἀρχή, quod magistratum denotat, sive præfecturam.

Sitella. Vide SITVLA.

Sĭtĭcĭnēs, pen. corr. Dicti sunt, teste Gellio, qui apud sitos canere soliti essent: hoc est, vita functos, & sepulcro ad tempus conditos. Plura de hoc Gell. lib. 20. cap. 2, ex sententia Attei Capitonis, & Nonius de Proserpina.

Sĭtĭs, hujus sitis, f.t. Est appetitus bibēdi. [צמא tsamá צמאה tsimeáh צמאון tsimmaón δίψα. Gall. *Soif, convoitise, & envie de boire.* Ital. *Sete.* Ger. Durst. Bel. Dorst. Hisp. *La sed, appetito de bever.* Pol. *Praguienie.* Vng. *Zomusag.* Ang. *Thrist, or appetit of drink.*] Cic. 1. de Finib. Quum cibo, & potione fames, sitisq; depulsa esset. Idem 2. de Fin. Est ne quæso, *inquam*, sitienti in bibendo voluptas? Quis istud, *inquit*, posset negare? Eadémne, *inquam*, quæ restincta siti? Imò alio genere: nam restincta sitis stabilitatem voluptatis habet, *inquit*: illa autē voluptas ipsius restinctionis in motu est. Virgil. 5. Aeglog. Tale tuum carmen nobis divine poeta, Quale sopor fessis in gramine: quale per æstū Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. ¶ Per translationem etiam sitis dicitur nimia rei alicujus aviditas. Cic. in Parad. Neq; enim unquā explētur, nec satiatur cupiditatis sitis. Horat. 1. Epist. 18: Quem tenet argenti sitis importuna, famesque.

Sĭtĭo, is, ire, n.q. Appeto bibere, siti laboro. [צמא tsamá. διψάω. Gall. *Avoir soif.* Ital. *Haver sete.* Ger. Dürsten/durst haben. Bel. Dorst hebben. Hisp. *Haver sed.* Pol. *Pragnę.* Vng. *Zomuhozom.* Ang. *To thrist.*] Cic. in Pison. Ipse cum paucis ad portam sitiens perveni. Transfertur etiam ad plantas, quæ tunc sitire dicuntur, quum sicciores sunt, humoremq; desiderant. Cic. in Orat. Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis utitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum, gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. Virgil. 4. Georg. Quum sitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra est. ¶ Aliquando etiam Sitire accipitur pro vehementer cupere; sicut sitis pro vehementi rei alicujus aviditate. Iustinus: Satiare sanguine, quem semper sitisti. Cic. ad Qu. Frat. lib. 3: Nec sitio honores, nec desidero gloriam. Idem 5. Philip. Etenim aderat L. frater gladiator Asiaticus, qui Myrmillo Mylasis depugnarat, sanguinem nostrum sitiebat. ¶ Passivo sitior, usus est Ovid. lib. 1. Fast. Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Sĭtĭens, tis, participium, & aliquando nomen, & ponitur pro cupido, avido: [צמא tsamé διψῶν, διψαλέος. Gall. *Qui a soif, sec.* Ital. *Chi a sete.* Ger. Dürstend/durst habend. Hisp. *Que tiene sed.* Pol. *Pragnaci.* Vng. *Zomus hozo.* An. *That thrissteth or is drie.*] ut, Sitiens hortus. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 9: Nec dubitem longis purgare ligonibus arva, Et dare, jam sitiens quas bibat hortus aquas. Virg. 4. Georg. Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem Hauserat, &c. Idem 1. Aeglog. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros.

Sĭtĭentĕr, adverbium, Ardenter. [διψητικῶς διψαλέως. Gall. *Ardemment, avec grande convoitise.* Ital. *Ardentemente, con grand desio.* Ger. Durstiglich/ begirlich als ob einem dürstete. Hisp. *Con mucho ardor y codicia.* Pol. *Pragnac.* Vng. *Zomuhozo.* Ang. *With great desire and thrist.*] Cic. 4. Tusc. Nec sitienter quid appetens.

Sĭtĭcŭlōsŭs, a, um, Sitim afferens. [צמא tsamé. δίψιος. Gall. *Sans humeur, essardé & altéré.* Ital. *Che fa sete.* Ger. Das durst bringt. Hisp. *Cosa que haze sed.* Pol. *Pragnienie czyniaci.* Vng. *Zomusag hozo, Zomuhoztato.* Ang. *Very thristie, without humour, drie.*] Plinius lib. 23. cap. 6: Melimela, & reliqua dulcia stomachum & ventrem solvunt, siticulosa, æstuosa, sed nervos non lædunt. ¶ Interdum significat siccus, aridus, & vehementer sitiens. [διψαλέος. Gall. *Qui a grande soif: essardé & altéré.* Ital. *Chi a grand sete.* Ger. Fast dürr und durstig. Hisp. *Cosa que tiene mucha sed.*] Loca siticulosa. Colum. lib. 23. cap. 6: Sed si aspera, & siticulosa loca arboribus obserenda sint, neq; populus neq; ulmus tàm idoneæ sunt, quàm orni. Horat. 3. Epod. Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuleiæ.

Sĭtĭbundŭs, Vehementer sitiens: & per translationem idem quod siccus, & humoris omnis expers. [צמא tsamé. διψαλέος.]

Sĭtŏcōmĭă, f.p. [σιτοκομία. Ger. Kornherrn Ampt/Proviandtmeisterey. Pol. *Vrząd tego ktori pienosi obmislia.*] Dignitas eorū qui frumentum & annonam curabant. Qui verò magistratu hoc fungebantur, σιτοκόμοι dicebantur: quasi τοῦ σίτου κόμοι, quasi præfecti seu curatores annonæ. Arcad. l. Munerum, de Muneribus & honoribus: Personale munus est, cura emēdi frumen-

ti & olei: nam harum specierum curatores, quos σιτώνας Græci vocant, creari moris est.

Sĭtŭlă, æ, f.p. Vas est ad hauriendam aquam accommodum: à sitiendo dictum, quòd aquam sitiat. [דְּלִי deli כַּד chadh. κάλπη, κάλπις. Gall. Seau ou seille à porter eau. Ital. Secchiella. Ger. Ein geschirr mit dem man wasser schöpfft / ein kübel / schüssen. Bel. Eemer / ater. Hisp. Herrada para sacar agua. Pol. Wiadro, wiebrek. Vng. Kapenya. Ang. A paile or bucket to drawe or carie water in.] ¶ Nonnunquam etiam urna, è qua sortes ducuntur. Plautus Casin: Et situlam huc tecum afferto cū aqua, & sortes. Plaut. in Casin. Sortiar illa in situla.

Sĭtellă, læ, diminutivum est à Situla. [καλπίδιον. Gall. Petit seau, petite seille à porter eau. Ital. Secchiella, picciola secchia da portare acqua. Ger. Ein klein geschirrlin wasser zu schöpffen / ein schapff / ein gelte. Bel. Een tālie. Hisp. Pequeña herrada para sacar agua. Pol. Wiaderczek. Vng. Kapenyatska. Ang. A litle paile or bucket to carie water in.] Quemadmodum Matella à matula. Accipitur frequenter pro situla sive urna, è quā sortes duci consueverunt. Livius 5. bel. Pun. Tribuni populum summoverunt: sitellaq; allata est ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. Plaut. Cas. Conjiciam sortes in sitellam, & sortiar Tibi & Chalino.

Sĭtŭs, a, um, Positus. [מֻנָּח munnach κείμενος. Gall. Situé, mis, & posé. Ital. Posto, messo. Ger. Gelegt oder gesetzt. Hisp. Puesto, situado. Pol. Położony. Vng. Helyheztetet. Ang. Placed, situate.] Liv. 10. Bel. Pun. Ea sinum ab alto claudit, in quo sita est Carthago Terent. in Adelphis: In te spes omnis Hegio nobis est. Cicer. 1. de Finibus: Est autem situm in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucundè ac suaviter meminerimus. ¶ Accipitur aliquando situs, pro conditus. Tacitus lib. 3: Vrbemq; Philippopolim à Macedone Philippo sitam. ¶ Situs præterea dicitur pro sepulto. Plaut. in Milite: Scio crucem futuram mihi sepulcrum: ibi enim mei majores sunt siti.

Sĭtŭs, tus, m q. Lanugo ex humore creata, præsertim in locis Sole carentibus. [εὐρώς, ἄζος. Gall. Chansissure, moisissure, & relend, crasse & ordure. Ital. Sito, ruto, rosso, mussa. Ger. Schimmel oder schimlgkeit / die grawe wüstechtige materi so von feüchte entspringt. Bel. Mos. Hisp. Suziedad, moho. Pol. Pleśń. Vng. Penez. Ang. Ordure and mousinesse in a wett place wher the sunne shyneth not.] Valla lib. 6: Situs, sordes, & illuvies illa, qualis nascitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. Virgil. 6. Aeneid. Sed me jussa deûm, quæ nunc has ire per umbras, Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam, Imperiis egère suis. Solet autem in locis situlentis odor quidam teter & fœdus olfactantium nares offendere, qui & ipse situs dicitur. Plin. lib. 21: Pessimum esse crocum quod situm redolet. ¶ Accipitur & situs pro squaliore quodam corporis, quū scilicet cultu omni neglecto corpus horriditatem quandam, & ingratum contrahit odorem, quem etiam pædorem dicimus, cujusmodi libro 5. describit Lucretius: Fœda situ macies. ¶ Quinetiam vitibus ipsis Colum. lib. 5, situm assignat: Iam verò (inquit) muscus qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, situq; & veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est ¶ Accipitur aliquando situs pro torpore & inertia ex diutino otio. Virgil. 7. Aeneid. Sed te victa situ, veriq; effœta senectus. O' mater, curis nequicquàm exercet. Quem locum explicans Donatus: Situs, inquit, est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt species, uno in loco prolixo tempore constitutæ. Vnde Senectus vita situ, quasi otio, & nihil agendo corrupta. Huic non dissimile est illud apud Virg. 1. Georg. Et segnem patiere situ durescere campū: id est, quiete & intermissione arandi. ¶ Situs præterea dicitur qualitas, & positio loci. [מַנַּחַת manachath תְּכוּנָה tecumeth. τοποθεσία. Gall. Situation, assiette. Ital. Situatione. Ger. Gelegenheit. Hisp. El sitio ò disposition de lugar. Pol. Położenie. Vng. Helheztetet allas.] Cæsar 5. bel. Gall. Sub castris ejus vagabantur, aliàs ut situm castrorum cognosceret, aliàs collocandi, aut territandi causa.

Sĭvĕ, conjunctio, quum ex si & ve composita sit, duorum generum vim simul obtinere videtur. [אוֹ o. εἴτε. Gall. Ou bien, ou si, soit que. Ital. O, ouero, che. Ger. Oder / oder. Hisp. O. Pol. Lesli, albo, badź, choćiaś. Vng. Akar, avagy. Ang. Or elles.] Itaq; quum orationem inchoat, minimè mirum est, si præter morem aliarum conjunctionum tres minimum sensus postulat, quum & SI continuativa suam apodosin, & VE alteram disjunctivam exigit: ut, Sive me amas, sive odisti, non magni æstimo. Aliquando quatuor. Ovidius in Epist. Penelopes: Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victū, Antilochus nostri causa timoris erat: Sive Menœtiadem falsis cecidisse sub armis, Flebam successu posse carere dolos. ¶ Aliquādo simpliciter pro Vel ponitur. Cic. ad Qu. Frat. Quapropter hoc te primùm rogo, ne cōtrahas, aut demittas animum, néve te obrui, tanquā fluctu, sic magnitudine negotii sinas, contraq; te erigas, & resistas, sive etiam ultrò occurras negotiis.

Smărăgdĭtēs, σμαραγδίτης. Gemma viridis coloris, quam alio nomine carchedoniam vocāt, quòd circa Carchedonem hoc est, juxta Carthaginem legebatur. Vide Plinium libro 37. capite 5.

Smărăgdŭs, m. f. [σμάραγδος. Gall. Vne esmeraude. Ital. Smeraldo. Ger. Ein Smaragd / ist ein grün edelgestein. Hisp. La esmeralda piedra preciosa. Pol. Szmaragd. Vng. Smaragd. Ang. A Smaragd stone.] Gemma viridis & translucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. Plin. lib. 37. cap. 5: Tertia autoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus jucundior est. Nam herbas quoque virentes & frondes avidè spectamus: smaragdos verò tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Martialis lib. 5: Sardonicas, smaragdos, adamantas, jaspides uno Portat in articulo. Ovid 2. Amor. Eleg. 6: Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos. ¶ Est autem smaragdus ferè generis masculini, ut sæpius apud Plin. lib. ult. cap. 5. Apud Suidam tamen invenitur articulo fœminino junctum.

Smărĭs, idis, σμαρίς, Piscis exigui genus mari peculiare, quod Theodorus ex Aristotele cerrum vertit. Plinius libro 32. capite 2: Mulieribus lactis copiam facit glaucifcus è jure sumptus, & smarides cum ptisana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ.

Smēgmă, smegmatis, n. t. [בּוֹרִית borith. σμῆγμα. Gall. Savon, nettoyement, ce qui sert à nettoyer. Ital. Sapone. Ger. Seiffen / oder was sebes so reiniget vnd abseüberet. Hisp. Xabon. Pol. Mydło. Vng. Zappan. Ang. Sope, or any thing to clense with.] Sapo, aliudve quid abstergendi habens facultatem. ἀπὸ τοῦ σμήχειν, quod est abstergere, sive purgare. Plin. libro 22. cap. 25: Si verò cœlesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit, quo solent fovere gangrænas.

Smēgmătĭcŭs, adjectivum. [σμηκτικός, σμηγματικός. Gall. Qui a vertu & puissance de nettoyer, purger ou abstenger. Ital. Cosa ch' ha virtù di purgare & nettare. Ger. Das die krafft hat zu reinigen oder ab zu seüberen. Hisp. Cosa para limpiar. Pol. Rzecz wszelaka ktora [illegible]. Vng. Tisztito mint az zappan. Ang. That hath force to clense, as sope.] Idem quod abstersivus. Plin. lib. 31. cap. 7: Sudorem cit, alvum solvit in vino & aqua, acopicis & smegmaticis utilis: hoc est, medicamentis quæ lassitudinem tollunt, & detersoriis.

Smēctĭcŭs, a, um, σμηκτικός, Quod habet vim abstergendi, unde smectica vis dicitur, quæ & smegmatica: id est, abstersiva. Plin. lib. 30. cap. 4: Omnium autem cochlearum cinis spissat, calfacit smectica vi.

Smīlăx, smilacis, penult. genitivi corr. f. t. [σμῖλαξ. Gall. Vn arbre nommé If. Ital. Nasso, tasso. Ger. Eybenbaum. Hisp. Texo. Pol. Iedlina. Vng. Merges tegnuefa. Ang. An ewe tree.] Arbor est abietem magnitudine & foliis referens, in Italia & Narbonensi Gallia, Hispaniæ contermina, abundans: quam Latini, Dioscoride teste, taxum appellant. Baccas habet lethales, in Hispania præcipuè. Ligno quoq; exitialis est, adeò, ut compertum sit lagenas viatorias ex eo cōfectas, ex iis bibentibus exitio fuisse. In Arcadia verò etiam umbram lethiferam esse tradunt sub ea aut dormientibus, aut cibum sumentibus. Galli Ifum vocant, puniceam arcubus materiā suppeditans. ¶ Smilax hortensis. [σμῖλαξ κηπαία. Gall. Faseoles. Ital. Fagiuoli, [illegible]. Ger. Kleine fasselnn / sind ein art welscher bonen. Hisp. Fasoles. Pol. Wie logrech, wl' oski bob. Vng. Törők bab.] Frutex est hederæ foliis, sed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreolis vicinis fruticibus circunvolutis, qui in tantam altitudinem excrescunt, ut topiarias scenas repræsentare videantur. Siliquas habet fœnogræci, sed longiores, & torosiores, in quibus semina includuntur renibus similia, inæqualiter fulvescentia. Aetius unà cum recentioribus eandem hanc plantam esse existimat, quam alio nomine phasiolum appellant, non illum quidem candidum, sed rubentem, qui & lobos & dolichos dicitur. ¶ Est & smilax aspera. [σμῖλαξ τραχεῖα. Gall. Smilax aspera. Ital. Hedera spinosa, rouo ceruino. Ger. Stechende winden / oder scharpff winden / flechtl sich vmb die zeün vnd wendlöcher. Hisp. Legarda.] Frutex hederæ similis, densis geniculatis caulibus, spinosus, fruticosis ramis, folio hederaceo, flore candido, olente lilium, infausta omnibus sacris & coronis, eò quòd lugubris sit, puella ejusdem nominis ob amorem Croci juvenis in hunc fruticem, aut in flores ejus commutata. Ovid. lib. 4. Metamorph. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores. ¶ Est & smilax lævis. [σμῖλαξ λεία. Gall. Liset. Ital. Volucbio maggiore. Ger. Glatt winden / zaungloccken. Hisp. La campanilla, correguela mayor.] Foliis hederæ non dissimilibus, sed mollioribus, lævioribus, & tenuioribus, nullis horrens spinis. Circumvolvitur arboribus: fructumq; parit lupini modo nigrum, exiguis floribus in cacumine perpetuis, multos, & tenendis.

Smȳrnĭŭm, n. f. [σμύρνιον. Ger. Eppich / wie man meynt. Pol. Lubczyk.]

Lobshyk.] Herba est ex dauci generibus, myrrhæ odorem referens: unde & nomen accepit. Vulgus Levisticum appellat. Descriptionem ejus vide apud Plin. lib. 12. cap. 13. Theophrastum lib. 6. cap. 5. & Dioscor. lib. 2. cap. 77.

S. ante O.

Sŏbŏlēs, f. t. Proles, ab olescendo, i. crescendo dicta. [זרע zérah מיליים milim מאמים tsoetsaim. Gall. Race, lignée, engeance. Ital. Successione, figliuolanza. Ger. Ein sprost / geschlecht / jungi / auffwachsende. Bel. Racom einigen. Hisp. La generacion i linaje que descende. Pol. Rozpl / odzrosie. Vng. Magzat. Ang. Succession of children, offspring.] Plin. lib. 20. cap. 34: Amor utrique sobolis æqualis. Cic. 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio & soboles, origo est rerum publicarum. Virgil. 4. Eclog. Chara deûm soboles, magnum Iovis incrementum. Idem 4. Aeneid. Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles. Cic. 3. de Legib. Censores populi ætatis, soboles, familias, pecuniasq; censento.

Sŏbŏlēsco, scis, ere, n. t. Subnascor, succrescо. [רבה rabáh נטע nátah. Gall. Croître & multiplier la bonne, s'propler. Ital. Figliuolare. Ger. Sich mehren / auffwachsen. Hisp. Crecer en generacion. Pol. Rozradzam sie. Vng. Tenyészem. Ang. To increase and multiplie.] Livius 9. bel. Pun. illis Romanam plebem, illis Latium juventutem præbuisse majorem semper, frequentioremque pro tot cæsis exercitibus sobolescentem. Quò tamen in loco sobolescentem potiùs legendum videtur.

Sobrīnī, m. f. Duarum pluriúmve sororum filii, quasi sororini. [ἀνεψιοί. Gall. Cousins germains. Ital. Cugini germani, figliuoli di sorella. Ger. Geschwisterte kind / zweyer Schwestern kind. Hisp. Primos hijos de hermanas. Pol. Cioteczni bracia. Vng. Ket attya fi ángyok fia. Ang. Cousins germanes, siller sonnes.] Terent. in And. Quem video esíne hic Crito sobrinus Chrysidis? Idem in Phorm. Eho tu sobrinum tuum non noras?

Sŏbrĭus, a, um, Non ebrius, sanæ mentis. [νήφων, νηφάλιος. Gall. Sobre, sage. Ital. Sobrio. Ger. Nüchter / mässig mit essen vnnd trincken. Bel. Nuechter. Hisp. Cosa templada en beuer. Pol. Trzeźwi. Vng. Józan. Ang. Sober, wise, temperat.] Terent. in Andr. Tu pol homo non es sobrius. Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii. Pocula sobria Tibul. lib. 1. Eleg. 11: at ipse bibebam Sobria suppósita pocula victor aqua. ¶ Rura sobria: id est, in quibus antea vinum non nascebatur. Statius 4. Syl. sic vitifero sub palmite nudos Vmbravit colles, & sobria rura Lyæus.

Sobrĭē, adverbium, Temperanter. [νηφαλίως. Gall. Sobrement, sagement. Ital. Sobriamente, saviamente. Ger. Zu nüchterkeit / mässigkeit. Hisp. Templadamente. Pol. Trzeźwie. Vng. Józanon. Ang. Soberly, temperatly.] Cicer. 1. Offic. Intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter vivere, quamq; honestum parcè, continenter, severè, sobriè.

Sŏccŭs, ci, per duplex c, Genus calceamenti, humilius cothurno, quòd non tantùm comœdorum erat (ut apud Horatium: Huic socci cepêre pedem) sed etiam mulierum. [ἐμβάς. Gall. Brodequin commun aux hommes & aux femmes. Ital. Foggia antiqua di scarpe. Ger. Sockschuh oder sockstifel. Hisp. El abarca de madera o cuero. Pol. Szkarperka, kapcia. Vng. Kapcza. Ang. A kinde of shoes, brodekins.] Sueton. de Calig. Sæpè gemmatas, depictasque penulas indutus, manulatus & armillatus in publicum processit: aliquando sericatus & cycladatus ac modò in crepidis vel cothurnis, modò in spiculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri.

Sŏccŭlus, i, diminutivum, Parvus soccus. ἐμβάδιον. Suetonius in Vitell. Pro maximo munere à Messalina petiit, ut sibi pedes præbere excalciandos; detractumq; socculum dextrum, interrogam, tunicasq; gestavit assiduè. Plin. lib. 9. cap. 35: Quin & pedibus margaritas, nec crepidarum tantùm obstragulis sed tonis socculis addunt.

Sŏccātŭs, Socculos gerens. [Pol. Wkapcie obuti. Vn. Kepcsős, kapcsa viselő.] Seneca libro 2. de Beneficentia: Parum enim fœdè, fanoseq; insolens fuerat, qui de capite consularis viri socciatus audiebat nisi in os senatoris ingessisset imperator pilos soccos.

Sŏcĕr, ceri, peu. corr. m. f. Vxoris meæ pater, à quo fœminineum, Socrus, uxoris meæ mater. [חתן chathán חם cham. πενθερός. Gall. Le pere de la femme de marié, le beau pere. Ital. Socero, suocero, padre della moglie, padre del marito. Ger. Schwäher. Bel. Ein Swager. Hisp. El suegro padre del marido ò de la muger. Pol. Teściec męża. Vng. Ipa. Ang. My father in law.] πενθερά. Cic. 1. Offic. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. ¶ Socer magnus, uxoris meæ avus, qui & prosocer dicitur: cujus relativum est progener. Sic etiam avus meus, socer magnus est uxoris meæ, illa illi pronurus. ¶ Socer autem & socrus dicuntur, quia sibi generum associent. Consoceros vocant, quorum filii inter se matrimonio copulati sunt. Verbi gratia. Ego illi cŏsocer sum, & ille mihi consocer est, cujus filio filia mea nupsit.

Sŏcĕrŭs, ri. Idem qui & socer. Plaut. in Menæch. Abiit soceruus, abiit medicus, nunc solus sum.

Sŏcĭālĭs, Sociabilis, Socio, Vide SOCIVS.

Sŏcĭŭs, socii, m. f. Qui pari consilio, spe, & periculo rem aliquam cum altero aggreditur. [חבר chabér רעה réah רע réah. Gall. Compagnon. Ital. Compagno. Ger. Ein Gesell. Bel. Een medegesell / beciathtich. Hisp. Companero. Pol. Towarzysz. Vng. Tars. Ang. A companion, or fellow.] Cicero 5. Verr. Nam socii putandi sunt, quos inter res communicata est. Idem ad Att. libro 11: Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium. Lucan. libro 1: Nulla fides regni sociis. Virgil. 2. Aeneid. Addunt se socios Riphæus, & maximus armis Iphitus. ¶ Hinc Romani socios suos appellabant, quos ita fœdere conjunctos habebant, ut & belli & pacis essent participes. συμμάχους. ¶ Inter negotiatores quoque socii dicuntur, qui lucri damnique communionem inierunt. Cicer. pro Q. Rosc. Qui socium fallit, in virorum bonorum numero non est habendus. Societatis itaque conjunctio fortunarum, & periculi communionem importat: fitq; propemodum inter pares. ¶ Comitum verò appellatio propnè ad eos pertinet, qui non tàm sui causa, quàm ut alium prosequantur, iter, aut expeditionem arripiunt. Cæsar de Labieno: Quum se victoriæ Pompeii comitem esse mallet, quàm socium Cæsaris. ¶ Sodales verò (ut Cajo Iurisconsulto placet) proprè dicuntur qui ejusdem sunt collegii: aut certè qui rerum leviorum jucundiorumq; inter se sunt participes. ¶ Hinc deducitur fœmininum Socia. [חברת chabéreth ἑταίρα. Gall. Compagne. Ital. Compagna. Ger. Ein Gesellin / Gespil. Hisp. Companiera.] Vt Tori sociatid est, uxor, quæ quum marito non prosperæ solùm fortunæ, sed & adversæ societatem iniit. Ovid. 10. Metamorph. Appellatq; tori sociam.

Sŏcĭi Lātīnī, dicebant veteres conjunctè, quum tamen & de sociis: id est, Italis extra Latium, & de Latinis intelligerent: sicuti, æquum bonum, copula omissa pro æquum & bonum. Sic, Socii Latini nominis, pro, socii, & qui erant Latini nominis: nam Latini, quum ipsi quoque socii essent, proprio etiam nomine à reliquis Italis distinguebantur, & proprio tamen jure fruebantur. Vnde, jus Latii, & jus Italicum, diverè posita. Erat igitur socii nomen generale, sicuti & fœderati: tàm enim socii fœderatique Latini, quàm reliqui Itali. Livius lib. XLI: Moverunt senatum, inquit, legationes sociûm nominis Latini, summa querelarum erat, cives suos, Romæ censos, pletosq; Romam commigrasse: quod si permitteretur, perpaucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri nullum militem dare possent dixit, Sociûm nominis Latini, pro sociorum, & nominis Latini, quod idem Livius ibidem ostendit: subjungit enim: Lex sociis, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat ut cives Romani fierent: ea lege malè utendo, alii sociis, alii populo Rom. injuriam faciebant: nam & ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant, libertinique cives essent: & quibus stirps deesset, quam relinquerent, cives Romani fiebant. hic duo sunt animadvertenda, primùm de quibus dixerat, socium nominis Latini, de isdem intulisse sociis, ac nominis Latini: deinde, cùm in eo Sociis, ac nominis Latini, distinxisset, ac separasset sòcios à Latinis, uno tamen postea nomine simul omnes comprehendisse, cùm dixerit: Alii sociis, alii populo Rom. injuriam faciebant, ut appareat, quanquam Latini ac reliqui Itali non eodem jure essent, æquè tamen omnes societate junctos fuisse populo Rom. est etiam eadem de re, versibus aliquòt interjectis, ejusdem generis exemplum: Legem, inquit, de sociis C. Claudius tulit S.C. & edixit: qui socii ac nominis Latini ipsi majorésve eorum, M. Claudio, T. Quintio censoribus, postque ea apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Cal. Novembr. rediret. & lib. XLII. cùm de isdem loqueretur: Posthumius, inquit, consul pro concione edixerat qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudii consulis redire in civitates suas debuissent, nequis eorum Romæ, & omnes in suis civitatibus censerêtur: sexcêta sunt hujusmodi: tùm apud hunc, tùm apud alios: quæ legendo, siquis voluerit, observet. Ex Pauli Manutii observationibus.

Sŏcĭŭs, a, um, adj. est. Commune, quod est sociorum. [חברת chabéreth. κοινωνός, ἑταιρικός. Gal. Compagnon, complice, allie. Ital. Compagno, complice. Germ. Gesellig. Hisp. Companero. Pol. Towarzyski. Vng. Közz. Ang. Belonging to companions or fellowes.] Ovid. 3. Metam. Dis maris exceptum socio dignantur honores: id est, honoris societate dignatur. Ovid. 5. Trist. Eleg. 11: Exercent illi sociæ commercia linguæ. Virg. 2. Aen. Primus se Danaûm magna comitante caterva Androgeos offert nobis socia agmina credens Inscius. Socia nox, quæ alicujus facinoris perpetrationem

perpetrationem juvat. Cicer. 2. Philip. Quum tamen tu nocte socia hortante libidine.

Sōcĭālĭs, sociale, om. t. Quod est sociorum: ut amor socialis, qualis esse solet inter socios. [συμμαχικός, συνεργός. Gall. De cōpagnie, d'alliance ou d'allier. Ital. Compagnevole, da compagno. Ger. Gesellig / das der Gesellen ist. Hisp. Cosa pertenesciente à tales compannero. Pol. Towarzyski. Vng. Tarsalkodaske. Ang. That is sociable or beareth companie or fellowship.] Ovid. 7. Metamorph. Mutua cura duos, & amor socialis habebat. Anni sociales. Idem 2. Tristium: Livia sic tecum sociales impleat annos. Sociale bellum, quod cum sociis gestum est. Fœdus sociale, Liv. 4. belli Macedon. Quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coeant.

Sōcĭālĭtĕr, adverbium, quo usus est Horatius de Arte: non ut de sede secunda Cederet, aut quarta socialiter. [συνεργικῶς, συμμαχικῶς. Gall. Selon le droit de societé & compagnie. Ital. Come se conviene alla compagnia. Ger. Geselligtlich. Hisp. A compannando ò en companna. Pol. Towarzyskie. Vng. Tarsalkodna. Ang. Lyk companions, or like fellowes.]

Sōcĭābĭlĭs, sociabile, om. t. Quod facilè conjungitur alteri. [συνεκτικός. Gall. Compagnable, qui s'accompagne. Ital. Compagnevole, sociabile. Ger. Gesellig / das sich zusammen gesellen oder fügen lasst. Hisp. Cosa compannera. Pol. Skłonny do towarzystwa. Vng. Tarsasagra valo tarsalkodo. Ang. Sociable, that beareth or hath companie with an other.] Plinius lib. 16. cap. 42: Eadem & curribus maximè sociabilis glutino, in tantum ut findatur antè quam solida est. Livius bell. Maced. Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionē inter binos Lacedæmoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis, patriæq;.

Sōcĭālĭtās, tatis, f. t. pro societate seu sodalitio. Vox est tatis infrequens classicis scriptoribus, qua tamē usus est Plinius Iunior in Paneg. [חבר chéber חברה chebráh. κοινωνία. Gall. Bande & compagnie, assemblée de compagnons. Ital. Compagnanza, compagnia. Ger. Gesellschafft. Hisp. Compania en trabajos. Pol. Towarzystwo. Vng. Tarsasag. Ang. A companying, a fellowship.] Nō remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas interesset.

Sōcĭĕtās, f. t. Communitas, communio fortunæ, & periculi participatio, quæ fit quum socium ad aliquod negotium gerendum nobis adjungimus. [חבר chéber חברה chebráh. κοινωνία. Gall. Societé, compagnie. Ital. Compagnia. Ger. Gesellschafft. Hisp. Compania. Pol. Towarzystwo. Vng. Tarsasag. Ang. Fellowship, companie, societie.] Cicero 1. Ver. Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre ejuimodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. Idem pro Quintio: Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in hæreditaria societate fraudarat. Liv. 8. bell. Maced. Decreverunt renuntiandam societatem Acheis. Livius 1. ab Vrbe: Infida regni societas.

Sōcĭo, as, act. p. Iūgo: quasi sociū socio appono, cōsocio, conjūgo. [חבר chabber. συμπίζευγνυμι, συνεζεύγνυμι. Gall. Accompagner, consoindre, associer, assembler. Ital. Accompagnare. Ger. Zusammen gesellen oder fügen. Hisp. Accompannar. Pol. Stowarzyszam. Vng. Tarsalkodatom felek bizerbem tarsul adam. Ang. To joyne together, to confederate, to accompanie.] Col. lib. 4: At ii qui cum scientia sociaverint diligentiam. Virgilius 1. Aeneidos: terræq; maris que Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos, Vrbe domo socias. Ovid. 10. Metamorph. quōd si fœlicior essem, Nec mihi conjugium fata importuna negarent, Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem. ¶ Ejus composita sunt, Associo, Consocio, & Dissocio: quorum significata vide suis locis.

Sōcĭātus, a, um. [מחבר mechabbér. συζεύγνυμι, συνεζεύγνυμι.] Ovid. 11. Metamorph. tumuli de vertice cernunt Orphea percussis sociantem carmina nervis.

Sōcĭāndūs, a, um. Horat. 4. Carm. Ode 9: Verba loquor sociandā chordis.

Sōcĭātūs, a, um. [מחבר mechubbár. συζεύγνυμι, συνεζεύγνυμι. Gall. Accompagné. Ital. Accompagnato. Ger. Zugesellet. Hisp. Accompannado. Pol. Stowarzyszony. Vng. Tarsalkodot tarsul adatot. Ang. Accompanied.] Ovid. 2. Amor. Eleg. 7: Quis fuit inter nos sociati corporis index? Idem in Ibin: Perpetuoq; mihi sociatam fœdere lecti.

Sōcĭātŭs, tūs, verbale, f. t. [מחברת mechabbéreth. συζευγεία.] Valer. Flac. 5. Argon. Sed me nuda fides, sanctiq; potentia justi Huc tulit, ac medii sociatrix gratia Phryxi.

Sōcĕnŭs, Antiquis in usu fuit pro socio: quod & Nonius annotavit. Plaut. in Aulul. Ibo intrò, atque illic socieno tuo jam interstringam gulam.

Sōcŏrs, Socordia. Vide SECORS.

Socrŭs, hujus socrus, f. q. Vxoris mater, aut mariti: nam & ad generum, & ad nurum refertur. [חמות chamóth. κοσκινή. Gall. Belle mere, la mere de la femme ou du mari. Ital. Socera, madonna, madre de la maglie ò del marito. Ger. Ein Schwiger / des Ehemans oder Ehefrauwen Muter. Hisp. Suegra, madre de marido ò muger. Pol. Swekra, matczyni meska. Vng. Napa. Ang. My wife mother or mother in law.] Cicer. pro Cluent. Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis autoribus, funestis omnibus omnium. Claud. 1. in Eutrop. qualis venit arida socrus, Longinquam visura nurum.

Sōdālĭs, hujus sodalis, m. t. Rerum lętiorum, læviorumq; cum altero particeps. [חבר chabbér רעה réhéh. σύνευνος, συνέστιος. Gall. Compagnon proprement à boire & à manger. Ital. Compagno de comiti. Ger. Ein Gesell in schlechten und geringen sachen / Burgesell / Zächgesell. Hisp. Compannero en los plazeres. Pol. Towarzysz podlisch, rzeczach. Vng. Vegasag bely tari nyaias tari. Ang. A companion in eating and drinking.] Quint. in Gladiatore: Et tempestiva convivia & pervigiles jocos, advocata sodalium turba, solutus atq; affluens agerem. Cic. pro Planc. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Virgil. 10. Aeneid. nam Pallas antè ruentem Dum furit incautum crudeli morte sodalis, Excipit, atq; ensem tumido in pulmone recondit. Horat. 1. Car. Ode 63: Caris multa sodalibus, &c. Ovid. 1. de Arte: Heu facinus, non est hostis metuendus amanti, Quos credis fidos, effuge, tutus eris. Cognatum fratremq; cave, fidumq; sodalem: Prębebit veros hæc tibi turba metus. ¶ Cajus Iurisconsultus Sodales interpretatur, qui sunt ejusdem collegii.

Sōdālĭtās, atis, f. t. Collegium, seu familiaritas, & convictus multorum. [חבר chéber חברה chebráh. συνουσία. Gall. Communauté, compagnie de gens beuvans & mangeans ensemble. Ital. Compagnia à tavola. Ger. Ein Gesellschafft als der Zunfftbrüdern / Burgesellen / ꝛc. Durß. Hisp. Compannia en los plazeres. Pol. Towarzystwo, wierna bursa. Vng. Tarsasag. Ang. Fellowship at table.] Cic. de Senec. Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt. Idem pro Cælio: Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis germanorum Lupercorum.

Sōdālĭtĭum, tii, n. f. Sodalitas. [חבר chéber חברה chebráh. Ger. Gesellschafft / Bruderschafft / Zunfft.] ad Herennium 4: Venit in ædes quædam, in quibus sodalitium erat eodem die futurū. Cic. pro Planc. Sed aliquando veniamus ad causam, in qua in nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus legis complexus es. Idem in Salust. Non ita est, sed abin in sodalitium sacrilegii Nigidiani. Dulce sodalitiū, Catul. Epig. 95.

Sōdēs, Quidam adverbium precationem vel exhortationem denotans, arbitrantur. ἄγε. Priscianus putat esse verbum defectivum, quum ait: Quædam verba esse, quæ in usu deficiunt personis, ut Cedo, Sodes, Salve, Ave, Furis, Infit, Inquam, Foret, Fio. Dictum Sodes, pro si audes, ut Sis, pro si vis: Fiere pro in loco. Cic in Orat. Libenter etiam copulando verba junxerunt Sodes, pro si audes, Sis pro si vis. Soluto hoc verbo usus est Plautus: Dic mihi, inquis, si audes quā ducere vis uxorem. Cornutus in Persium, Sat. 3.

Sōl, hujus Solis, m. t. Planetarum omnium medius & temporum dispensator, ut qui adventu suo diem, recessu eodem, efficiat. [שמש schémesch. ἥλιος. Gall. Soleil. Ital. Sole. Ger. Die Sonn. Hisp. El sol. Pol. Słońce. Vng. Nap. Ang. The sunne.] Dictus Sol, quasi solus, quòd unus sit, & non plures, ut senior Cicer. 2. de Nat. deor. quodq; tantam claritatem solus obtineat, ut solus quū est exortus, obscuratis omnibus aliis appareat, quanquam Varro ostendit vocabulum esse Sabinum. Cic. 2. de Nat. deor. Sol, qui astrorum obtinet principatum. Idem 1. Tusc. Sol moderator & dux temporum. Idem de Somn. Scip. Deinde subter mediam ferè regionē Sol obtinet, dux & princeps, & moderator luminum reliquorū, mens mundi & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat. Virg. 3. Georg. Diffugiunt, nō Eure tuos, neq; Solis ad ortus. Ibidem: & pascere rursus Solis ad occasum, quū frigidus aëra Vesper Temperat, & saltus reficit jam roscida Luna. ¶ A' primo Sole: hoc est, statim post Solis ortum. Iuven. Sat. 2: officium cras Primo à sole mihi peragendum in valle Quirini. ¶ Niger Sol: hoc est, infaustus. Hor. 1. Serm. Sat. 9. Hunc ne solem Tam nigrū surrexisse mihi? Sole novo. Virg. 1. Georg. At quum sole novo terras irrorat Eous, Id est, oriente de & sole adhuc recenti, necdum ferventi, ut interpretatur Servius. ¶ Soles plurali numero, pro diebus legimus. Virg. lib. 3. Aen. Tres adeō incertos cæca caligine soles Eramus pelago. ¶ Et soles, Solis splendores vel radii dicuntur. Martialis: Hyberna objecta Nouis specularia puros Admittunt soles, & sine sacc dies. ¶ Item Soles, æstus, vel ardores Solis Horat. 1. Epist. 11 Corporis exigui, præcanum, solibus aptum. ¶ Hinc insolo, as, de quo suprà ἐνιαυτός.

Sōlĭfĕr, ra, rum, adjectivum. [ἡλιοφόρος. Gall. Qui apporte le soleil. Ital. Che porta il sole. Ger. Das die Sonnen bahn bringt. Hisp. Que trahe el sol. Pol. Słońce przynoszący. Vng. Nap hordozo. Ang. That beareth or bringeth the sunne.] Seneca Hercul. Oetæo: Aut qui solifera suppositus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Sōligĕnā æ, pen. corr. [ἡλιογενὴς. Gall. Né du soleil, de la race du soleil. Ital. Nato del sole, di razza del sole. Ger. Von der Sonnen geboren. Hisp. Hijo del sol, de linaje del sol. Pol. Narodzony z słońca. Vng. Napról született. Ang. Engendred of the sunne.] Valer. Flac. 5. Argon. nec fama f. fc in Soligenam Aeten media regnare sub Arcto.

Sōlāris, solare, Quod est Solis: [ἡλιακὸς. Gall. Du soleil. Ital. Di sole, solare. Ger. Der Sonnen. Hisp. Cosa del sol, solar. Pol. Słoneczny. Vng. Napi naphoz való. Ang. Of the sunne.] ut Radii solares, Annus solaris, quum sol expleto per omnia signa circuitu, ad id unde digressus fuerat, redit, quod fit ferè CCCLXV. diebus & quadrante. ¶ Solaris herba, teste Celso, quæ Græcè ἡλιοτρόπιον dicitur, quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo dicitantus est ejus sideris amor. Lumen solare, Ovid. 5. Trist. Eleg. 10.

Sōlānūs, a, um, pen. prod. Idem quod solaris, ἡλιακὸς. ¶ Hinc subsolanus vĕtus, qui sub sole oriĕte nasci videtur, ἀπηλιώτης.

Sōlārium, rii, n. f. Instrumentum in quo horæ ad solem conspiciuntur, veruto umbram facientè, vel pinnula. [שעון חמה, שעון חמה, שעון חמה. Gall. Un quadran ou horloge au soleil. Ital. Horologio del sole. Ger. Ein Sonnen zeit/ Sonnen vhr. Hisp. Reloz de sol. Pol. Zegar słoneczny. Vng. Hora mutato Zenus linia avagy, nap armikara mutato hora. Ang. A dial.] Cicero pro Quintio: Non ad solarium, non in campo, non in convivius versatus est. Id est, in eo loco fori Romani, in quo erat solarium, ubi otiosi deambulare solebant. Primus Romanis hoc fabricasse dicitur L. Papyrius Cursor ad ædem Quirini, duodecim annis, antequam cum Pyrrho bellatum est. Nam prius ortus tantùm & occasus Solis nominabantur, post aliquot annos adjecto meridie. ¶ Est item solarium, locus apricus in summa ædium parte, Solis calori fruendo accommodatus. Græci ἡλιοτρόπια appellant. Vlp. l. si arborem. ff. de Servitut. urban. præd. Si arbor in heliocaminio, vel solario locem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco, cui Sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. Plautus in Mil. Nam certò neq; solarium apud nos est, neque hortus ullus, neq; fenestra, nisi clatrata. ¶ Solarium pro vectigali. Vide SOLVM, soli.

Sōlāri, m. f. Dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum Siderati, qui Sidere. [ἡλιοζήρωτοι. Gall. Gastés du soleil. Ital. Guastiscamente dal sole. Ger. Krancke so von der Sonnen hitz vberttriben worden sind. Hisp. Guastados del sol. Pol. Od słońca zemdlenie. Vng. Napsugár egyébe rontatot. Ang. Burnt with the sunne.] Plin. lib. 25. cap. 6. Sic & solatis prosunt.

Sōlstĭtĭum, tii, n. f. Solis statio, quum sol ultrà non progreditur, sed retrocedere incipit. [ἡλιοστάσιον, τροπή. Gall. Solstice, le plus court iour ou le plus long de l'année. Ital. Solstitio, il giorno più longo o il più corto d'ell anno. Ger. Die widerkehrung der Sonnen/ Sonnenwendung. Hisp. El mayor ò menor dia del solstitio. Pol. Przesiąpienie słońca na zwrotnikrag. Vng. Nap meg tereso. Ang. The standing of the sunne, when he goeth neither higher nor lower.] Singulis autem annis duo solstitia sunt: unum æstivum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstivus. Hybernus est per quem sol transmittens octavam Capricorni partem solstitiũ hybernum facit, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere. Aestivus verò, per quem Sol octavam partem Cancri transmittens, solstitium æstivum facit, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Hoc autem Cæsaris ætate fiebat octavo Calen. Ianuarias, quemadmodum Aestivum solstitium octavo Cal. Iulii. Verùm ea ratio hodie nonnihil est mutata propter minuta supra CCCLXV. dies & quadrantem exuperantia. Hodie enim solstitium æstivum incidit in ipsas Idus Iunii, quemadmodum hybernum in Idus Decembris. ¶ Solstitii tamẽ nomine veteres, si nihil adjiceretur, æstivum ferè intelligebant. Virgil. lib. 1. Georg. Humida solstitia, atq; hyemes optare serenas Agricolæ. Nam quum hybernum Solstitium intelligi volebant, id non absolutè Solstitium, sed quum adjectione brumale solstitium nominabant. Colum. XVI. Cal. Ianu. quum Sol in Capricornũ transitum facit, brumale solstitium.

Sōlstĭtĭālĭs, le, om. t. ad solstitium pertinens: [τροπικὸς. Gall. Solstial, de solstice. Ital. Solstiziale. Ger. Das zu der Sonnen widerkehrt gehört. Hisp. Solstical. Pol. Przesiąpienie słońca. Vng. Nap meg tereso való. Ang. Belonging to the tyme when the sunne is at the farthest.] ut Circulus solstitialis: id est, tropicus Cancri. Plin. lib. 2. cap. 11: Item quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadunt ortu verò ad Occasum. Tempus solstitiale. Ovid. 6. Fast. Solstitialis dies. Cicer. 1. Tusc. Id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphærio locum obtinet dies brumalis, anni totius brevissimus. ¶ Solstitialis herba quæ Græcè dicitur ἡλιοτρόπιον & ἡλιοστρόφιον, quod τρέπει: id est, solstitia spectet. Plin. lib. 26. cap. 3. Condurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa collo, comprimere dicitur strumas.

Solipunga, Vide SOLIFVGA.

Sōlis gemmā. Quæ ad speciem Solis fulgentes in orbem radios habet. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sōlamĕn, solaminis, Vide SOLOR.

Sōlanum. [ἀστρόφονον. Ger. Nachtschatt.] Herba est quatuor generum, quorum unum, quod solanum sativum, sive hortense dicitur, ἀστρόφονον κηπαῖον, esui aptum est, haud magno frutice, sed alis frequentibus aligro folio, majore quàm ocymi, acinis rotundis, quum maturuerint, nigrantibus aut rufescentibus. Officinæ solatrum vocant, vulgus morellam. [Pol. Psinki, psye mesnie.] De hac herba lege Gesn. lib. 1. de Animal. Alterum halicacabon cognominant, foliis supradicto similibus, sed latioribus, caulibus quum increvĕre, in terram inclinatis. Semen fert in folliculis rotundis ad speciem vesicarum, orbiculatũ, rubens, & læve, acinorum uvæ figura. Mauritani alcaquengi nominãt: rustici in Gallia coretũ. [Pol. Moszonki. Simon de Lonicer vocat herbario, michonki.] Tertiũ figurę genus ὑπνοφόρον: hoc est, somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ: ita ut & velociùs quàm opium necem afferre credatur. Vulgus solatrum marinum vocitat. Quartum solani genus peculiariter dicitur à vi insaniã gignendi, μανικὸν. Nã drachmę pondere datur, ut sibi quis placeat, pulcherrimumq; existimet: duplicato pondere, vana spectra animo offert: triplicato legitimus, perpetuusq; subit furor, siquid adjicitur præsentanea mors rapit. Vulgus Solatrum mortale nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib 27. cap. 13.

Solaris, Solarium. Vide SOL, & SOLVM, soli.

Solātium, Vide SOLOR.

Soldum, pro solidum. Mart. lib. 1: Ex insulis fundisq; tricies soldum:

Sōldūrii. Gallicum est vocabulum, arctissimum amicorũ genus significans, quos Latinè devotos dicere possimus: eorumq; ejusmodi erat conditio, ut omnibus in vita commodis unà cum his fruerentur, quorum se amicitiæ addixissent: & siquid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem consciscerent. Autor Cæsar belli Gal. lib. 2.

Solĕă, æ, f. p. Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantùm quibusdam in superiore parte coëuntibus revinctum, quòd solo pedis subjiciatur. [נעל נחל, נעלים. Gall. Semelle, espece de soulier ou pantoufles, qui ne couurent que la plante du pié, patins. Ital. Suola. Ger. Wer aufgeschnittene schuh / ein ganung schuhen so nur ein solen hat / vnd mit einem riemen auff dem rist an fuß gebunden wird/pantoffeln. Hisp. Alcorque, chapin, ò chinela suela. Pol. Flanderki, sandaly. Vng. Solya cipő pellet. Ang. A kind of shooes that couer only the sole of the foote, also the sole of a shoot.] Plaut. in Truc. Date jam soleas, atque intrò me actutum ducite. ¶ In equis quoque & mulis soleæ dicuntur ferramenta illa quę pedibus illorum subjiciuntur. [Pol. Podkowa.] Catul. Et supinam animam gravi derelinquere cœno, Ferream ut soleam tenaci in voragine mula. ¶ Est etiam solea instrumentum quo oleum ex olivis exprimebatur. Colum. lib. 12. cap. 50: Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt, quàm trapetum, quàm canalis & solea. ¶ Item solea genus piscis plani, à similitudine soleæ. [Gall. Sole. Ital. Suola. Ger. Ein ganung eines Meerfisches/ hat ein gestalt wie ein fuß solen. Hisp. El lenguado.] Plinius lib. 11: Rhombi, soleæ, passeres, habent formam planam. ¶ Solea item dicitur materia roborea, super quam paries crattitius extruitur: ut ex Verri sententia annotavit Festus.

Sō ĕārĭī, m. f. Solearum sutores. [ἰμαντοποιοί. Gall. Cordonniers qui font de semelles. Ital. Scarpaini. Ger. Schuhschuster/ Pantoffelmacher. Hisp. Capateros que hazen suelas. Pol. Ten ktory pantofle robi. Vng. Solyás cipészek. Ang. Sole makers, or sowers of shooes.] Plaut. in Aulul. Soleatri astant, astant molochinarii.

Sōlĕātūs, m. f. Qui soleis indutus est. [ὑποδεδεμένος. Gall. Qui porte des patins. Ital. Solato. Ger. Der wer aufgeschnittene schuh oder pantoffeln anbregt. Hisp. Calcado de alcorques. Pol. Ten ktory mirzeuikach mirzeżamich chodzi. Vng. Solyás cipős. Ang. That weareth shooes to couer the soles.] Gel. lib. 13. cap. 20: Cur soleatos dixisset, qui Gallicas non soleas haberent? Cic. 7. Verr. Stetit Soleatus Prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, mulierula nixus, in littore. Martial. lib. 12: Ersi jam lotus, jam soleatus erit.

Solenes. σωλῆνες, Genus concharum, quod & onychas & digitos vocamus, itemque donacas & anias. Solenes, ut arbitror, dictũ à canaliculata longitudine. σωλῆνας enim Græci canales appellant.

Solenissæ, σωλενῆσαι. Dicuntur qui id genus concharum piscantur. Quo cognomine Philoxenum quĕdam dictum legimus; quòd primum σωλενήσας fuisset, deinde Demagogus, & postremò tyrannus effectus. Vide Cælium lib. 13. cap. 3.

Solennis, solenne, om. t. Quod quotannis fieri solet. [ἐτήσιος. Gal. Solennel, ordinaire, accoustumé. Ital. Solenne. Ger. Jährlich/ das alle

das alle jar geschicht. Bel Jaerlycx. Hisp. Cosa solenne ò cadannera. Pol Vrocżny. Vng. Mendẽn eszendöbẽ lenö Zokot. Ang. Solemne, ordinarie, accustomed.] Val. Max. Majores statas solennesq; cæremonias Pontificum scientia bene gerendarum rerum autoritate, &c. Virg. 2. Aeneid: Solennes taurum ingentem mactabat ad aras. Horat. 4. Carm. Odyss. 11: Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem, Iure solennis mihi, sanctiorq; Pene natali proprio. Ovid. 5. Fast. Solennes ludos circi celebrare Quirites. Salust. in Catil. Sicut in solennibus sacris fieri consuevit. ¶ Accipitur aliquando solenne pro solito, recepto, & consueto. Sueton. de August. Fœminis ne gladiatores quidē, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiori loco spectare concessit. Cic. ad Attic. lib. 7: Tantùm igitur nostrum illud solenne servemus, ut nequem istuc euntem sine literis dimittamus.

Solennē, nis, & solennia, solennium, substantivū, Festa quæ singulis annis certo tempore fiunt. [מועד mohédh חג chagh. ἑορτὴ. Gall. Feste en certa in temps, feste solennelle, solennité. Ital. Solennità, solenne. Ger. Jaarzeit/Festtag so man alle jar begeht. Hisp. Solennidad. Pol. Vrocżne swięta. Vng. Mendẽn esztendöbẽ lenö Zokot innep. Ang. Solemnitie, feastes that cometh everie yeare.] Iuven. Sat. 10: Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras Assaraci magnis solennibus. Tacit. lib. 12: Et funeris solenne perinde ac divo Augusto celebratur. Idem lib. 11: Cuncta nuptiarum solennia celebrat. Virgil. 6. Aeneid. Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent.

Solēnnĭtas, atis, f. t. Cæremonia cum quadā majestate. [מועד mohédh חג chagh ἑορτὴ. Gall. Solennité. Ital. Solennità. Ger. Ein zeit/ oder die festhaltung eines jaarzeitlichen tags. Hisp. Solennidad de cada vn anno. Pol. Dzien uroczystości obchodu. Vng. Pompasag fen ceremoniás dolog. Ang. Solemnitie.] Gell. lib. 1, cap. 24: Per dierū varias Solennitates.

Sŏlēnnĭtĕr, adverbium. [Gall. Solennellement. Ital. Solennemente. Ger. Nach järlichem oder gewohnlichem brauch. Hisp. Solennemente, con solennidad. Pol. Zwyczkim obrzędem przygotowanim. Vng. Pompassan fessen ceremoniassan. Ang. Solemnelie.] Liv. 5. ab Vrbe: Ibiq; omnibus solenniter peractis eadē revertēs. Plin. li. 9 ca. 1: Ibiq; se purificantes solenniter aqua circumspergi, atq; ita salutato sidere in sylvas reverti, &c.

Sŏlēnnĭtŭs, Veteres pro solenniter usurparunt: quod & annotavit Nonius citans Lucilium in Aegystho: Solennitusq; cum laudet lubens.

Sŏlĕo, es, solitus, n. pass. Consuevi, pro more habeo. [למד lummadh. εἴωθα, φιλέω. Gall. Souloir, avoir de coustume. Ital. Hauer per costume. Ger. Gewohnt seyn/pflegen. Bel. Gewoon syn/ plege. Hisp. Acostumbrar à soler. Pol. Zwykł'em. Vng. Zoktam. Ang. To vse, to haue an accustome or vse, to be wont.] Virg. unde omnis Troia videri Et Danaū solitæ naves & Achaica castra. Terent. in And. Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes. Virg. 10. Ecl. solet esse gravis cantātibus umbra. Cic. de Amic. Si prius, quod maximè reprehendere solitus sit, edixero. ¶ Solere cū viro, aut muliere, est rem sive consuetudinem habere. συνουσιάζω. Plaut. in Cistell. frigidam Subdolè suffundunt viris cum suis nos solere prædicant. ¶ Apud antiquos legitur præteritum solvi: quod & Festus annotavit, citās locum Cælii ex Annalium lib. 7: Duos & septuaginta lictores domum deportavisse, qui ductoribus hostium antea solverint ferri. Salust. lib. 2. Hist. Neq; subsidiis uti solverat cōpositis. ¶ Solet, aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula ut, vel simili, non invenustè longiori orationis contextui interjicitur. εἴωθε, φιλεῖ. Cic. pro Cluent. Quum quædam in collibus, ut solet, controversia pastorum esset orta. Hoc est, ut ferè fit. Eundem usum habet ejus compositum Adsolet. Cic. in Lælio: Quum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut adsolet, venissemus, tu non affuisti.

Sŏlens, tis, participium, Assuetus. [למד limmúdh, ἐθιζόμενος, εἰωθώς. Gal. Ayant de coustume. Ital. Chi a per costume. Ger. Pflegend. Hisp. Que tiene costumbre. Pol. Zwikły. Vng. Zoketan. Ang. That accustometh wonteth, or hath ā accustome.] Plaut. in Epid. ego abscessi solēs Paulùm ab illis. Id est, ut soleo. Idem in Amphit. Si dixero mendacium, solens meo more fecero.

Sŏlĭtŭs, a, um, aliud particip. Consuetus. [למד limmúdh, ἐθάς. Gall. Qui a accoustumé, accoustumé. Ital. Solito, vsato, assueto. Ger. Gepflegt. Hisp. Acostumbrado. Pol. Zwikły. Vng. Zokot. Ang. Wonte, accustomed.] Cic. de Orat. Quod optimo cuiq; Athenis accidere solitum est. ¶ Legitur & solitus pro Solus, apud antiquos. Plaut. Amphit. Qui soliti inviti cubant.

Sŏlĭtŭs, a, um, nomē ex particip. Ovid. 6. Metam. ut solito finē imposuēre labori.

Sŏlĭtō, ablativus. [Ger. Mehr dann einer gewohnt ist/ oder eines brauch ist/ über gewohnliche maaß. Pol. Nadzwyczaj. Vn. Zokásanal. Ang. More then it was wont.] Qui solis comparativis nominibus aut adverbiis jungitur. Liv. 5. bell. Pun. Reate saxū ingens visum volitare: sol rubere solito magis, sanguineoq; similis. Ovid. 14. Metam. Ille fugit, sed se solito velociùs ipse Currere miratus. Idem 2. de Arte: Tu neq; subjectus solito, neq; blandior esto.

Sŏlĭto, as, Frequenter soleo. [εἴωθα. Gall. Auoir souuent de coustume, auoir souuent accoustumé. Ital. Accostumare molto. Ger. Offt pflegen oder gewohnt seyn. Hisp. Mucho acostumbrar. Pol. Wielmi zwykł. Vng. Zokdogalok. Ang. To be ofsen wonted or accustomed.] Gell. lib. 7. cap. 1: Scipionem Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Sŏlers, hujus solertis, om. t. Industrius, ingeniosus, acutus, dexter. [חרוץ charútz ערום harúm חכם chachám שקד schakédh. ἀγχίνους, δεξιός, πανοῦργος. Gall. Ingenieux, caut & fin. Ital. Solerto, diligēte, industrioso, ingenioso, sottile. Ger. Klug/ geschwind/ scharpffsinnig. Bel. Kloeckverstandighe. Hisp. Cauto, prudente, y sabio, y industrioso en lo que haze. Pol. Dowcypny, sprawni, madri, biegły. Vn. Sereny, gyors. Ang. Wise, wittie, quick in doing, diligent.] Terent. in Eunuch. fac periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum Scire æquum est adolescentem, solertem dabo. Cicer. pro Rosc. Com. Iam quò quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius. Colum. libro 8. capite 13. de ansere: Solertiorem custodiam præbet quàm canis. Virg. 4. Georg. Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers Omnia tentanti extulerat. Cicer. de Senect. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius.

Sŏlertĭssĭmŭs, superlat. [Vn. Igen Zorgalmatos.] Seneca Epist. 118: Transcurramus solertissimas nugas.

Sŏlertĭă, æ, f. p. Ingenii acumē, & dexteritas ad rē aliquā agendam, industria, malicia. [חכמה chochmáh ערמה harmáh ἀγχίνοια, δεξιότης. Gall. Ingeniosité dexterité. Ital. Ingegno, diligentia. Ger. Klugheit/ scharpffsinnigkeit/ geschwindigkeit des Verstands. Hisp. Tal solercia, diligencia, industria, vigilancia ò astucia. Pol. Biegłość rozumu, dowcip. Vng. Gyorsasag, serenyseg. Ang. Wittinesse, quicknesse of witt, craftinesse in practising.] Cicer. in Catone: Tum eum dixisse mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam ejus à quo essent illa dimensa, atque descripta. Idem libro 1. Offic. Itaq; eorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit, & in medio relictum quod erat, populo Rom. adjudicavit. Decipere hoc quidē est, nō judicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Claudianus lib. 3. de Raptu Proserpinæ:

rerumq; remotas
Ingeniosa vias paulatim explorat egestas,
Vtq; artes pariat solertia, nutriat usus.

Sŏlertĕr, adverbium, Ingeniosè, perspicaciter, subtiliter. [ἀγχίνως. Gall. Subtilement, & ingenieusement. Ital. Sottilmente, ingegnosamente. Ger. Gescheidlich/ scharpffsinnigklich/ spitzfündigklich. Hisp. Prudente, y diligentemente. Pol. Dowcipnie, rozumnie. Vng. Serenyẽn el messen, Zẽmbẽssen. Ang. Craftelie, quickelie, wittilie.] Cicero 1. de legib. Artes verò innumerabiles repertæ sunt docente natura, quam imitata ratiō, res ad vitam necessarias solerter consequuta est. Idem 6. Verrina: Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissimè perspicis. Ovid. lib. 11. Metam. Non illo jussos solertiùs alter Exprimit incessus, vultumq; sonumq; loquendi.

Sŏlĭcĭtūdo, inis, f. t. Cura, anxietas, & mentis inquietudo. [דאגה deagháh חרדה charadháh, μέριμνα, ἀγωνία. Gall. Solicitude, soing & chagrin. Ital. Solicitudine, affanno. Ger. Sorgfeltigkeit/ vnrüwigkeit des Gemüts vñ der Gedancken. Bel. Sorgfuldicheit. Hisp. Cuydado, cōgoxa. Pol. Staranie, frasunek. Vn. Zorgalmatossag. Ang. Care, cark, pensivenesse.] Ter. in And. Quantas hic confecit solicitudines. Cic. 4. Tusc. Solicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de Finib. Easq; ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes, diesq; exeduntur, à diis immortalibus supplicii causa importari putant. Idem ad Attic. lib. 6: Solicitudine provinciæ tamen vel maximè urgebamur.

Sŏlĭcĭtŭs, a, um, Inquietus, anxius, & curis affectus. [דאג doégh חרד charédh שקד schakédh, μεμεριμνημένος. Gall. Qui est en souci & chagrin. Ital. Solicito. Ger. Sorgfeltig/ vnrüwig vnd sorgem. Bel. Sorchfuldich. Hisp. Cuydadoso con congoxa. Pol. Frasowliwi. Vng. Zorgalmatos. Ang. Carefull, pensiue.] Cicero Catoni: Mirificè sum solicitus quidnam de provinciis decernatur. Solicitus ex aliqua re, in eadem significatione dicimus qua Solicitus propter rem aliquam. Terent. in Andr. Laborat è dolore, atque ex hoc misera solicita est, ne se deseras. Cic. 2. de Fin. Num igitur eum postea censes anxio animo aut solicito fuisse? ¶ Interdum activè accipitur pro eo quod solicitudinem & curam affert. φροντιστικός. Virgil. 10. Aeglog. Incipe, solicitos Galli dicamus amores.

Sŏlĭcĭtē, pen. cor. adver. Anxiè, cum cura & solicitudine. [ἐπιμελῶς, περιεργαστικῶς. Gall. Songneusement. Ital. Solicitamente. Ger. Sorgfeltigklich. Hisp. Cuydadosamente. Pol. Frasowliwie. Vng. Zorgalmatossan. Ang. Carefullie, pensiuelie.] Ovidius 4. de Ponto, eleg. 16: vestri non immemor unquam, Qui mala solicitè nostra levatis, ero.

Sollicitĭus, adverb. Compar. magis solicitè. [Vn. Szorgalmatoſſan.] In Epitome Sex. Aurelii Vict. in Theodosion. Annonæ curam solicitius attendere.

Sollicitissimè, superl. [Vn. Felette igen szorgalmatoſſan.] Seneca Epist. 94: Minimum est de quo solicitissimè agitur,

Sollicitior, Comparat. Magis solicitus. [φροντιστικώτερος. Gall. Plus songneux. Ital. Piu sollecito. Ger. Mehr sorgfeltiger. Hisp. Mas cuydadoso con congoxa. Pol. Frasowliwszy. Vng. Zorgalmatosb. Ang. More pensive.] Senec. de Benefic. li. 5: Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia si periculũ causæ dicendæ adituri erunt, & innocentiam solicitiore habituri loco. Plancus Cic. lib. 10: Solicitiorem certè hominem non suis contractis, neminem puto fuisse.

Sollicito, as, pen. cor. act. p. Inquieto, curam injicio, seu contristo. [עצב hitseb החריד hecheridh. ἀνιάω. Gall. Solliciter, & prosser de faire, pourchasser, fascher en poursuivant. Ital. Attristare, affannare, sollecitare. Ger. Sorgfeltig machen / mit sorgen beladen. Hisp. Poner cuydado congoxoso, acuciar. Pol. Frasowniek zadaie, zasmęczam. Vng. Zorgalmaxtatom. Ang. To disquiet, to trouble, to mak carefull, to provok & lie instantly vpon one.] Ter. in Andr. Cur meam senectutem solicito hujus amentia? Plin. Epist. lib. 9: Nulla spe, nullo timore solicitor, nullis rumoribus inquietor. ¶ Aliquãdo illo, aut spè, metúmve ostẽdendo allicio: [פתה pittah שקר shikkeh הסית hesith. ἐπείγω. Vn. Kesergetöm. An. To prouoke or intise to do a thing.] ut solicitare pudicitiam mulieris: hoc est, attentare, & conari labefactare. Solicitare animos militũ est ad seditionẽ, defectionem, proditionémve conari impellere. Ἀλλοτριοῦν. Curt. li. 2: Verùm enimverò quũ modò milites meos litteris ad proditionẽ, modò amicos ad perniciẽ pecunia solicitet, ad internecionẽ mihi persequendus est, non ut injustus hostis, sed ut percussor veneficus. Dictum solicitare, quasi solo citare id est, suo loco movere: propriè enim significat terrã vertere: ideoq; unico l. scribendum videtur. In carmine tamen assumit alterum, quia alioqui tot cõcurrentibus brevibus syllabis, carmen ingredi non posset. Tibullus: Et teneram ferro sollicitavit humum. Virg. 2. Georg. Sollicitanda tamen tellus pulvisq; movendus. ¶ Sed quia solum etiam de mari dicitur, ponitur quãdoq; pro navigare, & mare vertere. Claud. in Præfat. lib. 1. de Rap. Proser. Et rudibus remis sollicitavit aquas. ¶ Solicitare forem, pro eo quod est aperire januam. Ovid. 3. Amor. Eleg. 1: Per me decepto didicit custode Corinna Liminis adstricti sollicitare forem.

Sollicitătio, verbale, f. t. contristatio. [עצב hitseb. ἀνίασις. Gall. Sollicitation et pourchas, songneuse poursuite. Ital. Solecitudine, procacia. Ger. Bentrüwigung / bemüung. Hisp. Cuydado, congoxoso, obra de poner en cuydado cõgoxoso. Pol. Staranie frassowek. Vn. Zorgalmaztatas. Ang. A soliciting or intising to do a thing.] Terent. in Andr. Tot me impediũt curę, quę meũ animũ diversè trahũt, Amor, misericordia hujus, nuptiarum solicitatio. ¶ Sumitur & pro tentatione & incitatione ad aliquam rem. [מפתה mephatteh מסית masith. πειρασμός.] Cicer. in Catil. Iam verò illa Allobrogum solicitatio, à Lentulo, cæterisq; domesticis hostibus, tanta res, tam demẽter credita & ignotis & barbaris, &c.

Sollicitātor, oris, verbale, m. t. Tentator, incitator, impulsor. [מפתה mephatteh מסית masith. πειραστής. Gall. Soliciteur, solicitateur. Ital. Sollecitatore. Ger. Ein anstrenger / der ein versuchstuck thut ob es geraahten möcht. Hisp. Que pone en cuydado congoxoso. Pol. Ten ktory porusza pobudza, przymawia. Vng. Zorgalmaztato. Ang. An intiser to do any thing.] ut Solicitator alieni lecti: hoc est, qui pudicitiã matronæ conatur labefactare. Paulus de Extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores.

Sŏlĭdus, a, um, Propriè de eo dicitur, quod habet tres dimensiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis. [קשה kasheh חזק chazak. στερεός. Gall. Solide, ferme, massif. Ital. Saldo, fermo. Ger. Ein jedes das sein lenge / breite / vnd dicke hat. Hisp. Firme, fortalecido. Pol. Rzecz kazda wsobie maiaca, dl'ugosc, szerza y miąższość, zupelni, doskonal i cal i. Vng. Merb, fsetw, eros. Ang. Sound, wholl, massie.] Linea enim sola longitudine contenta est superficies, præter longitudinem habet & latitudinem: quibus si profunditas accesserit, tum demum solidum quiddam intelligimus. Cicer. 1. de Nat. deor. Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus, aut orbis. ¶ Accipitur aliquando solidum, pro integro, quod neq; concavum est, neq; ex partibus compositum, sed quod ex uno, eoq; jugi constat corpore. Si colũnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoreis tectæ sunt crustis, sed quæ ex uno confectæ sunt lapide. Virgil. 6. Aeneid. Tum Phœbo & Triviæ solido de marmore templa instituam. Ibidem: -solidoq; adamante columnæ. Idem 3. Georg. In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto Gangaridum faciam. Id est, ex integro ebore, non sectili, inquit Servius. Cicer. 1. de Divin. Annibalem Cœlius scribit, quum columnam auream, quæ esset in fano Iunonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretq; utrum ea solida esset, an extrinsecus deaurata, perterebravisse. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturq; pro toto, sive perfecto, quod scilicet omnibus suis partibus constat, cuiq; nihil est detractũ. [תם tam תמים tamim. ὁλόκληρος, ἀκέραιος.] Sic solidam hæreditatem accepisse dicimus eum, qui ex asse institutus est hæres. ¶ Solidus annus: id est, integer, & non interruptus. Plaut. Decem annos solidos erravit puer. ¶ Solidum beneficium: id est, plenum, & ad cujus perfectionem nihil desideratur. Terent. Evnuch. Vt solidũ paterem hoc mihi beneficium. Solida lætitia, Solida fœlicitas: hoc est, nulla ægritudine aut infortunio contaminata. Plin. li. 7. cap. 44: Nulla est profectò solida fœlicitas quam contumelia ulla vitæ rumpit, nedum tanta. Terent. in And. -nónne tibi satis esse hoc visum solidũ est gaudiũ, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Vbi Donatus: Solidum, plenum, idoneũ, integrũ. In solidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fidejussorésve, quorum unusquisq; se rei totius debitorem, fidejussorémve constituit: quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos.

Sŏlĭdus, m. f. substantivũ, quo Romani utebantur pro genere quodã numi aureitita dicti, quòd justo põdere erat percussus, non dimidiato, aut trientali, quemadmodum semisses, & tremisses. Lampridius in Alexãdro: Vectigalia publica in id cõtraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, tuncq; primùm semisses aureorum formati sunt, tùm etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit, & tremisses tantùm, solidosq; formari. Ex his verbis Lãpridii facilè intelligimus solidos primùm dictos esse aureos numos cujusdam, suiq; ponderis, quasi integros. Bud.

Sŏlĭdē, adverbium, Integrè, omnibus modis. [ὅλως. Gall. Solidement, entierement. Ital. Saldamente, intieramente. Ger. Gäntzlich / eigentlich. Hisp. Firme y enteramente. Pol. Zupel'nie, doskonale. Vng. Merẽn erössen albatatossan. Ang. Soundly, massily.] Terent. And. Nam hũc scio mea solidè solum gavisurũ gaudia. Plaut. Trinum. Hic homo solidè sycophanta est.

Sŏlĭdĭtas, atis, Firmitas, stabilitas. [קוממיות komemijuth חזק chozek חזקה chezkah (vel) chozkah. στερεότης. Gal. Solidité, massiveté. Ital. Saldezza, saldamento. Ger. Veste / fleisse / oder gäntze. Hisp. Firmeza. Pol. Cal'ość, moc, vgruntowanie. Vng. Merõség erössęg albatatossag. Ang. Soundnisse, massiuesse.] Cicer. de Nat. deor. Vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum, ut primùm non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum. Idem de Vnivers. Sed quum soliditas mundo quęreretur, solida autem omnia uno medio, nunquam duobus, semper copulentur, &c.

Sŏlĭdĭpēs, pen. cor. hujus solidipedis, pen. cor. om. t. Quod solidos habet pedes, non bifurcatos. [στερεόπους. Gall. Qui a les pieds pleins sans fourcher. Ital. Di piedi sodi non bifforcati. Ger. Das gantze füß hat wie ein roß. Hisp. Animal de vnnas maciças. Pol. Zwierzę tego. Vng. Merõ labu hasadattan körmü. Ang. Surefooted.] Plin. lib. 10: Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est murium fœtus.

Sŏlĭdo, as, act. p. Solidum & firmum reddo, stabilio, fulcio. [הקים hekim קים kijam. στερεόω. Gall. Affermir, faire solide. Ital. Soldare, affermare, far duro. Ger. Bevestnen / hart oder fest machen. Bel. Gantsch maken. Hisp. Fortalecer, fundar. Pol. Vtwierdzam, vmacniam. Vng. Merõsse erõsse albatatossa tezõm, meg erõsitõm. An. To mak sound, wholl or massie.] Virg. 1. Georg. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro, Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci. ¶ Nonnunquam quod ruptũ, fractũmve erat, cõglutino, συγκολλάω. Plin. li. 24. cap. 16: Boũ nervos abscissos vomere, solidari ea, rursusq; jungi, addita axungia, affirmans.

Sŏlĭdēsco, cis, n. t. Consolidor, conglutinor, coëo, solidus fio. [דבק dabak. συγκολλᾶσθαι, στερεοῦμαι. Gall. Se resoudre & reprendre. Ital. Saldarsi. Ger. Gantz werden. Hisp. Hazerse firme, fortalecerse. Pol. Mocniem sie staie, v twierdzam sie. Vng. Meg erõssedõm, merõve lexek. Ang. To waxe sound and wholl, to close as a wound doth.] Plinius lib. 11. cap. 37: Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit.

Sŏlĭferrĕum, n. f. Genus teli: appellatum, quasi totum ferreũ. Tractum ex Oscorum lingua, teste Festo, qui Solum dicebant, quod nos totum. [Gal. Armure toute de fer. Ital. Arma tuta di ferro. Ger. Ein gantzung eines gantzen eisinen pfeils. Hisp. Arma di hierro maciça. Pol. Bron zsi zeleza pelaza. Ang. A weapon all of yron.] Liv. 4. bel. Maced. Vt emissis soliferreis falaricisq; gladios strinxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Sŏlĭfŭga, æ, pen. cor. [Ger. Ein gifftige art der Erdspinnen.] Genus formicę venenatę, à fugiẽdo sole dicta. Plin. li. 22. ca. 25: Et leguminib. innascũtur bestiolæ venenatæ, quæ manus pũgũt, & periculũ vitæ afferũt solifugarũ generis. Idem lib. 29 cap. 4: Est formicarum genus venenatũ, non eas novère in Italia. Solifugas Cic. appellat, salfugas Bætica. Festus Solipungã vocat: indeq;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

indeq; nomen sortitum existimat, quòd fiat acrius concitatiusq; fervore Solis. A' Lucano dicitur Solpuga, li. 9: Quis calcare tuas metuat solpuga latebras?

Sōlĭlŏquĭum, n. s. Quod per nos contemplando loqui solemus. μονολογία.

Sōlĭlŏquŭs, pen. cor. qui solus loquitur. μονολόγος.

Sōlĭstĭmum, tripudium, Dicebatur quum in auspicādo, esca ex ore pulli decidens, solum paviebat: hoc est, terram feriebat: unde & Tripudium dictum, quasi terræ pavium. ¶ Solistimũ autem a solo dictum est, sicut à medio mediastimum. Vide latiùs infrà in dictione TRIPVDIVM.

Solitanæ cochleæ, Ab Africæ loco dictæ, quibus Plin. lib. 30. cap. 6. principatũ tribuit. Laudatissimę (inquit) sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanę. Varr. lib. 3. cap. 14: Nam & valde amplæ sunt quædã ex Africa cochleæ, quæ vocãtur Solitanæ, ita ut earum calyces quadrantes octoginta capere possint.

Sōlĭtarĭus, Vide SOLVS.

Sōlĭtaurĭlĭă, orum, neut. gen. plural. numeri, Solennia apud Romanos sacrificia erãt diversi generis, tauri, arietis, & verris, quibus Censores quinto quoq; anno urbem lustrabant, teste Asconio. Dicta Solitaurilia, ut placet Festo, ab integris genitalibus hostiarũ, quę immolabãtur. Solum enim Osci integrum dicebant: taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ à castratore eximitur: unde & lastauri dicti sunt, qui egregiè sunt mentulati. Liv. 8. ab Vrbe: Si potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri.

Sōlĭto, solitas, Vide SOLEO.

Solitudo, Solivagus, Vide SOLVS.

Sōlĭum, lii, n. s. Sella regia, in qua Reges jus dicentes sedebãt. [NOO chisse. ἕδος. Gall. Siege royal. Ital. Cadrega, sedia, solio. Ger. Ein Königlicher stul. Hisp. La silla propria delos reyes. Pol. Stolicę krolewsko. Vng. Kiralyszek. Ang. A royall seat, a throne.] Dictum solium (ut quidam volunt) quasi solidum, propterea quòd olim Reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armariis ob corporis sui tutelam sedebãt. Alii inde dictum malunt, quòd soli in eo Reges sederẽt. Asper κατ' ἀντίφρασιν appellatum putat, quasi sedium: quemadmodum & sella dicta est, quasi tedda. Virgil. Præfatus divos, solio Rex infit ab alto. ¶ Quandoq; pro vase saligno, vel abiegno ponitur, quo utimur ad vinum, plurimosq; liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixivio calido, & cinere emaculandos. ¶ Est & solium vas, quo in balneis utebantur, & in quo sedentes lavabantur. Celsus: Interpositis duabus hortis, in solium is aquę calidæ resupinus demittendus est, sic ut à genibus ad umbilicum aqua perringat. Martialis: Non vis in solio prius lavari. Suet. in August. At quoties nervorũ causa, marinis, albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. ¶ Nonnunquã etiam solium dicitur loculamentũ sepulcrale in quod conduntur defuncti. Plin. li. 35: Quin & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluẽre. Curtius lib. 10: Septimus dies erat ex quo corpus Regis jacebat in solio.

Sōlĭŭr, ris, dicitur quo solium tegitur, ut toral, quo torus. Varro: Phrygio, qui pulvinar poterat pingere, soliar defingebat.

Sōlŏ, solas, Vide SOLVS.

Sōlœcĭsmŭs, [σολοικισμός. Ger. Vngeschicklichkeit vnd misbrauch zu reden vnd zu schreiben.] Est impar, & inconveniens compositura partiũ orationis: à nostris *imparilitas*, à vetustioribus Latinis *strobligo* dicebatur, quasi strobligo: hoc est, inversura & pravitas tortuosa orationis. Siquidem στρέφω, torqueo, ac depravo significat. Iuven. Sat. 6: Solœcismum liceat fecisse marito. Martial. in Calliodorum: Vnus quum sitis, duo. Calliodore, sederis: Surge, solœcismum, Calliodore, facis. Dictus solœcismus, ut in vita Solonis annotavit Laertius, à colonis quibusdam Atheniensibus, quos Solon Salaminius in Solos Ciliciæ urbem transtulit: qui quum non multo interjecto tempore, patrii sermonis nitorem corrupissent, & parum convenienti partium structura uti cœpissent, factum est, ut qui in ea parte peccarent, σολοικίζειν dicerentur. ¶ Per translationem tamen latiùs solœcismi nomen accipitur, ut quicquid perperam fiat, nec rectè, nec ordine peragatur, solœcismum vocemus.

Sōlœcŏphănēs, σολοικοφανής, Quicquid speciem habet solœcismi, qui ratione aliqua potest excusari: ut quum genus superioris jũgitur inferiori diversi generis: ut Eunuchus Terentiana, respiciendo ad genus superioris, Comœdia.

Sōlŏr, aris, verbũ est cõmune, prim. conj. Consolationẽ do, vel consolationẽ accipio, cõsolor. [נחם nichem. παρακαλῶ, παρηγορῶ. Gall. Consoler, conforter, se consoler. Ital. Consolare, consolarsi. Ger. Trösten oder getröstet werden. Bel. Troosten/vertroosten. Hisp. Consolar è consolarse. Pol. Cieszę. Vng. Vigasztalak. Ang. To comfort.] Cic. in Vatinium: C. Antonius hac una re miseriam suam solatur. Virg. 5. Aen. Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis. Ovid. 2. Fast. Hinc pater, hinc conjux lacrymas solãtur, & orant, Indicet, &c. ¶ Solari laborẽ, vel famẽ, idẽ est quod sublevare. Virgil. 1. Georg. laterea longũ cantu solata laborẽ, Arguto conjux percurrit pectine telas. Ibidem: Concussaq; famẽ in sylvis solabere quercu. Idẽ 10 Aen. & mœstũ Musa solatur amorẽ. ¶ Hinc fit compositum Consolor: item verbalia Solator, Solamen, & Solatium: quorum significata videin sequentibus.

Sōlātĭum, n. s. Cõsolatio, miserię mitigatio. [נחם nóchem (vel) nichem נחמה nechamáh. παρηγορία. Gall. Soulas, consolation, confort. Ital. Consolatione, piacere, solazzo. Ger. Ein trost. Bel. Vertinge. Hisp. Solaz, consolacion de obras. Pol. Pociecha. Vng. Vigasztalas. Ang. Comfort, solace.] Quintil. in Patiete palmato: Cæcitatis miseræ solatiũ est, habere sẽ videntiũ. Cic. Mario, lib. 7: Vacare culpa magnum est solatiũ. Virg. 9. Aeglog. - heu tua nobis Penè simul tecũ solatia rapta Menalca. Quintil. in Proœm. lib. 6: Credendumq; doctissimis hominibus, qui unicũ adversorum solatium literas putaverunt. Ovid. 8. Metam. - sed vincite fratres, Dummodo quæ dedero vobis solatia, vosq; Ipse sequar. ¶ Solatiũ aliquando accipitur pro mercede. l. 1. §. 1. D. commun. prædior. Nisi talis cõsuetudo in illis lapicidinis cõsistat, ut si quis voluerit ex his cædere, non alter hoc faciat, nisi prius solitum solatium pro hoc domino præstet. Alciatus tamen hic legit Solarium. Sed non convenit, præsertim cùm solatium pro mercede in locis multis aliis reperiatur. Vide Lexicon Hotomani.

Sōlātĭŏlŭm, li, pen. corr. diminutivum. [παρηγορητικόν, παρηγορίδιον. Gall. Petit soulas, petit confort. Ital. Piccioi solazzi. Ger. Ein geringer oder schlechter trost. Hisp. Pequeños solaz. Pol. Mała pociecha. Vng. Vigasztalasocska. Ang. Little or small comfort.] Catul. ad passerem Lesbiæ, epigram. 2. ut solatiolum sui doloris.

Sōlămĕn, ĭnis, n. t. Solatium. [נחם nóchem (vel) nichem נחמה nechamáh. παρηγορία. Gall. Soulas. Ital. Solazzo. Ger. Ein trost. Hisp. Solaz. Pol. Pociecha. Vng. Vigasztalas. Ang. Solace, comfort.] Cic. in Læl. Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. Aeneid. Solamenq; mali de collo fistula pendet.

Sŏrĭtes [σωρίτης. Ger. Ein betrügliche vnd vielfattige art zu argumentieren/ vnd zu disputieren/ in welchem/ so man eins nachlaßt/ mag man darnach viel andere ding/ so darauß volgen/ beschliessen.] à Græcis vocatur captiosum & multiplex argumentandi genus, in quo ex uno concesso, ad multas conclusiones connexas assurgitur. Dictus Sorites, ἀπὸ τοῦ σωροῦ, quod Græcis acervum significat, quoniam semper ascendunt in cumulum hæc argumenta. Cic. de Divin. Quemadmodum soritæ resistamus, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus: ut enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Idem 1. Acad. Posthac potiùs disseremus de obscuritate naturæ, quàm de oculorum sensuumq; reliquorum mendaciis, & de sorite, aut Pseudomeno, quas plagas ipsi cōtra se Stoici texuerunt. Idem 4. Academ. Captiosissimū genus interrogationis, quod genus maximè in Philosophia probari solet, quum aliquid minutatim, & gradatim additur aut demitur. ¶ Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano, vitiosum sanè, & captiosum genus.

Sorix, aut Saurix, Avis tributa Saturno ab auguribus: quia tarditati & vetustati & senectuti convenit. Nā & in veteranis maximè versatur locis & noctis maximè primæ est, & tempestatis nuntius atq; index.

Sŏrŏr, oris, f. t. Dicta est quòd quasi seorsum à sua stirpe nascatur, separeturq, ab ea domo, in qua oritur, & in aliā familiam transgrediatur, ut docet Gell. lib. 13. cap. 10, ex sententia Antistii Labeonis. [אחות achóth. [ἀδελφή.] Gall. Soeur. Ital. Sorella, sorore, sirocchia. Ger. Ein Schwester. Bel. Suster. Hisp. Hermana. Pol. Siostra. Vng. Nene, hugom. Ang. A sister.] Cicer. pro Milone: Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Virg. 2. Georg. Panaq;, Sylvanumq; senem, nymphasq; sorores. Ovid. 5. Metamorph. Constitit, & doctas sic est effata sorores. ¶ Sorores palmulæ: id est, similimæ, & quasi gemellæ. Plin. lib. 13. cap. 4: Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc adelphides dictæ.

Sŏrŏrĭcīdā, æ, pen. prod. Qui sororem occidit. [ἀδελφοκτόνος, ὁ κτείνων τὴν ἀδελφήν.] Gal. Qui a tué sa soeur. Ital. Chi a vccisa sa sorella. Ger. Ein Schwestermörder/ der sein Schwester tödet. Hisp. Que mata su hermana. Pol. Gl'owniksuos siostry. Vng. Nenyeh hugaölö. Ang. That killeth his sister.] Cicer. pro Domo sua: Quid, de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti?

Sŏrŏrĭāri, puellarum mammæ dicuntur, quum jam intumescunt, quòd non singulæ, sed veluti geminæ sorores simul nascantur. Vide Crinitū, & quæ supra annotavimus statim post dictionem FRATER.

Sŏrŏrĭŭs, ria, rium: [τοῦ ἀδελφοῦ ὤν, ὁ ἀδελφοῦ.] Gall. De soeur. Ital. Di sorella. Ger. Der Schwester. Hisp. Cosa de hermana. Pol. Siostrzani. Vng. Hugaiaz nenyehez valo. Ang. Of a sister.] ut, Cœna sororia. Plaut. in Curcul. Nobis omnibus tu, ut hodie adveniens, cœnam des sororiam: Hic nuptialem eras dabit. Cic. pro Sextio: Qui enim in ejusmodi vita nervi esse potuerunt, hominis fraternis, flagitiis, sororiis stupris, omni inaudita libidine infamis? ¶ Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honorem Iunonis, quem Horatius ille unus ex fratribus trigeminis statuerat causa sororis à se interfectæ, ob suam expiationem. Festus.

Sŏrracŭs, ci, Quo portantur instrumenta scenicorum. Plaut. Peri. Librorum enim ecce plenum illum sorracum habeo. Festus. σόραγγος, Græci dicunt vas aut instrumentum pro ficubus.

Sŏrs, sortis, f. t. à serie secundum Varronem, ponitur pro fortuito alicujus rei eventu, fortuna, casus. [גורל goral גורל pur. [κλῆρος.] Gall. Sort, condition, fortune. Ital. Sorte, fortuna, caso. Ger. Ein glückfatiß. Bel. Dutiet. Hisp. La suerte, ò la fortuna. Pol. Szczęście, przypadek, los. Vng. Sors szerencse. Ang. A lot, kaueil, fortune.] Cic. lib. 2. de Divin. Dicendum igitur putas de sortibus?

Quid enim sors est? Idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tesseras: quib. in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilium valet. Tota res est inventa fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Idem 1. Ver. Accusavi eum quicum Quæstor fuerã, quicum me sors, consuetudoq; majorum, quicum me deorum, hominumque judicium conjũxerat. ¶ Accipitur etiam sors pro munere, vel officio. Livius: Si ita videretur Patribus, mitterent ad Collegã, ut is, qui profligatũ bellum haberet, ad Comitia Romam rediret: si id facere gravaretur, quod non suæ sortis id negotiũ esset, se quidem id facturum quod Senatus censuisset. ¶ Est præterea sors, summa, sive caput, & prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. [ראש resch. ἀρχαῖον, ἀκίνησις, κεφάλαιον. Gall. Le sort & principal, premier argent sur lequel est constitué l'usure & interest. Ital. Principale somma, capitale. Ger. Die hauptsum so man etwan anlegt damit zugewinnen. Hisp. Caudal de lo que se da à logro. Pol. Piemadze napisk dawc. An. The speciall summe of money where of usurie is takẽ.] Teren. in Adelp. Hei mihi etiam de sorte nunc venio in dubium. Hoc est, de pretio quo empta erat fidicina. ¶ Inde consortes, qui sortes contulerunt, & qui unam aliquam rem inter se habent Communem. ¶ Item sors est fatalis necessitas. Virg. 3. Aeneid. hic exitus illum Sorte tulit. ¶ Item dicitur judicium. Virg. 6. Aeneid. Nec verò hæ sine sorte datæ, sine judice sedes. Tractum ex Romano more, non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatę. Nam quo tempore causæ agebantur, conveniebãt omnes, & ex sorte dierum ordinem accipiebant, puta quòd post triginta dies causas suas exequerentur. ¶ Sortes etiam oracula, seu responsa dicebantur, quæ à diis eorũmve sacerdotibus consultoribus edebantur. χρησμοί. Valer. lib. 1: Cujus rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi sortibus, ut aquã ejus lacus emissam per agros diffunderent. ¶ Accipitur etiam sors pro progenie. Ovid. lib. 6. Fast. Si genus aspicitus, Saturnum prima parentẽ Feci, Saturni sors ego prima fui.

Sorticŭlă, læ, diminutivum à sors. [ὁ μικρὸς κλῆρος. Gall. Petite sort. Ital. Picciol sorte. Ger. Ein schlechter oder kleiner glückfal. Hisp. Pequenna suerte. Pol. Mal ... Vng. Sorsotska, szerentsetske. Ang. A litle lott or kavell.] Suet. in Nerone, cap. 21: Ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum jussit adscribi, sorticulaq; in urnam cum cæteris demissa, intravit ordine suo.

Sortĭŏr, tis, d.q. Sortes duco. [κληρόω, ῶ. Gall. Jetter par sort, faire sort. Ital. Sortire, far le sorti, buttar le sorti. Ger. Loſſen/das Loß ſetzen oder werffen. Bel. Loten. Hisp. Sortear. Pol. Puszczam, miecze losy. Vng. Sorsot vetők. Ang. To cast lottes.] Plaut. Casina: Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar. Ibidem: ego sic agam, Conjiciã sortes in cistellam, & sortiar Tibi & Chalino. ¶ Sortiri remos. Virg. 3. Aen. Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, Sortiti remos. Vbi Servius Sortiti remos, per sortẽ divisi ab officio remigãdi, quis esset proręta, quis pedẽ teneret. Idẽ 8. Aen. Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem Sortiti. Id est, diviserunt inter se laboris officium Sortiti Iudices, per sortem eligere. Cicer. ad Quint. Fratr. lib. 2: Sententiam dixit, ut ipse Iudices per Prætorem urbanum sortiretur. ¶ Sortior, pro sortito capio, & sorte consequor. Cic. 7. Philip. Est enim patronus triginta quinq; Tribuum, quarum sua lege qua cum C. Cæsare magistratum sortitus est, suffragium sustulit. Suet. in Aug. Ex Prætura Macedoniam sortitus. ¶ Sortiri provinciam, est sorti committere, cujus provincia futura sit. Cic. ad Attic. lib. 1: Senatus decrevit ut Consules Galliam sortirentur. Idem Lentulo lib. 1. Epist. Si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam. ¶ Sortiri provincias, est sorte provincias dividere. Idem Att. lib. 1: Prætores nondum sortiti sunt provincias. Sortiri filium, pro suscipere. Vlp. l. 3. D. de bon. poss. cont. tab. Si emancipatus filius, uxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit sortitus. ¶ Aliquando sortiri significat disponere. κληροδοτεῖν. Virgil. 3. Aeneid. sic fata deũm rex Sortitur, volvitq; vices, is vertitur ordo. ¶ Sortiri pro substituere & subministrare. Virg. 3. Georg. Semper enim refice, ac ne pòst amissa requiras, Anteveni, & sobolem armento sortire quotãnis. Vbi Servius: Sortite, substitue, subministra.

Sortītĭo, verbale, f.t. Ipse sortiendi actus. [κλήρωσις. Gall. Le iet du sort. Ital. Sortitione. Ger. Loßfellung/loßwerffung. Hisp. Obra de sortear. Pol. Losowanie. Vng. Sors vetés. An. A casting of lottes.] Cic. pro Cluentio: Ecce tibi ejusmodi sortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Guttæ esset judicandum. Ibidem: Statuerunt enim ita majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. His verbis Cicero morem illum antiquum significat, quo in decimum aut centesimũ quemq; militem sortitò animadvertebatur capitaliter: unde & legiones decimatas & centesimatas legimus apud Livium.

Sortītŭs, tus, m.q. Pro sortitione. κλήρωσις. Cic pro Domo sua: Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu retulisti? Virg. 3. Aeneid.

O' felix una ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile.

Sortĭlĕgŭs, gi pen. cor. m.f. Qui per sortes futura prænuntiat, & qui per sortem aliquid eligit. [χρησμῳδός. Gall. Sortier, qui devine par sort. Ital. Chi con sorte predice le cose à venire. Ger. Der auß dem loßen etwas künfftigs sagt oder abnimpt. Hisp. Adevino por suertes. Pol. Wieszczek ... Vng. Sors vetessel ... Ang. A soothsayer by casting of lottes.] Cic. 1. de Divin. Hæc habui, inquit, de divinatione, quæ dicerem: nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos, qui quæstus causa ariolantur, ne psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere. Horat. de Arte: & divina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Sortĭlĕgĭum, gii, n.t. Sortitio. [χρησμῳδία. Gall. Sortilerie, divination par sort. Ital. Divinatione con sorte. Ger. Die abnemung künfftiger dingen vom loßen. Hisp. Divination por suertes. Pol. ... Vng. Sosi vetes. Ang. Sorcerie, or witcherie by casting of lottes.] Plin. accepit pro magicis quibusdam superstitionibus, lib. 28. cap. 4. ubi titulus capitis sic habet: De sortilegiis quibusdam, & saliva hominis. Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitis totius tenor, quo non nisi vanissimas Magorum persuasiones exequitur.

Sorti, adverb. [κληρωτί. Gall. Par sort. Ital. Per sorte. Ger. Durch das loß. Hisp. Por suerte. Pol. Przez ... Vng. Sorsal, Zerentsen. Ang. By lotte.] Virgil. 4. Georg. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Vbi Servius, sorti: id est, ex sorte, vel in sortem. Nam adverbium est, quod traxit à militia.

Sortītō, pen. prod. adverb. Ex sorte vel per sortem. [κληρωτί. Gall. Par sort. Ital. Per sorte. Ger. Mit der loßfellung/durch das loß. Hisp. Sorteando ò por suertes. Pol. Przez losy, losem. Vng. Zerentsen sorsal. Ang. By lotte.] Cicer. 4. Verr. Lex Iovis sacerdotem sortitò capi jubet. Idem lib. 6. Epist. Eos sortitò in provinciam mitti placere. ¶ Aliter accipitur apud Horat. 4. Epod. Lupis & agnis quanta sortitò obtigit, Tecum mihi discordia est: hoc est, naturaliter vel occulta quadam fati ratione.

Sōrў, σῶρυ, Corpus metallicum, simillimum melanteriæ, nisi quod hæc densior est & solidior, illud rarius & fistulosius. Facultates habet easdem cum chalciti, & misy, astrictoriam videlicet & causticam: crassioris tamen est essentiæ: unde & in metallis infimo loco nascitur, sub chalciti nimirum, quemadmodum & chalcitis sub misy. ¶ Est autem Sory tantum fossile, quod & temporis progressu in chalcitin commutatur, quemadmodum chalcitis in misy. Vulgus hodie, ut cætera ferè omnia ejus generis, Vitriolum, appellat.

Sōs, Pro eos antiqui dicebant, teste Festo.

Sospes, tis, com t. Salvus, incolumis. [שלו schalev, שלום schalom. σῶος. Gall. Sauvé d'un danger. Ital. Sano & salvo. Ger. Gesund und frisch/unverletzt. Hisp. Cosa salva de peligro. Pol. Zdrowy, nie obrażony, cały. Vng. Egésséges ... Ang. Save or heale.] Livius 2. ab Vrb. Sospitesq; omnes Romam ad propinquos restituit. Virgil. 11. Aeneid. at non Evandre pendendis Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum Optabis nato funus pater. Idem 8. Aeneid. Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor. Horatius primo Carm. Ode 36: Vix uno sospes navis ab ignibus. ¶ Antiqui item sospitem accipiebant pro sospitatore, sive servatore: unde Iovem sospitem dixit Ennius, quem alii Iovem servatorem appellant.

Sospĭtă, æ, pen. corr. f.p Servatrix. [מושיעה moschiahah, σώτειρα. Gall. Sauvée d'un danger. Ital. Donna che libera & conserva. Ger. Ein Heilbringerin/ Helfferin in der noht. Hisp. La que libra de peligro, saluadora. Pol. Zdrowie przynoszaca wspomagaia. Vng. ... Ang. She that is heale and save or that preserveth.] Hoc cognomine Iuno colebatur apud Lanuvinos. Cic. pro Muræna: Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticũ & suum Consulem potissimũm avellere. Idem 1. de Divin. Quinetiam memoria nostra templum Iunonis sospitæ L. Iulius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

Sospĭtālis, & hoc le, om.t. Salutifer, salutaris. [מושיע moschiah, σωτήριος. Gall. Qui delivre de peril, salutaire. Ital. Salutifero. Ger. Heilbringend/erhaltend. Hisp. Saludable, cosa que trahe ò tiene salud. Pol. Zdrowie daiacy. Vng. Egésséges. Ang. That delivereth from danger.] Plaut. in Pseud. Quis est qui moram occupato molestam obtulit? qui tibi sospitalis fuit.

Sospĭto, as, pen. corr. act. p. Incolumem servo, sospitem facio. [הושיע

[מושיע *hoschiah*, σώζω. Gall. *Garder sain & sauve, delivrer de peril.* Ital. *Conservare sano & salvo.* Ger. Gesund und in wolstand erhalten. Hisp. *Librar à otro de peligro.* Pol. *Vzdrowiam.* Vng. *Egessegben megtartan.* Ang. *To save out of danger.*] Livius lib. 1: Pacem precibus exposcunt, uti volens propitium suam semper sospitet progeniem.

Sotadeum carmen, σωτάδειον μέτρον, Pedes habet septem, Primus spondeus, secundus periambus, tertius spondæus, quartus periambus, quintus & sextus tribrachys, & ultimus spondeus. Et (quod magis mirũ est) totus sotadeus numerus è trochæis potest constare pedibus. Hæc Fortunatianus Attilius. Alii de hoc vocabulo sic: Sotadeũ carmen cõstat è quinq; pedibus: primis duobus Ionicis à majore, & tribus reliquis trocheis. Et quia Ionicus à majore cõstat è duabus primis lõgis, & reliquis duabus brevibus, primus pes interdũ, soluta prima Ionici in duas breves, fit mesomacros, cõstans è media longa, & duabus utrinq; brevibus: soluta secũda, fit paropæon, constans è prima longa, & quatuor brevibus.

Sotēr, soteris, m.t. Latinè Servator, qui salutem dat. [מושיע *moschiah.* σωτήρ. Gall. *Sauveur.* Ital. *Servatore, salvatore.* Ger. Ein Heiland / Erlöser / Seligmacher. Hisp. *Salvador.* Pol. *Zbawiciel.* Vng. *Megtarto idvözito.* Ang. *A saviour.*] Cicer. in Verr. Act. 4: Itaq; non solùm patronum istius insulæ, sed etiam sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quãtum est? Ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum soter qui salutem dedit.

Sotēria, orum, n.s. σωτήρια. Dicuntur munera, quæ pro convalescentia diis voventur. [Ger. Gaaben oder Geschenck / die man Freunden zuschicket vor freuden / so sie von schweren kranckheiten widerumb erstanden. Pol. *Offiara zazdrowie.*] Solebant autem hujusmodi munera ab amicis corrogari. Vnde non invenustè Martialis jocatur in Sosibianum, qui quoties visum esset, se ægrotum simulabat, ut munuscula ab amicis prætextu soteriorum extorqueret. Verba Martialis sunt hæc: Ægrotas quoties soteria poscis amicos: Iam precor ægrota Sosibiane semel.

S. ante P.

Spādix, icis, pen. gen. prod. m.t. [σπάδιξ. Ger. Braunrot. Pol. *Czimy.*] teste Gell. lib. 2. est avulsus à palma termes cum fructu: qui quoniam puniceum refert colorem: hoc est, rubrum cum exhuberantia quadam splendoris; factum est ut spadicem pro puniceo colore accipiamus, qui potissimùm in equis commendatur. Virg. lib. 3. Georg. Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti Spadices, glaucíq;. ¶ Est etiam spadix, genus instrumenti musici; cujus meminit Iulius Pollux libro 4. & Cælius libro 9. capite 4. Quintil. libro 1. capite 17. de Musica: Psalteria, & spadices etiam virginibus probis recusanda.

Spādicĕus, a, um, Puniceus, sive baius, quod coloris genus in equis potissimùm commendatur. φοινίκεος. Significatur autem hac voce exhuberantia quædam ruboris, splendorisq;, qualis cernitur in termitibus palmarum, qui spadices appellantur. Vide Thylesium in libello de Coloribus.

Spādo, onis, m.t. [סריס *saris.* σπάδων. Gall. *Chastré.* Ital. *Castrado, eunucho.* Ger. Ein verschnittener / Hodenloß. Hisp. *Varon castrado.* Pol. *Wirzezany, wal ach.* Vng. *Herelt.* Ang. *A gelding be it man or beast.*] Propriè is dicitur, cui aut testes evulsi sunt, aut ipsi cremasteres: hoc est, nervi, è quibus testes dependent. A' verbo Græco σπάω, quod est evello. Evnuchus autem etiam natura quis esse potest, ut quum frigidior temperatura veneris usum cuiquam pernegat. Plin. lib. 11. cap. 37: Defluvium capillorum in spadonibus non visum. ¶ Spadones item dicuntur surculi infrugiferi. Colum. lib. 1. de Arbor. Ejusmodi surculos, qui nihil afferunt, spadones appellant.

Sparganion, [σπαργάνιον. Pol. Wilczebobki.] Herba est folia habens similia gladioli, sed angustiora, magisq; in terrã procumbentia, circa summũ autem caulem semen capitulis quibusdam inclusum. Autor Diosc. lib. 4.

Spārgo, gis, si, sum, act. t. Huc illuc projicio, dissemino, latè diffundo. [זרה *zarah* פזר *pizzer* בזר *bazar* זרק *zarak.* σπείρω, σκεδάννυμι. Gall. *Espandre, jetter çà & là, semer.* Ital. *Spargere.* Ger. Außspreiten. Bel. Strouen / uitspreiden. Hisp. *Derramar.* Pol. *Rozsiewam, rozrzucam.* Vng. *El hintem.* Ang. *To scatter, to sprinkle, to scatter spread abroade.*] Virgil. 3. Eclog. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. ¶ Spargere aquam, est aquam effundere. Plaut. Trucul. Sparsisti aquam: jam rediit animus. Insulæ sparsæ per æquor: id est, latè diffusæ. Virgil. 3. Aeneid. niveamq; Paron, sparsasq; per æquor Cycladas. Colum. libro 2. capite 16: Si tamen aliqua causa tempestivam stercorationem facere prohibuerit: secunda ratio est, antè quàm sarriás, more seminantis ex aviariis pulverem stercoris per segetem spargere. ¶ Spargere humum foliis: id est, sternere vel operire. Virgil. 5. Aeneid. Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras. ¶ Spargere se in aristas, vel brachia, dicitur herba, quando in aristas vel in brachia dilatatur. Plin. lib. 12. cap. 12: Cacumina in aristas se spargunt. ¶ Composita sunt Aspergo, Cõspergo, Dispergo, Inspergo, & Respergo: quorum significata explicantur suis locis.

Spārsus, partic. Longè lateq; diffusus. [מזורה *mezorah* מפוזר *mephuzar.* διεσπαρμένος. Gall. *Espars, jetté çà & là, semé.* Ital. *Sparso.* Ger. Außgespreitet. Hisp. *Derramado.* Pol. *Rozrzucony.* Vng. *El hintetet.* Ang. *Sprinckled, scattered.*] Cic. in Arat. Stellæ sparsæ fusæq; videntur. ¶ Os sparsum: id est, latum, & plus satis diffusum. Terent. in Heavt. Rufámne illam virginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso. ¶ Aliquando idem quod Conspersus. Ovidius 8. Metamorph. raris jam sparsus tempora canis. Corpus senatus sparsum: id est, disjectum. Lucan. lib. 7: Calcatosq; simul reges, sparsumq; senatus Corpus, & immensa populos in cæde natantes.

Spārsim, adverbium, Multis, variisq; in locis, hic & illic. [σποράδην. Gall. *Par ci, par là, pesle mesle.* Ital. *Sparsamente, qui & lì.* Ger. Hin und her / sprengsweis / zerstreuet. Hisp. *Derramadamẽte.* Pol. *Tu y owdzie.* Vng. *Zellel, el hintue.* Ang. *Here and there, minglediy.*] Gel. lib. 11: Præterea ex eodem lib. Catonis hæc etiam sparsim & intercisè commeminimus.

Spārtum, sparti, sive spartium, n.s. Σπάρτιον Diosc. lib. 4. Id est, quod nostri *Genistam* appellant, fortassis quia genu modo flexilis adnexus sit: vel quia genib. medeatur dolentib. [רתם *rothem.* Gall. *Genest.* Ital. *Genestra.* Ger. Pfrimmen / ist von der ginsten art. Hisp. *Genestra, giesta, giestera.* Pol. *Zarnowiec, aliis psiasfa ruta.*] ¶ Est & aliud sparti genus, quod in Hispania nascitur: de quo Plin. lib. 19: Sparti quidem usus multa post secula cœptus est: nec ante Pœnorum arma, quæ primùm Hispaniæ intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat seri, juncusq; propriè aridi soli, uni terræ dato vitio: nanq; id malum telluris est, nec aliud ibi seri aut nasci potest. Idem lib. 24: Genista quoq; vinculi usum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci autores *Sparton* appellavére, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc designaverit Homerus, quum dixit: Navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum, vel Hispanũ spartum in usu, certum est: & quum sutiles fierent naves, lino tamen non sparto unquam sutas. Semen ejus quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat hellebori vice, drachma & dimidiã pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor, jejunis.

Spārtārium, rii, n.s. Locus sparto abundans. [σπαρτών. Gall. *Vn lieu où il y a force genest.* Ital. *Luoco one sono molte genestre.* Ger. Ein ort an dem viel pfrimmen stehn. Hisp. *Lugar de muchas genestras y spartos.* Pol. *Miesce piel'ne zarnowcza.*] Plin. lib. 11: Falsò excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartariis mella eam herbam sapiunt.

Spārtĕus, a, um, adjectivum, E' sparto compactum & compositum. [ὁ ἐκ σπαρτίου πλεχθείς. Gall. *De genest.* Ital. *Di genestra.* Ger. Auß pfrimmen oder ginsten gemachet. Hisp. *Cosa de genestra.* Pol. *Zarnowczyny.*] Cato de re Rust. cap. 3: Trocheas Græcanicas binas, quæ sparteis funibus ducantur.

Spārtĕa, σπάρτεια, sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas. Numorum enim receptacula, variis nominibus appellata fuére. Nam ut sacci sacculi, sacelli, crumenæ manticæ & marsupia: Ita fiscinæ & fiscellæ.

Spārus, seu sparum, Telum rusticum, in modum pedis recurvum. [σπάρος ἀγροτικὸν βέλος, ἀγκυλωτόν, ἢ πολεμικόν. Gal. *Petit dard, rustique & militaire.* Ital. *Picciol dardo rustico da guerra.* Ger. Ein gattung eines Bauren geschoß oder pfeile. Hisp. *Pequenno tiro rustico para pelear.* Pol. *Vginek zacziossany alys Skal'.* Vng. *Fenée, Zigenyos dardatska.* Ang. *An vplandish or rusticall weapon or dart.*] Virg. lib. 5: Agrestisq; manus armat sparus. Salust. Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis instructa: cæteri ut quosq; casus armaverat, sparis aut lanceis, alii præacutas sudes portabãt. Festus: Spara, minimi generis sunt: jacula: à spargendo dicta, quòd passim pugnando spargerentur. Lucilius: Tùm spara, tùm murices, portantur tragula porro. ¶ Est & sparus, σπάρος, piscis marini nomen circa vernum æquinoctium parientis: ut tradit Plin. lib. 9. cap. 51.

Spasmus, mi, m.s. sive spasma, atis, n.t. [σπασμός, σπάσμα. Gal. *Spasme, retirement de nerfs.* Ital. *Spasmo, spasimo.* Ger. Der krampff. Hisp. *Pasmo.* Pol. *Kurcz.* Vng. *Gerts.* Ang. *The crampe.*] Contractio nervorum, rigor, sive distentio, convulsio. A' verbo Græco σπάω, quod est convello. Plin. libro 22. capite 8: Item ex mulsa auxiliatur renibus, stranguriæ opisthotonicis, spasmis, lumbis.

Spāstĭcus, [σπαστικός. Gal. *Qui a les nerfs retirez.* Ital. *Chi ha gli nervi retirati.* Ger. Krämpffig / dem die Adern gekrumpfft sind. Hisp. *Pasmado.* Pol. *Kurczem pol'amanu.* Vng. *Görtsös, meg vont inu.* Ang. *Sick of the crampe.*] Dicitur cui aliquid intùs convulsum est. Plin. lib. 31. cap. 19: Radicem decoctam pipere spasticis, eversis, convulsis, suspiriosis salutare.

Spăthă, æ, f.p. [חרב *chereb.* σπάθη. Gall. *Espee.* Ital. *Spada.* Ger.

Ein groß schwert oder handbögen. Ein langer schel. Hisp. Espada. Pol. Miecz, szeroki. Vng. Pallos Zablya. Ang. A sword.] Gladii genus, ἀπὸ τοῦ σπάζειν: hoc est, à scindendo, sive divellendo: aut certè ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod inter cætera significat stringere. Apuleius, & militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. Vegetius gladios majores spathas vocari docet: minores verò semispathas. Hęc etiam, autore Augustino, dicitur framea, & alio nomine romphæa. ❡ Est item spatha, rudicula qua utimur in versandis rebus quæ coquuntur. Colum. lib. 12. cap. 22: Deinde permisceto spatha lignea. ❡ Spatham præterea vocamus instrumentum illud culinarium, quo spumam detrahimus. ❡ In palmis item spathæ dicuntur, ramuli ex quibus palmulæ dependēt à frondis, ut videtur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit, licet duplex sit, minor & tenuior. Plin. li. 16. cap. 26: Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem.

Spăthălĭōn, [σπαθάλιον. Gall. Rameau ou branche de palme avec le fruit pendant. Ital. Ramo di palma. Ger. Ein zweig von einem Dattelbaum / an dem die Dattelkernen noch hangen. Hisp. Razimo de datiles. Pol. Gal'azka na ktorei owocze wisza. Vng. Gánwilsfenel fwgő palmaág. Ang. A braunche of a date tree with the frute.] diminutivum à Spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendentibus. Vnde apud Martial. lib. 13: Spathalion caryotarum numeratur inter munera tenuiorum, quæ Calendis Ianuariis solent missitari. Aurea (inquit) porrigitur Iani caryota Calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. ❡ Est etiam ornamentum muliebre, inter delicias fœminarum annumeratum. A' verbo Græco σπαταλάω, quod significat delicias ago, & lascivio. Plin. lib. 13. cap. 15: Iuba tradit circa Troglodytarū insulas fruticum in alto vocari isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum, mutato colore in nigrum durescere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocatur caritoblepharum, efficacem in amatoriis: spathalia eo facere, & monilia fœminas. Plautus Menæchmis: Amabo Menæchme in aureis da mihi faciendas, pondo duûm numûm spathalia, ut te libenter videam, quum ad nos veneris.

Spăthē, es, σπάθη. Involucrum est, sive operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis unguentis utuntur unguentarii, ut docet Dioscorides libro primo, cui ea in re optimè convenit cum Theophrasto, qui libro tertio de Plantarum historia de palmis agens, in eo masculum à fœmina differre scribit, quòd mascula prior florem ferat in spathe. Plinius lib. 23. cap. 6, spathes, sive elates nomine propriū quoddam palmæ genus videtur intellexisse, quod medicinæ conferret germina, folia, & corticem. Vide Marcellum in Dioscoridem.

Spăthŭlă, læ, f. p. [σπαθίον, ἢ σμικρὰ ἢ βραχεῖα σπάθη. Gall. Espatule. Ital. Spatola. Ger. Ein handbögelin / schwertlin. Hisp. Spatula. Pol. Szabelka, item spatul'a. Vng. Keg ispot. Ang. A litle skliffe.] diminutivum à spathe, sive spatha, quo Celsus lib. 8. cap. 15. usus est pro instrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (inquit) si vastius corpus nervive robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spătĭum, spatii, n. s. Capedo, intervallū, tàm temporis quàm loci. [רֶוַח revach מֶרְחָב merchab διάστημα, διάλειμμα. Gall. Espace. Ital. Spatio, agio, tiempo. Ger. Ein weyte / ein zwischenfallender begriff. Hisp. Espacio, ò anchura. Pol. Miesce przestrzeń, czas. Vng. Köz. Ang. Space.] Cic. lib. 1. de Nat. deor. Sidus spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans. Virg. 3. Georg. Hic vel ad Elei metas, & maxima cāpi Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas. Ovid. 2. Metamor. tritumq; relinquunt Quadrijuges spatium, nec quo prius ordine currunt. Cic. pro Archia: Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præteriti temporis. Autor ad Herenn. lib. 2: Spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam transigendam: scieritne, satis ad perficiendum spatii futurum. ❡ Spatium, pro mensura & temporibus pedum in carmine. Cic. in Orat. Trochæus, qui in eodem spatio est, quo choreus. ❡ Spatium pro dilatione. Liv. lib. 8: Orabant ut rem in posterū diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daretur. Bud.

Spătĭŏr, aris, d. p. Deambulo. [הִתְהַלֵּךְ hithhallech. περιπατέω, Gall. Se pourmener, s'esbanoyer. Ital. Andar à spasso. Ger. Spatziereen und her gehen. Hisp. Espaciarse. Pol. Przechadzam sie. Vng. Spatzalok, setalok. Ang. To walk abrowd.] Virg. lib. 1. Georg. Tum cornix plena pluviam vocat improba voce, Et sola in sicca secum spatiatur arena. Idem 4. Aeneid. Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras. Ovid. 2. Metam. nam quū per littora lenta Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena.

Spătĭans, tis, [מִתְהַלֵּךְ mithhallech. περιπατῶν, ἀναστρεφόμενος. Gall. Qui se pourmene. Ital. Che anda à spasso. Ger. Spatzierend / weit außgethan. Hisp. Que anda à espacio. Pol. Przechodzaiacy sie. Vng. Spatiala, setala. Ang. That walketh abroade.] Ovid. 14. Metam. & spatiantia passim Brachia compescit.

Spătĭātŭs, a, um, περιπατήσας, ἀναστρεψάμενος. Ovid. 3. Fast. Flebat amans conjux, spatiataq; littore curvo Edidit incultis talia verba comis.

Spătĭātōrem pro erratore posuit Cato. Festus.

Spătĭōsŭs, sa, sum, Amplus, capax, vastus, magni spatii. [מֶרְחָב merchab רַחַב rachab. εὐρύχωρος. Gall. Spatieux, large & de grand estendue. Ital. Spatioso, grande. Ger. Hefftig weit / das ein grossen umbegreifft. Hisp. Espacioso, largo, grande, ancho. Pol. Barzo szeroki. Vng. Igen nagy es Zeles köz. Ang. Ample, broade, wide, spacious.] Colum. lib. 6. cap. 2: Primùm omnium spatiosum stabulum præparetur, ubi domitor facilè versari, & unde digredi sine periculo possit. Idem 2. de Arte: Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo. ❡ Interdum non loci, sed temporis spatium importat. Ovid. lib. 1. Amorum, Eleg. 8: Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram: Sæpè simultates ira morata facit.

Spătĭōsē, adverb. Latè, diffusè. [εὐρέως. Gall. Largement, au large. Ital. Largamente. Ger. In die weite / weit hinauß / weitläufftiglich. Hisp. Largamente. Pol. Szeroce. Vng. Bowen, zelessen. Ang. Amply, largely, abroade.] Plin. lib. 19. cap. 5: Quoniam spatiosè fructicat. Spatiosiùs, & spatiosissimè. Plin. Epist. 61: Bono tu inconvenientissimum credidi, eadem illa spatiosiùs & uberius volumine amplecti.

Spĕcĭēs, ei, f. q. Forma, effigies, facies, vel imago. [תְּמוּנָה temunah תֹּאַר toar עַיִן ein. εἶδος, ἰδέα. Gall. Espece, forme, figure, beauté, mine, face. Ital. Specie, imagine. Ger. Ein gestalt. Hisp. Hermosura ò forma, especie. Pol. Ksztal't, sposob, wyobrazenie. Vng. Kep, abrazat, forma. Ang. The fourme, figure, or shape of a thing, beautie, apperance, face.] Cicero lib. 1. Offic. Quæ autem specie quadam utilitatis, hanc Græci ἰδέαν vocant. Et in Topicis: In divisione formarum, quas Græci ἰδέας vocant, nostri (si qui hæc forte tractant) species appellant. Cæsar Comment. 4: Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus, telisq; subministrandis, & ad aggerem cæspitibus comportandum, speciem, atq; oppugnationem pugnantiū præberent. Cicer. de Amicitia: Quæ est enim ista securitas? specie quidē blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. ❡ Quandoq; sumitur pro aspectu, & re visa. Virg. 2. Aeneid. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. ❡ Quandoque pro pulchritudine, seu deformitate: à speciendo. Plaut. in Bacch. Bellan' videtur specie mulier? ❡ Inde speciosus pro pulchro & formoso accipitur, de quo infrà. ❡ Species item (ut definitur à dialecticis) est quæ dicitur de pluribus differentibus numero: ut homo est species, quoniam de Socrate, Platone, & aliis, nō specie, sed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata, quòd multorum collectio una quasi visione comprehendatur. Genus autem est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: ut animal, quod de homine, equo, asino, & hujusmodi dicitur, quæ specie differūt. ❡ Species item aliquando ponitur pro cōtroversia L. 18 D. de min. Species in auditorio finita. Quod ex eo ductum est, quod finitam quæstionem Græci appellant ὑπόθεσιν. ❡ Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus. Macrob. lib. ult. Saturn. Species, & acres, & calidæ, super faciem quam apponuntur, exulcerant. Martianus Iureconsultus: Species pertinentes ad vectig. al. cinnamomū, piper longū, piper album. Sic dicitur Vicus speciarius, à Speciebus Arabicis, peregrinisque. ❡ Aliquando in plur. num. significat fruges. Arcad. l. ult. D. de muneribus, & honoribus: Cura quoq; emendi frumenti, olei. Nam harū specierū curatores, &c. Eodem modo in l. ult. C. de usur. in trajectitiis contractibus vel specierū fœnori dationibus. Hotoman. ❡ In speciem, simulatè. Liv. 4 ab Vrbe de Sempronio reo: Aegrè Hortensius pati, tentationem eam eò dedere esse perseverantiæ suæ: nec precibus tribunorum, qui in speciem modò jactentur se auxilio confidere reum.

Spĕcĭālĭs, speciale, om. t. Particulare, proprium, & velut peculiare. [ἰδικός, ἴδιος. Gall. Special, propre & particulier. Ital. Speciale, singulare, proprio. Ger. Sonderbarlich / eigen. Hisp. Cosa especial en su genero, propria. Pol. Osobliwi al'bo osobny. Vng. Kiualo keppen valo, zalaydon. Ang. Particular, proper.] In qua significatione utitur hoc nomine Iulius Capitolinus quum ait: Macrinorū familiam id speciale semper habuisse, ut Alexandrum magnum in auro & argento exculptum semper haberet.

Spĕcĭātĭm, adverb. Particulariter. [ἰδικῶς, ἰδίᾳ. Gall. Specialement, en especial. Ital. Specialmente, singularmente. Ger. Insonderheit. Hisp. Especialmente, de specie, en especie. Pol. Osobliwie, osobna. Vng. Kiualkeppen, neuezet. Ang. Specially, chiefly.] Cic. post Reditum in Senat. Multa de me C. Messinius & amicitiæ & Reipublicæ causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgavit.

Spĕcĭālĭtĕr, adverb. Speciatim. ἰδικῶς, ἰδίᾳ. Colum. lib. 3: Atq; de cura eligēdi malleoli generatim præcipimus: nunc illud propriè specialiter, ut non solùm ex feracissima vite, sed etiam à vitis parte feracissima semina eligantur.

Spĕcĭfĭcŏ,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Specillus,a,um, ἰδιωτικός, quod est peculiare.

Speciōsus, sa, sum, Pulcer, formosus, elegans: semper enim in bonum accipitur, quāvis species medium vocabulū sit. [יפה jephēh. ὡραῖος. Gall. Beau. Ital. Vistoso, apparente, bello, ben formato. Ger. Wolgestalt/hübsch. Bel. Schoon. Hisp. Cosa de mucha hermosura, hermoso, bello. Pol. Piekny, ozdobny. Vng. Zep ekes. Ang. Faire, beautifull, goodlie to see.] Virg. 4. Aeneid. neq; enim specie famâve movetur: hoc est, nec presenti deformitate, nec rumore mox futuro. Sic & formosus, licet forma indifferēter ponatur, semper tamen in meliorē partem accipitur. Plin. li. 13. cap. 4: Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores. Cels. lib. 2. cap. 2: Si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est, suspecta habere bona sua debet. Horat. de Arte: Interdum speciosa jocis, morataq; rectè Fabula, &c. Ovid. 7. Metamor. speciosaq; nomina culpæ Imponis Medea tuæ: quin aspice quātum Aggrediare nephas.

Speciōsè, speciosiùs, speciosissimè, Pulcrè, ornatè. [ὡραίως, εὐπρεπῶς, ἀγλαῶς. Gall. Bravement, magnifiquement. Ital. Honestamente, magnificamente. Ger. Zierlichen/schön. Hisp. Con mucha hermosura hermosamente, ornadamente. Pol. Pieknie. Vng. Zepben ekessen. Ang. Trimmelie, gailie, goodlie to see.] Liv. 4. bel. Maced. Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere nō sines? & equus tuus speciosiùs instratus erit, quàm uxor vestita? ¶ Speciosè ingredi id est, cum ornatu. Colum. lib. 2. cap. 2: Igitur in opere boves arctè junctos habere convenit, quo speciosiùs ingrediantur sublimes & elatis capitibus.

Specimĕn, nis, pen. cor. n. t. Propriè in quavis merce dicitur exiguum quiddam, quod à venditore spectandum profertur, ut ex eo emptor rem totā æstimet. [תבנית tabnith. ὑπόδειγμα. Gall. Monstre, eschantillon, exemplaire, espreuve, patron. Ital. Spetienza, tassa, prova, mostra. Ger. Ein schawstat/schawstuck/ auß welchem man abnemmen kan welcher gestalt das gantz sey/ prob/ probierstuck. Hisp. La muestra de lo mayor. Pol. Pokazanie probi. Vng. Igy proba. Ang. The shewe of something, the cantell, an exemplary or patterne.] Frequentissimè tamen per translationem accipitur pro quovis documento, experimēto, sive exemplo, ex quo rei totius capimus conjecturam. Cic. in Tusc. Quid illud? num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaq; natura? Apul. in Flor. Sed Marsyas, (quod stultitiæ maximum specimen) non intelligens se deridiculo haberi, quædam deliramenta effutiunt. ¶ Dare, præbere specimen sui, est re aliqua insigni declarare, quid de se sit sperandū. Cic. in Divin. in Verrem: Tu verò, Cecili, quid potes? quo tēpore, aut qua in re nō modò specimen cæteris aliquod dedisti, sed tute tui periculū fecisti? ¶ Specimen innocentiæ, prudentiæ, virtutis: id est, exemplar. Cic. 3. de Nat. deor. Cur temperantiæ prudentiæq; specimen ante simulacrum Vestæ pontifex maximus est Q. Scævola trucidatus.

Spĕcio, cis, xi, ctum, Apud antiquos in usu fuit pro video. [ראה raáh. σκοπέω. Gall. Regarder, aviser. Ital. Vedere. Ger. Sehen. Hisp. Mirar, veer. Pol. Widze. Vng. Latok nezek. Ang. To see, to advise or behold.] Vnde augures specere: hoc est, inspicere aves dicebantur. Ennius apud Varronem: Vos epulo postquā specit. Hodie abiit in desuetudinem, utimurq; tantùm ejus compositis, Aspicio, conspicio, circuinspicio, despicio, dispicio, inspicio, perspicio, prospicio, præspicio, respicio, introspicio, suspicio, & transpicio: de quibus suis locis.

Specito, as, are, frequentativum antiquum, [πολλὰ βλέπω. Gall. Regarder souvent. Ital. Guardare spesso. Ger. Offt oder embsig sehen. Hisp. Mirar muchas vezes. Pol. Pilno patrze. Vng. Lotogatok vizsgalok. Ang. To behold often.] Plaut. in Cistel. Per Dionysia Materpompam me specitatum duxit.

Specto, as, act. p. aliud frequentativum à specio antiquo verbo, Multùm & fixè intueor. [ראה raáh. משקף mischképh. בטה tsephah. ἀποβλέπω, θεάομαι. Gall. Regarder ferme & attentivement. Ital. Guardare, guardare fisso. Ger. Sehen eins sehens / fleissig schawen. Bel. Aensiend aensien. Hisp. Mucho mirar. Pol. Vilatwnie se przypatruie. Vng. Viazon zorrebnet reatigezem. Ang. To behold and look upon a thing attentivelie.] Cic. de Arusp. resp. Quòd ni tu Megalesia eo die spectare voluisses, haud scio, &c. Terent. in Eunu. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit. ¶ Accipitur non rarò pro judicare, probare, sive æstimare. [בחן bachán. ἐξετάζειν, κρίνειν.] Cic. pro Roscio Com. Nemo enim illum ex trūco corporis spectabat, sed ex artificiò comico æstimabat. Ibidem: Quem si tu ex censu spectas, eques Romanus est: si ex vita, homo clarissimus est: si ex te, judicem sumpsisti: si ex veritate, id quod scire potuit & debuit, dixit. Idē lib. 5. Tusc. Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectādi sunt. Aurum spectatur in ignibus. Ovid. 1. Trist. eleg. 4: Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum: Id est, probatur. Vnde & spectatores pecuniæ, dicuntur qui valorem ejus explorant. Huc etiam pertinet illud Virgil. 2. Eclog. St ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes: hoc est, si vitulæ pretiū tecum reputes: vel (ut Servius interpretatur) si pocula cum vitula cōpares. ¶ Interdū spectare, idem est quod attendere, cavere, dispicere, &, ut Cic. loquitur etiā atq; etiam videre. Plaut. Spectandum ne tibi anulū det, neq; roget. ¶ Eleganter item accipitur spectare pro eo quod est ad rem aliquam pertinere, tendere seu referri, quod & Græci dicunt, ἀποβλέπειν, τείνειν, & τείνειν πρός τι. Cic. 3. de Fin. Hæc studia ad imitandos summos viros spectant. Idem lib. 2. Epist. Omnia utriusq; consilia ad concordiam spectaverunt. Idem 2. Offic. Ad extremum, si ad perniciē patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.

Spectātur, impersonale. Plin. lib. 10. cap. 70: Plausu congregari feros ad cibum consuetudine spectatur.

Spectātu, supinum. Cic. 2. Offic. Maximeq; admirātur eum qui pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Spectandus, adject. θεατός. Plin. lib. 10. cap. 42: Nec vulgaris psittaci forma, quanvis non spectanda.

Spectātus, m. s. Probatus, cognitus, cujus scilicet perspecta jam virtus est. [נבחן nibchán, δεδοκιμασμένος. Gall. Loué, approuvé. Ital. Lodato, probato. Ger. Bewärt auff langem zusehen/ erkennet was hinder einem steckt. Hisp. Alabado, provado. Pol. Doznani. Vng. Meg probáltatot keserterbt. Ang. Approved, well tried and cōsidered.] Virgil. 8. Aeneid. Sunt nobis fortia bello Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus. Plaut. Persa: Vitam equidem jam satis tibi spectatam esse censuciā, Et meos mores. Spectatæ integritatis vir. Liv. 6. bel. Pun. Spectatissima fœmina. Cic. pro Sext. Rosc. Quasi verò nescias hunc & ali, & vestiri à Cæcilia Balearici filia, Nepotis sorore, spectatissima fœmina: quæ quū patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet: tamen, &c.

Spectātè, adverb. Feliciter, egregiè [ὑπερπρεπῶς, περιφανῶς, ἐπισήμως. Gall. A la veuë de tout le monde, clairement, heureusement. Ital. Felicemente, egregiamente. Ger. Außsichtiger weiß/ zierlichen/ fein. Hisp. Bienaventuradamēte, señaladamente. Pol. Ozdobnie. Vng. Zerencsesen ekessen. Ang. In the sight of all, gailie, goodlie to see.] Plin. li. 21: Flores verò odoresq; in diem gignit, magna (ut palàm est) admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.

Spectātio, onis, verbale, f. t. Ipse spectandi actus. [ראי rei. θέα. Gall. Regard, esgard. Ital. Esso guardare. Ger. Ansehung/ besehawung. Hisp. Mirada, obra de mirar. Pol. Przypatrowanie. Vng. Nezes. Ang. A looking or beholding.] Cic. ad Attic. Est quiddam etiā animum levari tùm spectatione, tùm religione opinionis & fama. ¶ Spectatio, pro probatione pecuniæ. Cic. in Verrem, actione 4: Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Budæus.

Spectātōres, m. t. Qui ad ludos spectandi causa conveniunt. [ראה roéh. θεαταί. Gall. Contemplateurs, regardeurs. Ital. Spettatori. Ger. Zuseher / die zusehen wie ein ding verhandlet werde. Hisp. Los que miran los juegos. Pol. Dzwercy, przyglądacze. Vng. Nezők, ualalok. Ang. Beholders, lookers upon.] Plaut. Amph. Nunc spectatores Iovis summi causa clarè plaudite. ¶ Spectatores rerū cœlestiū: id est, contemplatores. Cic. 1. de Nat. deor. Homo rerū superarū, atq; cœlestium spectator. ¶ Spectator pugnæ, qui se pugnæ nō admiscet, sed securus ejus exitū expectat, tractū à ludorū spectatoribus, qui histrionibus in scena fabulā agētibus, otiosi interim desident. Cicer. 2. Offic. Spectatores q; se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. ¶ Spectator formarū: id est, judex, æstimator, probator. κριτής. Ter. in Eunuc. Quū meipsum noris quàm elegās formarum spectator siem. Vbi Donatus: Spectator elegans est, qui sit cunctantis & fastidiosi judicii, cui non quidvis facilè placet. ¶ Spectator, probator: ut spectatores pecuniæ dicuntur.

Spectātrix, icis, verbale, f. t. à spectando deductum. [ראה roáh. θεάτρια. Gall. Regarderesse, celle qui regarde & contemple. Ital. Donna che guarda. Ger. Ein zuseherin/ anschawerin. Hisp. La que mira. Pol. Doglądaczka. Vng. Nezö azzony ujodalo. Ang. She that beholdeth.] Plaut. Merc. Divūm atq; hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus. Lucan. lib. 3: Detege jam ferrum: neq; enim tibi turba verenda est Spectatrix scelerum, &c.

Spectātivus, adject. Speculativus sive contemplativus. [θεωρητικός. Gall. Contemplatif, speculatif. Ital. Contemplativo. Ger. Das des ist so ein ding nur im gemüt betrachtet und anschawet. Hisp. Cosa para mirar, y contemplar. Pol. Rozmyślający.] Quint. lib. 3. cap. 5: Vt illa sit spectativæ partis, hæc activæ.

Spectābĭlis, le, om. t. Spectatu dignus, clarus, illustris. [נכבד nicbhadh. θεωρητός. Gall. Digne d'estre regardé, illustre. Ital. Spettabile, illustre. Ger. Schöbar/ weitgeacht/ ansehlig. Hisp. Lo que se puede mirar, claro, illustre. Pol. Znaczny, sławny. Vng. Tekintetes. Ang. Worthie to be beholden, goodly to see.] Plin. lib. 11. cap. 14: Alcubi enim favi cera spectabiles gignuntur. Ovid. 2. de Pont. Eleg. 2: Ipse super currum placido spectabilis ore. Idem 7. Me-

tamorph.

tamorph. spectabilis heros, Et veteris retinens etiam nũc pignora formæ Ingreditur. Iuvenal. Satyr. 8: Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum, &c. Tacitus in vita Agricolæ: Et extremo metu corpora defixêre in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis.

Spēctāculum, li, n. s. Ludi gladiatorii, id quod spectandum exhibetur. [ראי rei. spec. spectacle. Gal. Spectacle, ce qu'on regarde. Ital. Spettacolo. Ger. Ein spectacel/ ein schawspil. Bel. Een Schouspel. Hisp. Juego que se mira. Pol. Comedia, gra. Vng. Chodalas szczas. Ang. A publick or common sight.] Virgil. in quodam Epigram. Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane. Livius lib. 1: Iudici deinde finitimis spectaculum jubet. ¶ Aliquãdo dicitur ipsa spectatio. Sin. Cic. 7. Verr. O' spectaculum miserum, atq; acerbum, ludibrio esse urbis gloriam. ¶ Aliquando locus unde spectatur θεατρον. Sueton. De spectaculo excitatus descendit. Liv. Tũm primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, divisa loca Patribus, Equitibusq; ubi spectacula sibi quisq; faceret, Fori appellati.

Spēctamēn, inis, n. t. Specimen. [σκοπος, σκοπος. Gall. Monstre, regard. Ital. Mostra di qualche cosa, riguardo. Ger. Ein anzeigung/ schawstuck. Hisp. Mirada, la muestra. Pol. Pokazanie. Vng. Zhon lelen bu zen latas, mezes. Ang. A sheew a sight.] Plaut. in Menæch. Spectamen bono servo: id est, qui rem herilem procurat, videt, collocat.

Spēctāmentum, ti, n. s. idem quod spectaculum, id quod spectatur. Interest tamen illud, quòd spectaculum locũ etiam significat, ex quo spectatur: spectamentum verò tantùm res quæ spectantur.

Spēctĭo, onis, f. t. verbum est propriè ad Augurum disciplinam pertinens, in qua officia ita distributa erant, ut qui spectionem habebant, nuntiationem non haberent, αποφασεις. Vide Varronem libro 5. de lingua Latina, & Pompeium Festum libro 17.

Spēcĭum, cii, n. s. Instrumentũ teres & parvum, quo medici ad tentandum vulnerum ac fistularum viam & profunditatem utuntur. [מחוגה. Gall. Vne effrouuette de chirurgien. Ital. Tasto, tenta. Ger. Ein meissel oder bergleichen instrument der Wundarzten/ mit welchem sie die tiefe der wunden ersuchen. Hisp. La tenta ò cala del chirurgiano. Pol. Instrument bolwierslij ktorim gł ebokości ran doświadczają. Vng. Gombblyw sima ispot. Ang. A lancelette or lyk instrument.] Pacuvius: Vt medici faciunt, qui priùs specio vulnus tentant. Fit autem à verbo specio.

Spectabilis. Spectaculum, Spectator, Spectatus. Specto. Vide SPECIO.

Spectrum, tri, n. s. Simulacrum, seu imago oculis sese offerẽs, visio, visum. [פתרון. Gall. Phantosme, vision. Ital. Simulacro, imagine, fantasia, imaginatione. Ger. Ein gesicht das einem vor den augen schwebt/ Gespenst. Hisp. Imagen ò idolo, phantasia. Pol. Strach, dziw. Vng. Latas tsida latas. Ang. A bogge, a gaull, an image in mannes imagination.] Cicer. lib. 15. Epist. Qui putant, ἐνθουσιασμοῖς quorundam spectris Catianis excitari. Ibidẽ: Quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus ἐιδωλα, hic spectra nominat. Et rursus: His autem spectris etiam si oculi feriri possint, animus qui possit non video.

Spēcĭlĭs, e, s. p. Locus editus, & eminens, unde aliquid eminus videri & prospici potest. [מצפה. Gall. Bassey, ou escbaugette, sentinelle. Ital. Vedetta. Ger. Ein ort da man von der höhe hüten/ vnd aufsehen kan/ ein schawthurn/ hochwacht/ ein Warte. Bel. Een wacht/ eenen wachtoren. Hisp. La atalaya, lugar para atalayar. Pol. Wieża dlia straża. Vng. Bralla hely. Ang. An essying tower.] Valla in Raudensem: Specula, locus unde hunt excubiæ, an hostes veniant, transeantve, an maneant, quot sint, & quæ sunt id genus. Virg. 8. Ecloga: Præceps aëriis specula de montis in undas Deferat. Ovid. in Epist. Leandri: in speculis omnis Abydos erat. Liv. 2. belli Punici: Ipse in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, ut ignibus procul sublatis, signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Virg. 3. Aeneid. dat signum specula Misenus ab alta.

Spēcŭlĭ, speculæ, diminutivum à spe, vide SPES.

Spēcŭlŏr, laris, lari, d. p. Exploro, contemplor, quasi à specula prospecto. [צפה. Gall. Guetter, espier. Ital. Contemplare, speculare. Ger. Aufspähen/ ein wachtere aufsehen tragen/ schaw vnd fleiß haben. Bel. Sien/ verspien. Hisp. Contemplar, mirar, atalayar. Pol. Szpiegować, wypatrować. Vng. Ker alok strasat alok. Zhonlelok. Ang. To sive and watch in a high tower, to sie a farre of, to consider diligently.] Plaut. in Mil. Sed speculabor neque aut hinc ab læva, aut ab dextra Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. Cæsar 2 belli Gall. Qui speculandi gratia essent remissi. ¶ Per translationem speculari ponitur pro scrutari, & exactè considerare. [חפש. chippes. ἐρευνᾶν.] Tacitus lib. 13: Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Cic. in Catil. Multi te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atq; custodient. ¶ A' quo fit compositum Præspeculor, quod est ante speculos, vel præmissis speculatoribus exploro. Suetonius in Cæs. Exercitum neq; per insidiosa itinera duxit unquam, nisi præspeculatus locorum situs.

Spēcŭlātōrēs, m. t. Exploratores, qui è specula speculantur, vel qui in bello ante exercitum explorandi gratia mitti solent. [צפים. tsophim. מרגלים. meraghelim. κατασκοποι. Gall. Espies, guetteurs, espions, guetteurs. Ital. Spie, guardie. Ger. Aufspäher/ lauerer. Hisp. Atalayadores, miradores. Pol. Szpiegowy, straż. Vng. Ker alok. Ang. Espiers.] Cæs. 2. belli Gall. Hacte Cæsar statim per speculatores cognita, insidias vertitur.

Spēcŭlātrīx, cis, ver. f. t. [צפה. tsophah. מרגלה. meraghelah. κατασκοπος, ἐ ἐπιβουλος. Gall. Celle qui espie & fait le guet. Ital. Spiatrice. Ger. Ein aufspäherin/ beschawerin. Hisp. Atalayadora. Pol. Szpiegierka. Vng. Ker alo, ałzony. Ang. She that espieth.] Cic. 3. de Nat. deor. Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices & facinorum, & sceleris.

Spŏdŏs, sive Spodium, σποδός, σπόδιον, Cineris genus est quod ex fornacibus ærariis sursum evolat, atque inde recidit in pavimentum. Nam quod testudini fornacis adhæret, pompholyx dicitur. Vide Galenum lib. 9. Simpl.

Spŏlĭum, spolii, n. s. Quicquid hostibus detrahitur, ut ait Servius. [שָׁלָל *schalal* מַלְקוֹחַ *malkoach* בַּז *baz* בִּזָּה *bizzah*. ἔνδυτα. Gall. Despouille, pillage, butin. Ital. Bottino, spoglie d'inimici. Ger. Ein Raub / Beut. Hisp. Despojo de los enemigos, presa, ò robo. Polon. Lup. Vngar. Ragadomany, préda. Ang. Spoile, bootie.] Virgil. 8. Aeneid. nam maximus ultor Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus Alcides aderat. Spolia opima, quæ dux duci detrahit: qualia fuerunt ea, quæ primus omnium Iovi Feretrio obtulit Romulus, rege Cæninensium manibus suis in acie occiso: ut est videre apud Livium lib. 1. ab Vrbe.

Spŏlĭo, as, act. p. Exuo, nudo, orbo, privo, spolia detraho. [שָׁלַל *schalal* נִצֵּל *nitsel* בָּזַז *bazaz*, σκυλεύω. Gall. Despouiller, piller, destrousser. Ital. Spogliare. Ger. Berauben / außziehen. Belg. Berooven. Hisp. Despojar. Pol. Obieram, obl'upiam. Vng. Meg fosztam. An. To spoile or robbe.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: Exercitum fundit fugatq; fusum persequitur, regem in prælio obtruncat, & spoliat. Cic. 6. Verr. Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es. Terent. in Hecyr. Quin spolies, mutiles, laceres. Virgil 5. Aeneid. Pars spoliant aras. Lucan. lib. 3: tristi spoliantur templa rapina. Cic. 3. Verr. Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consulem, cujus re vera Quæstor fuit, non modò relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, pecunia nefariè oppugnatũ, & proditum? Idem pro Quint. Necesse est, iste qui amicum, socium, affinem, fama & fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. ❡ Hujus composita sunt Despolio, Dispolio, de quibus suis locis.

Spŏlĭŏr, inquit Nonius, Antiqui dicebant pro spolio: unde Despolior, & expolior, in activa significatione leguntur. Afranius: Quos impunè depopulatur & despoliatur dedecus. Quadrigarius, Agrum Campanum expoliabatur.

Spŏlĭatĭo, tionis, verbale, f. t. Spoliorum detractio, depopulatio. [שָׁלָל *schalal* בִּזָּה *bizzah* σκύλευσις. Gall. Pillerie, despouillement. Ital. Spogliamento. Ger. Beraubung / außziehung. Hisp. Despojamiento, obra de despojar. Pol. Obl'upienie, obranie. Vn. Meg fosztas. Ang. A spoiling or robbing.] Cic. 4. Verr. Quum in legatione oppidorum, fanorumque spoliationes cogitaret.

Spŏlĭatŏr, toris, verbale, m. t. Qui alterũ spoliat. [שׁוֹלֵל *scholel* בּוֹזֵז *bozez*, λαφυραγωγός. Gal. Pilleur, volleur. Ital. Spogliatore. Ger. Ein Rauber / der einen außzeucht und jhm das sein nimpt. Hisp. Despojador. Pol. L'upiezca. Vng. Foszto. Ang. He that spoileth or robbeth.] Cic. 6. Verr. Neq; solum spoliata illa patiêre, sed etiam spoliatorem vexatoremq; eorum defendes?

Spŏlĭarĭum, rii, n. s. Propriè locus ante balneum, in quo loturi sese spoliabant: hoc est, exuebant. [ἀποδυτήριον. Gall. Le lieu où on se despouille es bains. Ital. Luogo dove si spoglia ne' bagni. Ger. Ein ort in einem badhauß in welchem man sich außzeucht unnd geplündert wird. Hisp. Lugar donde se ponen los despojos. Pol. Miesce do zuł oczenia przed l'aznia, item, miesce gdzie zbuica obieracia. Vngar. Vetkőző hely az banyaba. Ang. A place where men be robbed and spoiled.] Accipitur tamen & pro quovis alio loco, in quo quis vestibus, pecunia, aliáve re à latronibus exuitur. Plin. in Pan. Quã juvat cernere ærarium silens & quietum, & quale ante delatores erat nunc templum illud nunc verè Deus, non spoliarium civium, cruentarumque prædarum sævum receptaculũ.

Spŏlĭatrīx, f. t. [שׁוֹלֶלֶת *scholeleth* בּוֹזֶזֶת *bozezeth*. ἡ σκυλεύουσα, ἡ σκυλεύτρια. Gall. Celle qui pille & despouille. Ital. Donna che spoglia. German. Berauberin / oder Rauberin. Hisp. Despojadora. Pol. L'upiezniczka. Vngar. Meg foszto azzony. Ang. She that robbeth or spoileth.] Martial. lib. 1: Sic spoliatricem commendat Faustus amicam.

Spondă, dæ, f. p. Latus lecti: nam spondæ sunt tabulæ, quæ utrinque lectum sustinent. [דְּמֶשֶׁק *demeschek*. ἡ κλίνη, vel τὸ τῆς κλίνης πλευρόν. Gall. Un chalit, ou les costez d'un chalit. Ital. Sponda del letto. German. Ein Spanbett / oder ein seiten bret eines spanbetts. Hispan. La cama o lecho de madera ò mejor, los lados de la cama, ò los orillas. Polon. L'oznica, lozko. Vngar. Agy oldal. Ang. A bedsteede or the sides of a bedsteede.] Martial. lib. 1: Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati. Virg. 1. Aen. Quum venit aulæis jam se regina superbis Aureâ cõposuit sponda, mediamque locavit. Horat. Epod. 3: -precor Manum puella suavio opponat tuo, Extrema & in sponda cubet.

Spondĕo, des, spopondi, sponsum, Promitto, polliceor. [יָעַד *jahadh* הֵקִים *hekim* נָדַר *nadhar* עָרַב *harab*. ὑπισχνέομαι, ἐγγυάομαι. Gall. Promettre de franche volonté. Ital. Promettere. Ger. Gutwillig verheissen. Belg. Beloven. Hisp. Prometer. Pol. Slubuie, obiecuie. Vng. Igerem, fogadom. Ang. To promise, to assure.] Spondere, inquit Varro, est dicere, Spõdeo à sponte. Nam id valet voluntate, ab eadẽ sponte declinatũ spondet. Spondet enim qui dicit sua sponte, Spõdeo. Cic. 14. Philipp. Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturũ Reipublicæ spopondit. Idẽ ad Att. lib. 16: Egit autẽ pater & filius, ut tibi sponderem: sed ita, ut tum crederet,

crederes, quum ipse cognosces. Idem Lentulo lib. 1: Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti. Virg. 12. Aen. Nam quid ago, aut quæ jam spondet fortuna salutē? Ovid. in Ibin: Te fera nec quicquā placidū spondentia Martis, Sydera presserunt. ¶ Spondere puellam dicitur pater alicui, cui eam uxorem promittit. Plaut. Trin. -spondēn' ergo Tuam gnatam uxorem mihi? CH. spondeo, & mille auri Philippûm dotis. ¶ Ejus composita sunt. Conspondeo: unde veteres Consponsos dicebant, teste Festo, fide mutua obligatos. Et consponsores duo, pluresve eandē rem promittentes. Cic. Leptæ: De negotio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Despondeo & Respondeo, de quibus alibi.

Spōnsŭs, a, um, part. Promissus. [מועד *muhádh*. μνηστευθεὶς, ἐγγυηθείς. Gall. *Promis*. Ital. *Promesso*. Ger. Verheissen/versprochen. Hisp. *Prometido*. Pol. *Obiecani*. Vng. *Igirtetht fogattatot*. An. *Promised, bethrothed.*] Terent. in Eunuch. Scis sponsam mihi? Subaudi Esse. Idem Phorm. -etiam nunc si vult Demipho Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi, Nullam mihi malim, quàm istanc uxorem dari.

Spōnsŭs, sponsi, m. f. Cui spondetur puella, vel cui desponsa est. [חתן *chatán*. νυμφίος, μνηστήρ. Gall. *Accordé & fiancé*. Ital. *Sposo*. Ger. Ein Breütigam. Hisp. *Esposo*. Pol. *Oblubieniecz genich*. Vng. *Vō legény*. Ang. *A bridegrome, or he that affianceth.*]

Spōnsă, f. p. Puella quę spondet. [כלה *challah*. μνηστή. Gal. *Accordée ou fiancée, espouse, promise*. Ital. *Sposa*. Germ. Ein Braut. Hisp. *Esposa*. Pol. *Oblubienica*. Vn. *Meny azzony*. An. *A bride, or she that is affianced or promised to a man.*] Plaut. Casin. Huc venisti sponsam prereptum meā? Iuven. Satyr. 1: Quē patitur dormire nurus corruptor avaræ? Quę spōsę turpes, & prętextatus adulter.

Spōnsŭs, sus. m. q. sponsio. [ערבה *harubbáh* תערבה *tabarubáh*. ἐγγύη. Gall. *Promesse*. Ital. *Promissione, promessa*. Ger. Ein verheissung/zusagung. Hisp. *Obra de prometer, promessa*. Pol. *Obietzanie, przyrzeczenie*. Vng. *Fogadas igiret*. Ang. *A promessa.*] Servius Sulpit. Si post eas stipulationes uxor non dabatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, judices cognoscebant.

Spōnsum, i, Sponsio, sponsus. [ערבה *harubáh* תערבה *tabarubáh*. ἐγγύη.] Cic. pro Quint. Sponsionem facere maluit: fecit. Te judicem sumpsit, ex sponso egit.

Spōnsŏr, oris, m. t. Fidejussor, qui pro altero spondet. [ערב *hareb*. ἐγγυητής. Gall. *Qui promet, promettant*. Ital. *Securtà, che promete*. Ger. Ein Bürg/der für ein anderen verspricht. Hisp. *Prometedor, fiador*. Pol. *Rekoimie*. Vng. *Fogado igirō kezes*. Ang. *A Suretie, that answereth or promiseth for another.*] Cic. Att. lib. 1: Tulliola, nostræ deliciæ, tuum munusculum flagitat, & me, ut sponsorem, appellat. ¶ Sponsor item dicitur is, qui puellam viro promittit. Ovid. Epist. 2: Qui mihi conjugii sponsor & obses erat.

Spōnsĭo, sponsionis, verbale, f. t. Promissio. [ערבה *harubbáh* תערבה *tabarubáh*. ἐγγύη. Gal. *Promesse*. Ital. *Promissione, promessa*. Ger. Ein freywillige verheissung/zusagung. Bel. Een belovinge. Hisp. *Promessa fianca à aposta*. Pol. *Obietnica dobrowolna*. Vn. *Igeret fogadas kezesseg*. An. *A promising or promise.*] Paul. de verb. sign. Spōsio appellatur nō solùm quę per sponsi interrogationē fit, sed omnis stipulatio, promissioq́ue. ¶ Sponsio item, est promissio certę pecunię, quam qui litem intendit daturum se, ni veram causam habeat, promittit. Actor enim primùm spondebat: id est, sponte atq; ultrò sponsionē deferebat adversario, quem ideo sponsione lacessere & provocare dicebatur: ab eo nanq; postea summā eandē stipulabatur. Hic aūt aut fateri cogebatur, aut si inficiaretur, restipulari. Tum actor iterum stipulanti adversario spondebat. Hotomanus in Orat. Cicer. pro Quint. Erat autē decima pars controversę rei in causis privatis: in publicis autē quinta apud Gręcos, autore Polluce, pœna scilicet temerè litigantium. Cic. lib. 3. Offic. Fimbriam Consularē audiebam de patre nostro puer, judicem M. Luctatio fuisse equiti Romano, sanè honesto, quū is sponsionē fecisset, ni vir bonus esset. Fiebat sponsio plerunq; in interdictis: id quod ostēdit Quintil. in 7: Quoties autem, *inquit*, poterimus, efficiendū est, ut de re quacunq; bene sentiat judex: sic enim juri nostro libentiùs indulgebit, ut in sponsionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiam si nō proprietatis est quæstio, sed tantùm possessionis: tamen nō tantùm possedisse nos, sed etiam rem nostrā possedisse dicere oportebit. Cic. pro Cæcinna: Erat enim Cæcinna de fundo vi armata dejectus: propterea Prætor interdixerat, ut unde dejecisset, restitueret: restituisse se dicit: sponsio facta est, hac de sponsione vobis judicandum est. ¶ Sponsio voti. Cic. 2. de Legib. Diligentia votorū satis in lege dicta est, ac voti sponsio, qua obligamur deo: pœna verò violatæ religionis justam recusationem non habet.

Spōnsālĭs, le, om. t. Quod ad spōsionē ptinet. [μνηστευτικός. Gal. *Appartenant à promesse*. Ital. *Pertinente à promessa*. Ger. Das z verheissung oder versprechung zur Ehe zugehörig ist. His. *Pertenesciente à promessa*. Pol. *Dyen zrekowania nal ynuki*. Vn. *Igeretbes fogadasbez kezessegbez vala*. Ang. *Belonging to promisse.*] Vnde sponsalia dies dicitur, quo puella sperato promittitur. [Ger. Ein Ehetag.]

Spōnsālĭă, orum, Mutua repromissio futurarum nuptiarum. [μνηστεῖα. Gall. *Fiancailles, l'accord & appointement du mariage à venir*. Ital. *Sponsalitio, maritaggio*. Ger. Versprechung zur Ehe verheuratung/Eheberedungen. Hisp. *Promessa por casamiento*. Pol. *Zrekowanie*. Vng. *Hazasulasnak Zhoetsege*. Ang. *The spousage or betrothing of a man or woman before full mariage.*] Sponsalia hoc modo fiebant, quemadmodū Servius Sulpitius autor est. Qui uxorē ducturus erat, ab eo unde ducēda erat, stipulabatur eā in matrimonium datū iri. Qui daturus erat, indē stipulabatur eam traditū iri. Is contractus stipulationū, sponsionūq; dicebatur spōsalia. Vide Gell. lib. 4. cap. 4. Vlp. l. 2. de Spons. Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi futuras uxores. Iuven. Satyr. 6: Conventū tamen & pactum, & sponsalia nostra Tempestate paras.

Spōnso, sas, freq. à Spondeo, Vxorē stipulor & peto, & sponsalia contraho. [יעד *jahádh* ארש *arás*. μνηστεύω. Gall. *Accorder & fiancer une fille la promettre en mariage*. Ital. *Prometterе, sposare*. Ger. Vermählen. Hisp. *Prometer como por casamiento*. Pol. *Zrekamenie cjinie do ozenienia*. Vng. *Leant kerék hazassagra zhoetseget tezek*. Ang. *To betrath, to affiance.*] Paul. de ritu nupt. l. 1: Siquis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quāvis sponsare non prohibeatur: ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodò redditis, quas acceperit. Budæus.

Spōndēŭs, pen. prod. σπονδεῖος. Pes duabus syllabis longis constans: qui in Heroico versu omnem sibi vendicat locum, licet rarò quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in sacrificiis & libamentis eo maximè uterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdusque ac sponsionem significat.

Spōndўlĭōn, lii, sive Sphondylion. σφονδύλιον Dioscoridi, Herba est in lòcis palustribus nascens, foliis propemodū platani, caulibus cubitalibus, vel etiā amplioribus, fœniculi caulibus nō dissimilibus, qui semen afferūt in cacumine silis similitudine, sed duplex & latius, candidū, paleosum, grave olens, flore candido, vel pallēte, radice alba, raphano simili. Romani, teste Dioscoride, *herbam rutinalem* appellarunt. Plin. lib. 12. cap. 26. inter ferulæ genera annumerat, panaciq; similem facit, nisi quòd minora habeat folia, & platani divisura.

Spōndўlĭs, dilis, f. t. σπονδυλὶς Aristoteli serpētis genus, quod Gaza ex Aristotele verticillam vertit. Plin. lib. 27. cap. 13: Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur, genus id serpentis est.

Spōndўlŭs, li, sive Sphondylus, m. f. [σπόνδυλος, σφόνδυλος. Gall. *Spondile, neu de l' eschine*. Ital. *Spondiglio, nodo della schena*. Ger. Ein knopff oder glaich des rucgrats. Hisp. *El espondil, nudo del espinazo*. Pol. *Pacierz wchrzbecie*. Vng. *Tekerō nyakcsigoia*. Ang. *Places in the backbone where the joyntes turne.*] Nodus, seu vertebra spinę dicitur. Sunt aūt in ipsa spina spōdyli quatuor & viginti, quorū septem collū constituunt, duodecim thoracem, quinque alii lumbos. ¶ Spondylus in mari animal apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Spondylus, calculus ęneus, quo suffragia sua Iudices Athenis dabāt, ut est apud Iuliū Pollucē. ¶ Spondylus, verticulū quod apponitur fusis, ut nendo melius vertatur. [Ang. *A wherne or wherle.*] ¶ Spondylus, callus, sive caro interior ostreorū. Plin. lib. 32. cap. 6: Neq; in luto capta, neq; in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi, atq; non carnoso, nec fibris laciniosō, ac tota in alvo. Spondylo utitur Martialis pro animalium officulis, libro 7: Rosos tepenti spondylos sinu condit.

Spōngĭă, æ, f. p. [σπόγγος. Gal. *Esponge*. Ital. *Spongia, sponga*. Ger. Ein Schwam. Belg. Een Sponghe. His. *Sponja*. Pol. *Gobka*. Vng. *Spongia*. An. *A sponge or that wherewith any thing is wiped.*] Quæ est in natura tertium ordinē habens, ut neq; animal, neq; frutex, sed tertium quiddā ac mediū inter utrūq; genus disposit, quod Gręci ζωόφυτα appellāt. Plurimis locis in satis maris nascuntur spongiæ, diversisq; nominibus ab antiquis distinctæ, quoniam nō una est earū bonitas & usus. Sensum iis inesse apparet: quia ubi avulsorem sensēre, contractę multò difficilius abstrahuntur, avulsę relinquūt in petris veluti cruoris vestigium, atq; ex his quasi molliores penicelli recrescunt. Spongias antiqui in deliciis habuerunt, frigidum vice, lintorumque illis utentes ad distringenda & mundanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant, tinctas per ęstatē salis spuma ad lunā & pruinas sternentes inversas, ut candorem biberent. Apud antiquos in usu erat tergendarū mensarum, adhibebanturq; ad obscœna emundanda. Mart. lib. 14: Hæc tibi fortè datur tergendis spongia mensis Vtilis expresso quum levis imbre tumet. Senec. lib. 10. Epist. Vnus è Germanis lignum id quod ad emundanda obscœna adhærente spongia, totum in gulam farsit, & intpræclusis faucibus spiritum emisit. ¶ Accipitur & Spongia pro asparagi sativi radice, apud Plin. & Colum. lib. 11. cap. 3.

Spongiolă,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Spongiŏlĕ, læ, f. p. diminutivum à spongia, quo nomine etiam significatur quiddam squamatim compactum è cynorrhodi tamis parvę spongiæ modo dependens. σπογγίδιον. Plin. lib. 25. cap. 2. Aliàs apud autores cynorrhodi una medicina erat, spongiolæ quæ in mediis spinis ejus nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. ¶ Spongiolæ radiculę asparagorũ inter se implicitæ. Col. lib. 11. cap. 3: Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non ampliùs dodrantalis altitudinis, in quam ita spongiolæ deprimuntur, ut facilè superimposita terra germinent.

Spongiōsŭs, adject. Quod similitudinem spongiæ habet. [σπογγώδης. Gal. Espongieux. Ital. Spongioso. Ger. Schwammig/tuck vnd löcherichtig wie ein schwam. Hisp. Spongioso, o cosa à manera de spongia. Pol. Dziurko watramieki iaka gębka. Vng. Puha ȣbrbs ȣbrbs. Ang. That is lyk a sponge.] Plin. lib. 11. cap. 37: Idcirco pulmo spongiosus.

Spongĭzō, significat spongia extergere, quo frequenter utitur Apicius. ἀπομασσίζω.

Spōngĭtātōrēs, Qui spongias captant. σπογγοθήρας, ea forma dicti, qua purpuratores appellantur, qui purpuras piscantur. Vide Cœlium Rhodig. lib. 8. cap. 11.

Spongītēs, σπογγίτης. Gemma est à spōgiæ similitudine dicta. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sponsī, Sponsalis, Sponsio, Sponso, Sponsus, vide SPONDEO.

Spontĕ, Nomen ablativi casus, idem valens quod adverbium sinò: hoc est, propria voluntate. [αὐτοπροαιρέτως. Gall. De bon gré, sans contrainte, volontairement. Ital. Da sua posta, di volontà. Ger. Freywillig/von ihm selbs. Belg. Van selfs. Hisp. Voluntariosamente. Pol. Dobrowolnie. Vng. Zabat akaratom. Ang. Willingly, with good will.] Cic. Attico: Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Virgil. 4. Eclog. Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. ¶ Sunt qui putent sponte adverbium esse, quod certè verum esse non potest, tùm quòd admittat secum adjectivum, quemadmodum alia nomina substantiva: ut mea, tua, vel sua sponte: tùm quòd non ratò legatur ejus genitivus spontis. Celsus lib. 1. cap. 1: Sanus qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. Varro lib. 2. de Re rust. Spontis suæ statuerat finem.

Spontānĕŭs, a, um, adject. Quod est voluntarium aut naturale. αὐτόματος.

Spontālĭs, spontale, om. t. Spontaneus, ultroneus. [αὐτόματος, αὐθαίρετος. Gall. Volontaire. Ital. Volontario, spontaneo. Germ. Freywillig/das auß eignem trib ist. Hisp. Cosa de su propria voluntad, voluntariosa. Pol. Dobrowolni. Vng. Zabat akarattya szerint valo. Ang. Willing.] Apul. lib. 4: Quumque nulli nostrum spontale parricidium suadès persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.

Spōrtā, æ. aut à sporto herba quæ frequens apud Hispanos nascitur: aut ab asportando: erat vasis genus ex vimine, junci, aut sparto, aut simili leviore materia. [סל sal סלסלה salsalah. σπυρίς. Gall. Vn panier ou vne corbeille. Ital. Sporta. Germ. Ein geflochtner Korb. Belg. Een teist. Hispan. La espuerta. Polon. Kosz. Vngar. Kosar. Ang. A basket or maunde.] Salust. libr. 2. Histor. E' muris canes sportis dimittebant. Colum. lib. 8. cap. 7: Locus ad hanc rem desideratur calidus maximè, & minimi luminis, in quo singulæ caveis includãtur angustioribus, vel sportis inclusæ pendeant aves.

Spōrtŭlā, æ, diminut. [σπυρίδιον. Gall. Petit panier, corbillon. Ital. Sportella. Ger. Ein geflochten Körblin. Hispan. Pequeuna espuerta. Pol. Koszyk. Vngar. Kosaratska. Ang. A little basket or maund.] Plaut. in Curcul. Qui incedunt suffarcinati cum libris, cũ sportulis. Idem in Menæch. Sportulam cape, atq; argentum: ecce nummos nes habes. C. Habeo. E. abi, atq; opsonium affer. ¶ Et quoniam in sportulis pecunia, quandoq; etiam cibus in quotidianum usum deferri solebat, factum est ut sportula pro iis cibis, & pro ea pecunia acciperetur, quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipsos officii gratia essent comitati, aut domi salutavissent togati. ἡ εἰς σπυρίδιον θεραπεύουσα ἐξ ἀλλοφύλου. Iuvenal. Satyr. 1: -nunc sportula primo Limine parva sedet turbæ rapienda togatæ. Idem Satyr. 5: Nonne vides quanto celebretur sportula fumo?

Spōrtellā, diminutivum. Genus quoddam bellariorum significans. σπυρίδιον. Cicero ad Papyrium Pætum: Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

Spūdastēs, ę. σπουδαστής. Fautor, studiosus. Hieron. lib. de script. Ecclesiast. ubi de divo Luca agit: Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν: id est, amatorem Pauli, convictum apud Iohannem, quòd autor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, loco excidisse.

Spūmā, æ, f. p. Rara quędã fæx q̃ per ebullitionẽ aut vehementem agitationẽ rebus liquidis supernatat. [קצף קצפה kesaph קצפה kesaphah. ἀφρός. Gall. Escume. Ital. Spuma, schiumale. Ger. Schaum. Belg. Schuym. Hisp. Espuma. Pol. Piana. Vng. Nya taytek. An. Fome or frothe.] Virg. 1. Aen. spumas salis ære ruebant. Ovid. 3. Metam. Spumaq; pestifero circumfluit albida rictus. Virg. 3. Aen. Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedẽre, Ter spumã elisam, & rorantia vidimus astra.

Spūmĕŭs, a, um, Spuma abundans. [ἀφρώδης. Gall. D' escume, plein d' escume. Ital. Che rende grand spuma. Ger. Schaumig. Hisp. Lleno de espuma. Pol. Pienisb. Vng. Taytekos. Ang. Fomie or full of fome.] Virgil. 10. Aen. Spumea semifero sub pectore murmurat unda.

Spūmōsŭs, a, um, idem. ἀφρώδης. Plin. libro 12. cap. 7: Lycium aptissimum medicinæ, quod est spumosum. Virg. 6. Aen. Inter saxa virum spumosa immersérat unda.

Spūmātŭs, adject. Spuma aspersus. [ἀφρώνης. Gal. Couuert ou plein d' escume. Ital. Schiumato, spumato. Ger. Mit schaum besprengt. Hisp. Espumado. Pol. Vpieniony. Vn. Betaytekozot. Ang. Fomie or smered with fome.] Cic. 1. de Divin. Saxaq; cana salis niveo spumata liquore, Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Spūmĭfĕr, a, um, Spumosus. [ἀφρώδης. Gal. Qui porte escume, escumant. Ital. Che fa la spuma. Ger. Das viel schaum tregt. Hisp. Cosa que tiene ò trahe espuma. Pol. Piani pel ui. Vng. Tayte kötö. Ang. Fomie or frothie,] ut Fluctus spumiferi. Stat. lib. 1. Achil. Illi spumiferos glomerant à pectore fluctus.

Spūmĭgĕr, a, um, ejusdem significationis cũ superiore: ut Fons spumiger. Ovid. lib. 11. Metam. Spumigeroq; tuum fonti qua plurimus exit, Subde caput. Lucret. lib. 5: Ejectiq; domo fugiebant saxea tecta Spumigeri suis adventu, validiq; leonis.

Spūmo, as, Spumam emitto. [ἀφρίζω. Gall. Escumer, rendre escume. Ital. Mandar fuora la spuma, far la spuma. Germ. Schaumen. Belg. Schuymen. Hisp. Hazer espuma, echar de si espuma. Pol. Pienie sie. Vn. Taytekozom. Ang. To fome, to frothe.] Plin. lib. 31. cap. 7: Subinde spuma pennis detersa: & postquam desierit spumare, tepidum infundere. Virg. 2. Georg. spumat plenis vindemia labris. Idem lib. 5. Aen. ferit æthera clamor. Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Spūmāns, antis, participium. [ἀφρίζων. Gall. Rendant ou iettant escume. Ital. Che rende spuma. Ger. Schaumend. Hisp. Que echa de si espuma. Pol. Pieniący sie. Vng. Taytekozo. An. Foming or frothing.] Virg. 1. Aen. Aut spumantis apri cursum clamore prementem. Idem 4. Aen. Stat sonipes, ac frœna ferox spumantia mandit. Col. lib. 10: Sordibus & musto spumantes exprimit uvas.

Spūmātŭs, us, ui, m. q. substantivum. [ἀφεψήμα. Gall. Iettement d' escume. Ital. Esso rendere spuma. Ger. Schaumung/das schaumen. Hisp. Echamiento de espuma. Pol. Piana. Vng. Taytekozas. Ang. A casting of fome.] Stat. 1. Sylv. Dictamni florentis opem, quoque anguis abundat Spumatu.

Spūmēsco, is, ere, n. t. Spumosus fio. [ἀφρόω. Gall. Escumer, rendre en deuenir escume. Ital. Spumare, mandar fuora la spuma, diuentar spuma. Ger. Schaumend werden. Hisp. Echar de si espuma, ò hazerse espuma. Polon. Pienie sie. Vngar. Meg taytekozom. Ang. To waxe fomie.] Ovidius Epist. 2: At si nostra tuo spumescant æquora remo.

Spūo, is, ui, utum, Salivam ejicio. [ירק jarak רק rak. πτύω. Gal. Cracher. Ital. Spotare. Germ. Speuwen oder speyen. Belg. Spouwen. Hispan. Escupir. Pol. Pluie. Vng. Pökök. Ang. To spitte.] Virg. lib. 4. Georg. Namq; aliæ turpes horrent, ceu pulvere ab alto Quum venit, & terram sicco spuit ore viator Aridus. ¶ Hujus composita sunt Adspuo, conspuo, despuo, expuo, inspuo, & respuo: de quibus suis locis.

Spūto, as, à spuo frequentativum. [πτύω. Gall. Cracher souuent. Ital. Spotare souente. Ger. Offt speuwen. Hisp. Escupir à menudo. Pol. Vstawnie pluie. Vng. Pökdösök. Ang. To spitte often.] Plaut. Nam illic isti qui sputatur, interdũ morbus venit: id est, morbus comitialis, quem nominantes solemus despuere.

Spūtātŏr, oris, m. t. Qui frequenter spuit. [πτύστης. Gall. Cracheur. Ital. Spotatore. Ger. Ein speuwer oder speyer. Hisp. El que mucho escupe. Pol. Vstawnie pluiaci. Vn. Pökdösö. Ang. That spitteth often.] Plaut. in Milite: Minimè sputator, screator sum.

Spūtum, ti, n. s. Saliva à spuendo dicta. [רק rok. πτύελον. Gall. Crachat. Ital. Sputo. Ger. Speichel/speichen. Hisp. Escupetina. Pol. Slyna. Vn. Pök nyal. Ang. Spittle.] ¶ Dicitur & sputus, tus. Lactantius lib. 4: Dabant autem Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuebant venenatos sputus.

Spūtātĭlĭcŭs, adject. est inusitatum à verbo spuo: quo quum uteretur Sisenna in defensione cujusdam Chritilii, meritò à C. Ruscio est irrisus, ut refert Cic. de clar. Orat. Fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chritilium, Sisenna defendẽs, dixit quædam ejus sputatilica esse crimina. Tum C. Ruscius: Circumvenior, inquit, Iudices, nisi subvenitis. Sisenna, quid dicas nescio, metuo insidias, Sputatilica quid est hoc? Sputa quid sit, scio: tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus rectè loqui, putabat esse, inusitatè loqui.

Spūrcŭs, Impurus, obscœnus, lutulentus: [נמד tamẽ, מזנף mezaph. ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτος. Gall. Ord & sale, deshonnête, vilain. Ital. Sporco, lordo, mal netto.

netto. Ger. Borein/ vnflätig/ wüst. Belg. Vuyl. Hisp. Cosa suzia. Pol. Sspetny, plugawy. Vn. Osfmany tiszt atalá. An. Vncleane, filthie, dishonest.] à spuendo dictū, quòd tale sit quòd despuētes aversemur. Plaut. Tot noctes reddet spurcas, quot puras habuit. Cic. 2. Tusc, ex poeta quodam: Samnis spurcus homo, vita illa dignus locoque. Idem pro Domo sua: Spurcissimus homo, prægustator libidinum. ¶ Aliquando ponitur pro fœtido, δυσώδης. Apuleius: Tam multæ res spurcæ & graves nares infestant. ¶ Aliquando pro vehementi, aspero, ἄγριος. Cic. Lactati tempestate spurcissima. Columella in præfatione libri primi: Atq; in his ipsis haberet cognitum quid recusaret collis, quid campestris positio, quid humidus & graminosus, quid siccus & spurcus ager. ¶ Aliquando pro sævo & sanguinario. Varro: Spurcus gladiator & carnifex.

Spurcè, adverbium. [αἰσχρῶς. Gall. Ordement & salement, deshonnestement, vilainement. Ita. Sporcamente, dishonestamente, villanamente. Ger. Vnflätiglich/ häßlichen. Hisp. Fea y suziamente. Pol. Sspetnie, plugawie. Vng. Osfmanyon tisztatalanul. An. Vncleanely, filthely.] Cic. Att. lib. 7: An bene cōveniat, inquit Carneades: spurcè, sed tamen prudentiùs quàm Lucius noster & Patron. Eidem lib. 11: Deinde perscribit spurcissimè quas ob causas fecerit.

Spurcitiă, f. p. & spurcities, Immūditia. [טמאה tumeáh צאה tsoáh (vel) tseáh. ἀκαθαρσία. Gal. Ordure, saleté. Ital. Sporcitia, sporchezza. Ger. Vnflat/ vnsauberkeit/ wüst. Belg. Vuylheyt/ onreynicheyt. Hisp. Suziedad. Pol. Plugastwo. Vng. Osfmanysag, tisztatalansag. An. Vncleanesse, filthinesse.] Lucret. lib. 6: At contrà nobis cœnum teterrima quum sit Spurcities, eadem porcis hæc munda videtur. Colum. lib. 12. cap. 22: Cinis autem odorem aufert, & eluit spurcitiam. Idem libr. 1. cap. 5: Nulla alia vis potest nocturnas pruinas, & quodcunque rubiginis aut spurcitiæ resedit, siccare atque detergere.

Spurco, as, Fœdo, vitio, contamino, maculo. [טמא timmé. μιαίνω. Gall. Souiller, vilainer. Ital. Sporcare, lordare, imbrattare. Ger. Vnsauber machen/ verwüsten/ geschenden. Belg. Vuyl oft onreyn maken. Hisp. Ensuziar. Pol. Plugawie, sspece. Vngar. Meg osfmanyitom, rutitom, tisztat alannateszem. Ang. To mak filthie, to defile.] Celsus Iureconsul. Cum eo agi posse Aquilia, qui vinum spurcavit vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit. Plautus in Menæch. Spurcavit nasum odore illutibili. Antiqui spurcum vinum dicebant cum aqua mistum, tanquam non amplius purum foret, aut igne calefactum, aut mustum antequam defervescat. Catullus Epigram. 103. ad Siconium: Siconi arbitrio populi tua cana senectus Spurcata impuris moribus intereat. ¶ Hinc Conspurco, de quo suo loco.

Spurcificus, m. f. Qui spurca & fœda facit. [טמא tamé. αἰσχροποιός. Gall. Qui fait une chose orde & vilaine. Ital. Che fa sporco. Germ. Ein wüster vnflat/ der mit vnflätigen sachen vmbgeht. Hisp. Que haze alguna cosa suzia. Pol. Plugawiec. Vng. Osfmanyito rutito. An. That doeth any filthie or dishonest thing.] Plaut. in Trinū. Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum.

Spurcidicus, Qui spurca loquitur. αἰσχρολόγος. Plaut. in Capt. Neque spurcidici insunt versus.

Spurius, adjectivum, incerto patre natus. [ממזר mamzér.] ἀπὸ τοῦ σπόρου: hoc est, à semine: propterea quòd nihil habeat à patre nisi semen, vel quasi σποράδην conceptus. [טמא tamé. νόθος. Gall. Bastard, né d' une paillarde publique. Ital. Bastardo, nato di meretrice. Ger. Ein Bastart/ oder Banckart/ ohnehlich geboren/ Hurenkind. Belg. Een Bastaert. Hispan. Qualquiera cosa bastarda. Pol. Bekart. Vng. Fattyu. Ang. A bastarde borne of a common woman uncertaine who is his father.] Servius: Spurius dicitur, qui ex muliere non nota ortus est. Modest. Iureconsul. spurios eos dici affirmat, quos & vulgò conceptos appellamus, eos scilicet qui incerto patre nati sint, vel qui cum habeant patrem, quē habere non liceat. Plutarch. in Problem. de hoc verbo loquēs, ita inquit: Spurius proprium est nomen apud Romanos, ut Sextus, & Decimus & Cajus. Prima autem nomina non tota scribunt, sed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sex. Sextū. Sic Spurius Sp. scribebatur. Eos autem qui sine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur S & P. designabant, quasi sine patre. Hoc errore factum: ut spurii, qui sine patre sunt, dicerentur. Transfertur etiam ad alia, & ponitur pro quovis adulterino & falso, ut Spurii versus. Auson. Quique notas spuriis versibus apposuit.

S ante Q.

Squāleo, les, ui, n. f. à squamarum crebritate & asperitate dictum est, teste Macrob. lib. 6 Saturn. [טמא tamé. αὐχμέω. Gal. Estre plein de crasse & ordure. Ital. Esser sporco. Ger. Wüst vñ öd sein/ vnsauber sein/ von kaat steiffen. Belg. Vuyl sijn. Hisp. Estar suzio. Pol. Byk... plugastwa. Vng. Darabos vagyok. Ang. To be sluttish, to be out of fashion for lack of dressing.] Olim enim hoc verbum de omnibus iis dicebatur, quæ dura essent, densa & rigida, & squamarum similitudinem imitātia. Hinc Virg. 10. Aen. tunicam auro squalentem dixit: hoc est, rigentem & densam, & in squamarum modum contextam. Virg. 12. Aen. Ipse dehinc auro squalentem, alboque orichalco Circundat loricam humeris. Postea tamen assiduo usu effectum est, ut hoc verbum de iis tantùm dicatur quæ inculta sunt, horrida, deformia, & multarum sordium congerie contaminata. Virgil. 12. Aen. Squalentem barbam & concretos sanguine crines. Quint. lib. 10. cap. 1: Neque ego squalere arma situ & rubigine velim. Cic. pro Sest. Erat igitur in luctu senatus: squalebat civitas publico consilio veste mutata. Virg. 1. Georg. non ullus aratro Dignus honos: squalent abductis arva colonis.

Squales & scabres, pro squalidus es & scabes, dictū est à priscis. Pacuv. apud Festum: Squales, scabresq; inculta vastitudine.

Squālidus, a, um, Sordidus, incultus. [טמא tamé. αὐχμηρός. Gall. Crasseux, ord & sale. Ital. Sporco. Germ. Vnflätig/ vnsauber/ kaatig/ müd vnd öd. Belg. Vuyl/ onreyn. Hisp. Suzio. Pol. Plugawy, smrodliwy. Vng. Darabos ganyes. Ang. Filthie, foule, sluttish.] Terent. Eunuch. Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisque obsitum. Liv. lib. 1. bell. Pun. Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie, tabeque squalida & prope efferata corpora variè efferebant. Ovid. 1. Fast. Ora superpostes, affixaq; brachia pendent: Squalidaque humanis ossibus albet humus. Cicer. in Orat. Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicādis quidā orationis nitor.

Squāldam vestem, Pro squalida veste dixēre veteres, ut annotavit Nonius, citans locum Ennii ex Telamone: Elavēre lachrymis vestem squaldam & sordidam.

Squālidè, adverbium, Horridè, incultè. [αὐχμηρῶς, ῥυπαρῶς. Gall. Salement, mal proprement. Ital. Sporcamente, lordamente. Ger. Vnsauberlichen/ vnflätiglich. Hisp. Suziamente. Pol. Plugawie, sspetnie. Vng. Darabossan, ganyessen. Ang. Filthelie and unproperlie.] Cicer. 4. de Finib. Primùm enim ipsa illa, quæ subtiliter disserenda erant, politè, apertèq; dixerunt, cùm definientes, tum partientes, ut vestri etiam: sed vos squalidiùs, illorum vides quàm niteat oratio.

Squālor, oris, m. t. Inquinatio, sordes, immunditia. [טמאה tumeáh צאה tsoáh (vel) tseáh. αὐχμός. Gall. Crasse & ennui d'ordure. Ital. Sporchezza. Ger. Vnrath/ wüst der sich an ein ding anhenckt/ wann man es nicht sauber vnd in ehren haltet. Hisp. Suziedad. Pol. Plugastwo, niechlujstwo. Vngar. Zeny, osfmanysag, ganyessag. Ang. Sluttishnesse, filthinesse, deformitie of any thing for lacke of trimming.] Gell. In corporibus incultis, & squamosis alta congerie sordium squalor appellabatur. Liv. 2. ab Vrbe: Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cicer. ad Terent. Nam mihi ante oculos dies noctesq; versatur squalor vester, & mœror, &c. Virg. 6. Aen. Portitor has horrendus aquas, & flumina servat Terribili squalore Charon, cui plurima mento Canities inculta jacet.

Squālus, li, Piscis marinus ex genere cartilaginosorum, qui parit circa æquinoctium vernum, teste Plin. lib. 9. cap. 51. Var. 3. de Re rust. cap. 3: Et in ea duntaxat squalos ac mugiles pisces ... vide QVATINA.

Squāmæ, arum, f. p. Quibus corium piscis aut serpentis tegitur. [קשקשת kaskéseth. λεπίδες. Gall. Escailles. Ital. Scaglie. Ger. Ein schup. Belg. Schabben. Hisp. Escamas. Pol. Luskana rybie albo na wezu. Vng. Hal hay. Ang. Scailes.] Plin. lib. 9. cap. 10: Aquatilium tegmenta plura sunt: alia corio & pilis teguntur, ut vituli: alia squamis, ut pisces. Virg. 11. Aeneid. Sanguis at serpens sinuosa volumina versat, Arrectisque horret squamis, & sibilat ore. ¶ Hinc desquamo, mas, de quo suo loco. ¶ Ab harum similitudine loricarum quoque catenulæ squamæ dicuntur. Virg. 11. Aen. quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat. ¶ Est & squama æris, de qua Plin. lib. 34. cap. 11: Et scoria æris simili modo lavatur, minore effectu quàm æs ipsum. Sed & æris flos medicinæ utilis est: fit ære fuso, & in alias fornaces translato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii squamæ, quas vocant florem.

Squāmeus, a, um, adject. Plenum squamis. [λεπιδωτός. Gall. Plein d'escailles. Ital. Scaglioso. Germ. Schüppechtig/ voll schüppen. Hisp. Lleno de escamas. Pol. Luskpelny. Vng. Halhajas. Ang. Scailie or full of scailes.] Virg. 2. Georg. Nec rapit immensos orbes per humum: neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Squāmosus, idem. Plin. lib. 9. cap. 16: Vagantur gregatim fere cujusque generis squamosi. Virgil. 4. Georg. Squamosusque draco, & fulva cervice leæna.

Squāmiger, a, um, Quod habet squamas. [λεπιδοφόρος, λεπιδωτός. Gal. Qui a escailles. Ital. Che a scaglie. Germ. Das schüppen hat. Hisp. Que tiene escamas. Pol. Luskpsty. Vng. Halhayas. Ang. That hath scailes.] Lucr. lib. 1: è terra posset oriri Squamigerum genus id est, pisces. Plin. lib. 11. cap. 37: Simili modo squamigeris atque serpentibus.

Squāmātim, adverbium, Ad similitudinem squamarum. [λεπιδωτῶς. Gall. En facon d'escailles. Ital. A foggia di scaglie. Germ. Wie die schüppen. Hisp. A manera de escamas. Pol. Tak iako luski. Vng. Halhay rendi szerent. An. Lyk scailes.] Plin. lib. 18 cap. ...

Nucamen-

Nucamenta squamatim compacta dependent: Id est, velut squamæ compacta, & colligata.

Squārōsus, A' squamarum similitudine dicitur, cujus cutis exurget ob assiduam illuviem. Lucil. apud Festum: Varonum acrupicum squarosa incondita rostra.

Squātīnă, f. p. Ex planorū piscium genere, quo propter squalorē hoc est, asperitatē cutis, ligna & ebora poliuntur. [ῥίνη. Gal. *Ange ou esquaque, ou esquaye ou esquadre.* Ital. *Creadilbuch.* Ger. Ein unbekannter fisch bey uns/der so ein rauche haut hat/ daß man mit dem holz/helffenbein/rc. außreibet/oder außpalieret. Hisp. *La lexa pesada.* Pol. *Riba chrapowatei skori.* Vng. *Fōvenj kezeg.* Ang. *A scate.*] Plin. lib. 9. cap. 12: Aspera cute, ut squatina, qua lignū & ebora poliuntur.

Squilla, æ, f. p. Varroni, reliquis scilla. [σκίλλα, Dioscoridi. Gall. *Oignon marinum squille.* Ital. *Squilla.* Germ. Meerzwibel/oder mausszwibel. Hisp. *Cebola al barrana.* Pol. *Zámorska cebulia.* Vng. *Fokos hagyma.* Ang. *A shrimpe.*] Bulbus nobilissimus, cæpæ modo multipliciter tunicatus: qui etiam hodie in officinis nomen retinet. ¶ Est præterea squilla parvus piscis, qui cum pinna pisce comparandi cibi init societatem. Cicer. de Natur. deor. Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Alio nomine pinnotherem, sive pinnophylacem appellant. Plin. lib. 9. ca. 42: Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper: nec unquam sine comite, quē pinnotherem vocant: alii pinnophylacem: id est, squillam parvam: alibi cancer dapis affectator. Iuven. Satyr. 5: Aspice quam longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla.

S ante T.

St. Vox est silentium indicētis. Terent. in Phorm. Quid? non is obsecro es, Quē semper te esse dictitasti? C. St. S. quid has metuis fores? C. Conclusam hic habeo uxorem sævam.

Stăbilimen. Stabilio. Stabilis. Stabilitas. vide STO.

Stăbulum, li, n. f. à Stando, locus dicitur in quē longo itinere fessi succedere solent, quod & diversoriū, & hospitiū dicitur. [אורוה *avrah* אורוה *urvath* ארוה *uravah.* ἱππαύλιον, σταθμός, ἐπαύλιον. Gall. *Establé.* Ital. *Stalla.* Germ. Ein herberg/underschleiff. Ist ein stall. Hisp. *Establo.* Pol. *Stainia.* Vng. *Istallo (auagy) szallas fogado haz.* Ang. *A stall, stable or other place for cattaile.*] Unde & prostibula meretrices dictæ, quòd quæstus copiosioris gratia, concurrentibus illuc advenis, mansiones ante stabula haberent. Plaut. in Aulul. Neutrobi habeā stabulum stabile. ¶ Stabula quoque dicuntur loca generaliter omnia, in quibus armenta, gregesq; consistunt, veluti quædam stationes animalium. Nam ubi equi tenentur, specialiter equile: ubi oves, ovile: ubi sues, haram dixēre: bovile quoq; à bobus: caprile, à capris nomen traxerūt. Virg. 8. Aeneid. Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros Avertit. ¶ Stabulum etiam sumitur pro quacunq; statione, seu habitatione & loco, ubi quis stare consuevit. Virg. 7. Aeneid. Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo Pastorale canit signum. ¶ Stabulum confidentiæ, flagitii, nequitiæ. Plaut. in Mostel. Nusquam stabulum est confidentiæ. Idem Trucul. Tūne ais impudentem me esse, ipsa quæ sis stabulum flagitii.

Stăbŭlo, as, act. p. In stabulū recipio, in stabulo guberno. [σταθμεύω. Gall. *Establer, mettre à l'establé.* Italic. *Allogiare, metter nella stalla.* Germ. In stall thun/in stall halten. Belg. *Herberghen/ te herberghen syn/ stallen.* Hispan. *Tener meson ò establo, recebir algo enel establo.* Pol. *Dostainiei stawian.* Vng. *Istalloba tartom szallason lakom.* Ang. *To put in a stable.*] Varro libr. 1 de Re rustic. Si prata sint, & in fundo neq; pecus dominus habet, danda opera, ut pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat & stabulet. Stat. lib. 1. Theb. Gæticoq; pecus stabulare sub Henno.

Stăbŭlor, aris, d. p. In stabulum recipior, in stabulo sum: passivum à stabulo [αὐλίζομαι, ἐπισταθμεύω. German. Sein Stelle haben/ stallen.] Ineptè enim hic stabulari apud Columellam & Ovidium, activè acciperemus, quemadmodum Calepinus fecerat. Colum. libr. 7: Si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæq; fuerit, ut stabulentur sicco in loco, ne humore madescant ungulæ. Ovid. 13. Metamorph. Hoc pecus omne meum, multæ stabulantur in antris.

Stăbŭlātĭo, onis, f. t. Mansio in stabulo. [ἐπισταθμεύσις. Gall. *Establement, establage, demeure en l'establé.* Ital. *Stallaggio.* Germ. Stallwetung/wohnung im stall/Stallung. Hisp. *Aposentamiento en establo.* Polon. *Staine mlaeni.* Vng. *Istalloba, szallason valo letel.* Ang. *A tarying in a stable or stall.*] Col. lib. 7: Calore boves sub dio, frigoribus intra tectum manere oportet: itaq; stabulatio eorum præparanda est.

Stăbŭlārĭus, rii, m. f. Caupo viatores pretio recipiens. [πανδοκεύς. Gal. *Hostelier, qui loge, vallet d'establé.* Ital. *Stallaro allogiatore, albero, taverniero.* Ger. Ein Wirt: Item, ein Stallknecht. Hisp. *Establerizo, mesonero ò ventero.* Pol. *Gospodarz gościę przymuiacy: itē, masztalierz.* Vng. *Zallas fogado.* Ang. *An hostler.*] Vlp. Caupones & stabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & stabulum exercent. ¶ Stabularius itē dicitur, qui stabuli: hoc est, loci ubi animalia stant, curam gerit. Col. lib. 7: Hic enim recognosci grex poterit, numerusq; constare, si velut ex militari disciplina intra stabularii castra manserunt. Varr. 2. de Re rust. cap. 10: In quibus stabularii solent equas abigere. ¶ Stabulariæ mulieres, inquit Augustinus libr. 8. de Civit. Dei, dicuntur quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt, πανδοκεύτριαι.

Stăchys, hujus stachyos. [στάχυς. Ger. Wilde Salbey/ Fuchsius, verteutschet es wilder Andorn. Pol. *Szal'wya lesna.*] Frutex est marrubio similis sed lōgior, folia ferens numerosa, hirsuta, rara, prædura, cana, odoris jucundi, & complureis virgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores. Nascitur in mōtanis & asperis. Dicta stachys, quasi spicata ob caulem quem ex se mittit floribus & semine spicatum. Nam στάχυν Græci *spicam* vocant. In officinis quibusdā dicitur *pituitaria*, quòd ejus semen mansum, pituitam ex capite in os deducat: porrò illitum ex oleo capiti puerorum pediculos enecat, unde à quibusdam appellatur *herba pedicularis*. Plin. lib. 28. ca. 15: Ea quoq; quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis, pluribusq; & odoris jucundi, colorisq; in luteum inclinati, pellit menstrua.

Stăctē, stactes, fœm. gen. [נטף *natáph.* στακτή. Germ. Ein köstlicher safft von Myrrha außgetruckt] teste Dioscoride, vocatur pinguitudo recentis myrrhæ, cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ: à distillando dicta, quod Græci στάζειν dicunt: quia è stillatitia duntaxat myrrha fiat. Lucret. lib. 2: Sicut amaracini blandum stactęq; liquorum.

Stāctēus, a, um, adjectivum: ut, Myrrha stactea: id est, stillatitia, è qua stacte exprimitur, quam Theophrastus factitiæ opponit. Plin. libr. 12. cap. 16: Genera myrrhæ complura, Troglodytica, sylvestrium prima, Erythræa sequens, & Minæa, in qua Stactea Atramitica est, *&c.*

Stădĭum, dii, n. f. Curriculum, locus in quo cursu, & luctatione exercemur. [στάδιον. Gal. *Une stade, mesure de cent vingt & cinq pas, lieu pour s'exercer, à la course.* Ital. *Stadio, luoco ordinato dal publico per correrui, spatio di cento venticinque passi.* Ger. Ein Rennplatz: das ist/ ein ort an dem man sich mit rennen/ und lauffen übt: Item, Ein weite CXXV. schrittlang. Hisp. *Carrera da cavallos, ò lugar donde corren espacio de CXXV. passos, ò de DCXXV. pies.* Pol. *Miesce do cwiczenia wbieganiu.* Itē, *dl'ug na cxxv. krokow.* Vng. *Pallya futo hely.* Ang. *A place where running is exercised as well of men as of horses.*] Dictum Stadium, ἀπὸ τοῦ στῆναι: hoc est, à statione, quòd Hercules eo spatio uno spiritu confecto, constitisset. Nam clarissimū fuit curriculum stadii Olympici, quod Hercules suis pedibus metatus fertur, continetq; octavā mille passuum partem, quod centum viginti quinque (inquit Plinius lib. 2. cap. 23.) nostros efficit passus: hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Quæ mensura octies sumpta, efficit mille passus. Dicimus autem, Curro stadium, in stadio, & per stadium. Cicer. 2. Offic. Qui stadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, ut vincat. Idem de Senectute: Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris bovem sustineret vivum.

Stădĭālis ager habebat passus CXXV: id est, pedes DCXXV: cujus mensura octies cōparata milliariū facit, qui cōstat quinq; millibus pedum, ex libello variorum autorum De limitibus.

Stădĭodrŏmi, orum, σταδιοδρόμοι, Dicti sunt qui in stadio cursu certant. Iul. Firmicus: Si Mars respexit Leporem cœlestem in horoscopo, faciet stadiodromos. ¶ Stadiodromos etiam locus in quo ludi & cursus exercentur. Plin. libr. 34. cap. 8: Eundem vincit & Leontius, qui fecit stadiodromum astylon, qui Olympiæ ostenditur.

Stāgnum, ni, n. f. A' stando, dicitur aqua stans, vel à Græco, ut autor est Festus, στεγνός. [ברכה *berechah* ים *iam.* λίμνη. Gall. *Estang.* Ital. *Aqua morta, stagno.* Germ. Ein stillstehend wasser/ ein See/oder Weyer. Belg. Een staende water. Hisp. *Estanque, agua represada.* Pol. *Iezioro.* Vng. *To.* Ang. *A ponde or poole, a standing water.*] Plin. lib. 10. cap. 55: Postremò lamēta circa piscinę stagna mergentibus se pullis natura duce. Virgil. 4. Georgic. At liquidi fontes & stagna virentia musco Adsint. Idē 1. Aeneid. Stagnum pro parte maris profundissima posuit, quod ea minimè moveatur, semperque stet: id est, quiescat: Emissamque hyemem sensit Neptunus, & imis Stagna refusa vadis.

Stāgno, gnas, act. p. Stagnum facio, proprieq; de mari aut flumine dicitur, quum litora aut ripas prætergressum, aliquo in loco stagnum efficit. [λιμνάζω. Gall. *Faire estang, devenir eau de lac ou d'estang, & ne retourner en la mer comme les eaux qui se desbordent.* Ital. *Tenere, stagnare l'acqua serrata intorno.* Germ. Außschwellen/zu einem See machen. Hisp. *Hazerse estanque el rio à la mar.* Pol. *Iezioro czinie.* Vng. *Tavat csinalok.* Ang. *To stand as water and not to flow.*] Virg. lib. 4. Georg. Nā quā Pellæi gens fortunata Canopi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

nopi Accolit, effuso stagnantem flumine Nilum. ❧ Aliquando activè accipitur pro inundare. Tacitus lib. 1: Tiberis plana urbis stagnaverat: id est, plana loca inundaverat. Stagnare item agri dicuntur, qui non absorbent, sed continent aquam. Idem: Agris humidis atq; stagnantibus. Hujus compositum est Restagno, quod est exundo: ut apud Tacit. lib. 9. Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis terrenos, altis scrobibus, in his locis, ubi nullæ restagnent aquæ.

Stagnāntĭŏr, comparativus. Claudian. de Nilo: Effluit Aegæo stagnantior.

Stāgnātŭs, adjectivum, λιμνώδης. Aqua stagnante humidus. Colum. lib. 10: Nam neq; sicca placet, nec quæ stagnata palude Perpetitur querulæ semper convitia ranæ.

Stālāgmŭs, σταλαγμός, Purissimum genus calcanthi, ita dictũ quod è guttis, sive stiriis fieret, hyberno tempore in scrobes effossos decidentibus. Nam σταλάζειν Græci dicunt *stillare*. Vide Plin. lib. 34. cap. 13. ❧ Stalagmum item antiqui appellarũt genus inauris, guttæ figuram imitantis, quam σταλαγμὸν vocant Græci. Cæcilius apud Nonium: Ex auro ejus stalagmum domi habeo. Quo in loco Perottus, & Perottũ sequutus Calepinus corruptè legunt Stalagnium.

Stāmĕn, inis, n.t. στήμων. Dicitur ipsum filum quod è colu ducitur, non cannabis, aut lana sive linum unde fila ducuntur: quemadmodum ineptè hic antea scriptum erat. [Germ. Ein fundtetten / es sey Wollen / flachs / hanff / &c. Polon. *Nici wstzelyaka przedziona*. Vng. *Nyalas fonal*. Ang. *Cloth in the loome or frame, a threade*.] Plin. lib. 8. ca. 48: Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine. Ovid. 1. de Arte: Rejice succinctos operoso stamine fusos. ❧ Stamina (inquit Sipontinus) etiã dicuntur fila recta in opere textorio, & stabilia per pectinẽ transmissa, quibus alia, quæ subtegmina vocant, intertexuntur. [ערב *hereb*. Ger. Ein Zettel / Webzettel. Belg. Een webbe.] Idẽ 6. Metam. Tela jugo juncta est: stamẽ secernit arundo. Inseritur medium radiis subtegmen acutis. ❧ Dicuntur præterea stamina in ligno vel herbis quædã quasi filamenta. Plin. lib. 21. cap. 5: Ita odor, colorque duplex: alius calycis, alius staminis, differentia angusta.

Stāmĭnĕŭs, a, um, adjectivum: [στημόνιος. Gall. D'estain. Ital. *Di stame*. Germ. Auß dem viel strennen / oder fäden gehn wie auß einer fundtetten. Hisp. *Cosa de ordiembre*. Pol. *Strumieniisty*. Vng. *Nyalas fonalas*. Ang. *That hath in it as it were threades*] ut, Vena staminea. Plin. lib. 16. cap. 43: Stamineã hæc usu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniã lacrymosè crispa. Propert. lib. 3. eleg. 3: Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stānnŭm, ni, n. f. Metalli genus, quod in fodinis invenitur cũ argento, & in fornace primum liquescit. [אנך *anâch*. κασσίτερος. Gall. Estain. Ital. *Stagno*. Ger. Zinn. Belg. Tenn. Hisp. *Estanno*. Pol. Cyna. Vng. *Ecez*. Ang. *Pewter or tinne*.] Plin. multis in locis plumbum album vocat, ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stannique quoddam purgamentum in fornace remanet. Verba ejus sunt hæc, ex lib. 34. ca. 16: Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistisq; venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena: quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem cap. 17: Stannũ illitum æneis vasis, saporem gratiorem facit, & compescit æruginis virus: mirumq; pondus non auget.

Stānnĕŭs, a, um, Factũ ex stanno. [κασσιτέρινος. Gal. D'estain. Ital. *Di stagno*. Ger. Zinnen / auß zinn gemacht. His. *Cosa de estanno*. Pol. Cyniani. Vng. *Erezbol csinalt*. Ang. *Of pewter or tinne*.] Plin. lib. 29. cap. 2: Tum in stannea pyxide conditur.

Stāpĕdĕs, pen. corr. Machinulæ ferreæ, in quibus pedes habere solemus, quum equitamus. [Germ. Stegreiff.]

Stāphy̆lē, σταφυλή, Vitis alba, quam alii Ampeloleucen vocãt, alii Melothron.

Stāphy̆s, hujus staphylis, f. t. [σταφίς. Gall. L'herbe aux poulx. Ital. *Staphusaria, semenza de fratti*. Ger. Läußkraut. His. *Fabaz, hauarraz*. Vng. *Haalyag fu*. Ang. *Staues agre*.] quæ etiam staphys agria, & Latinis pituitaria, & pedicularis dicitur: Vitis est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscę, folliculos veriùs, quàm acinos ferens, virides, similes ciceri. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Stāphy̆līnŭs. [σταφυλῖνος. Gal. *Pastenade, panets*. Ital. *Pastinaca*. Ger. Pastenen / Möhrwurtz. Hisp. *Canahoria*. Ang. *A parsnep or carret*.] Quam pastinacam vocant Latini, duorum generũ est: hortensis, quem σταφυλῖνον κηπαῖον nominat Dioscorides: & agrestis, quem idem σταφυλῖνον ἄγριον appellat. Romani etiã *pastinacam erraticam*. Hæc folia habet gingidii, sed latiora, & subamara, caulem rectum, scabrum, umbellam similem anethi, in qua flores insunt cãdidi, & in medio purpureum quiddam fermè croceum, radicẽ digiti crassitudine, & dodrantalem, odoratam, quæ coctà manditur. Galli peculiari nomine *pastinacam* appellant. Staphylinorum autem nomine, si nihil addatur, sativos potiùs intelligimus, quas iidẽ *carotas* sua lingua nominant. Sic Col. lib. 10: Lætetur, mollemq; sinum staphylinus inumbret. Loquitur enim de iis quæ in hortis seruntur. Idem lib. 11. cap. 4: Tunc agrestis pastinaca, & ejusdem nominis edomita, quam Græci *staphylinum* vocant.

Stāphy̆lŏdĕndrŏs, σταφυλόδενδρος, Arbor trans Alpes simillima aceri, alba materia, siliquas ferens, & in eis nucleos nucis avellanæ. Quidam eandem existimant cum Theophrasti colicia. Vide Plin. lib. 16. cap. 16.

Stătārĭŭs, vide STO.

Stătēr, stateris, pen. prod. m. t. [שקל *schekel*. στατήρ. Germ. Ein gattung Müntz / galt sieben guter batzen.] Genus numismatis duo didrachma: hoc est, quatuor valens drachmas, sive solidos Turonenses quatuordecim. Dictus stater à verbo Græco ἱστάναι, quod inter cætera significat ponderare. Erãt autẽ hæc appellatio Persis cum Macedonibus cõmunis. Vnde & Philippeos, & Daricos, & Alexandreos stateras passim legimus.

Stătĕră, ræ, f. p. Instrumẽtũ quo res sine lancibus ponderãtur. [מאזנים *moznáim*, ζυγός, ζυγὸς. Gal. *Balance, trebuchet*. Ital. *Statera da pesare, bilancia*. Ger. Ein besemwag / schnellwag / ein wag die kein schüssel hat. Belg. Een wage oft schale. His. *Balança o peso para pesar*. Pol. *Waga ktora niema missek*. Vng. *Lancas font*. Ang. *The gold smithes balance*.] Nã quod lances habet, propriè *libram* dicimus. Dicta statera à verbo Græco ἱστάναι. Cic. 2. de Orat. Hęc enim nostra oratio multitudinis est aurib. accõmodãda, ad oblectãdos animos, ad impellendos, ad ea probãda, quæ nõ aurificis statera, sed quadã populari trutina examinãtur. ❧ Erat itẽ statera vasis genus in argentea supellectili, quod & tympanum & magida appellant. Plin. lib. 33. cap. 11: Tympana verò se juvenæ appellata stateras & lances, quas antiqui *magidas* appellaverant.

Stăthmŭs, stathmi, m. f. [מלון *malon*. σταθμός. Gall. *Hostellerie*. Ital. *Hosteria*. Ger. Ein stelle, herberg, stall. His. *Hospederia, venta*. Pol. *Stanowiska, stajnia*. Vng. *Zallas fogado, állás*. Ang. *A place of standing or remaining, hostelerie*.] Gręca vox est, nobis *stabulum, diversorium*, vel *stationem* significans. ❧ Item mensuræ geometricæ genus apud Persas maximè usitatum, quorum regnum universum in stathmos regios divisum erat, dispositis certo intervallo diversoriis, quò quæ vel in extremis regni angulis gererẽtur, celeriùs ad Regem possent perferri. Fuit autẽ stathmorũ mensura non ubiq; eadem, ut est videre apud Herodotum lib. 5: Ferè tamen res eò redibat, ut singuli stathmi sesquistadium supra centena continerent, codẽ Herodoto teste, qui CXI. stathmos, XIII. M. D. stadiis exæquat. Sunt & aliæ vocis hujus significationes, quæ quoniã ad Latinæ linguæ instructionẽ nihil pertinẽt, ex Gręcorũ Lexicis petẽdas relinquimus.

Stătĭcē, statices, Herbæ genus septem caulibus velut rosæ capita sustinens. Vide Plin. lib. 26. cap. 8.

Stătĭcŭlŭm, staticuli, n. f. genus vehiculi, seu gestatorũ, sicut essedum & petoritũ. [ὄχημα τι γυναικεῖον. Gal. *Petit chariot branslant*. Ital. *Piccol carro*. Germ. Ein gattung eines hangend wagens. Hisp. *Pequenno carro*. Pol. *Lektika kolebka*. Vng. *Kisded szekér kotsi*. Ang. *A kind of chariot, or a stirrop*.] Plin. lib. ult. cap. 10. de achatæ generibus loquens: Reddunt species fluminum, nemorũ, & jumentorum, & esseda, & staticula, & equorũ ornamenta. ❧ Apud Plautum in Persa, staticuli sunt motus ex arte saltatoria, & gesticuli, in quibus ad numeros, moduloq; musicos nũc subsistendum erat, nunc subsiliendũ. σχήματα, ὀρχήσματα. Cato quoq; (referente Gellio) Cæcilium Senatorem, saltatorem, & fescennium vocare solet, quòd eleganter saltaret, & staticulos daret, quàm deceret virum probum.

Stătĭm, adverbium, Constanter, perseveranter, cõtinuè, quasi insistẽdo, & uno statu: à stãdo [פתאם *pithah*. פתאם *pithom*. ἐξαίφνης. Gal. *Incontinent, soudain*. Ital. *Di subito*. Germ. Stracks / jetzt / als bald / von stund an. Belg. Ter stondt. Hisp. *Luego, al a hora*. Pol. *Natychmiast, zaraz*. Vng. *Mingyart mindjárt*. Ang. *Incontinent, forthwith*.] Plaut. in Amph. Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Terent. in Phorm. Bina talenta capiebant statim. ❧ Sæpiùs ponitur pro mox, illicò, continenter, αὐτίκα, εὐθέως. Cic. in Verrem: Statim Messanam literas dedit. Idem ad Attic. Has literas scripsi statim ut tuas legerem.

Stătĭŏ, Stativa, vide STO.

Stătŏr, vide SISTO.

Stătŭă, Statuarius, Statumen, Statumino, vide STATVO.

Stătŭŏ, statuis, statui, statutum, act. t. Pone, colloco, erigo. [הושיב *hoschib*. הציב *hitsîb*. ἱστάω, ἵστημι. Gal. *Poser & mettre, assentir, arrester*. Ital. *Statuire, deliberare, ordinare*. Germ. Stellen / setzen / auffrichten. Belg. Setten / ordineren / voornemen. His. *Establecer, ordenar, deliberar*. Pol. *Stawiam*. Vng. *Helyheztetem vezetem rendelem*. Ang. *To ordaine, to stand upon some purpose, to put or sett, to assigne or appoynt*.] Cic. 2. de Invẽt. Thebani ē hostibus

bus æneum trophæum ſtatuerũt. Idem 3. Verrina: Syracuſani ſtatuam poſtea ſtatuerunt. ¶ Nonnunquam accipitur pro conſtituo, delibero. [בחר bachár. προαιρέομαι.] Liv. 1. ab Vrbe: Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Cicer. 3. Verrina: Iſte certè ſtatuerat, ac deliberaverat nõ adeſſe. ¶ Aliquando pro decerno, judico, cenſeo. [גזר ghazér.] Idem 5. Verrina: Statuit Senatus, hoc ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum, quæſitarumq; rerum ſummas imminuere. Idem 2. de Orat. Sine ulla dubitatione ſic ſtatuo & judico, neminem omnium tot & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. ¶ Statuo pro dedico. [חנך chanách.] Virgil. 5. Eclog. Cratetasq; duos ſtatuam tibi pinguis olivi: id eſt, dedicabo. ¶ Terentius pro conſtituere poſuit, quum ait: Sublimem illum arriperem, & caput primum in terram ſtatuerẽ, Vt cerebro diſpergat viam. ¶ Statuere, providere, exiſtimare, vel expectare, & prorſus ita opinari. Cic. ultim. Ver. Statuerat cauſam ſibi eſſe dicendam, etiã antè, quàm hoc uſu veniret. ¶ Exemplum ſtatuere in homine, idem quod edere exemplum. Cic. 4. Verrina: Sed ut illi quoq; qui in ea provincia nõ fuerunt, intelligere poſſint in quo homine tu ſtatueris exemplum ejuſmodi, &c. Budæus.

Stătūtŭs, participium, Conſtitutus: [מועד muhádh מקום makóm. τεταγμένος, διατεταγμένος. Gal. Ordonné, aſſigné, eſtabli. Ital. Statuito. Ger. Angeſetzt/beſtimpt. Hiſ. Eſtablecido. Pol. Stanowiony. Vng. Rendĕltetĕtt rĕgeztetĕtt, helyheztetĕtt. Ang. Ordeined, appointed.] ut ſtatuta die: hoc eſt, conſtituta, ac decreta ex conventione. Liv. 1. bel. Maced. Conciliũ Aetolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat.

Stătŭă, ſtatuæ, f. p. Simulacrum ex ære, aliòve metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicujus rei benè geſtæ memoriam. [מצבה matſſebah פסל peſel. ἄγαλμα, ἀνδριάς. Gall. Statue, image de pierre, de bois, & de metail. Ital. Statua imagine, ſimulacro, effigie. Germ. Ein auffgericht bild jemandts zu ehren etwan hin geſtelt / ein bildſaul. Belg. Een beelt. Hiſp. Eſtatua, imagen. Pol. Sĺup: item grob ʒkamienia albo ʒdrewna wyrʒąni. Vng. Bĕlvĕny agas. Ang. An image of wood ſtone, or metal.] Generalius eſt autem imaginum nomen, quàm ſtatuarũ quũ pictas etiam tabellas imagines vocemus: ad quas certè ſtatuarum appellatio non extenditur. Suet. in Tyber. Etiã ſtatuas atq; imagines, niſi permittẽte ſe, poni nõ prohibuit. Cic. 9. Philip. Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis: ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: ſepulcrorũ autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neq; deleri poteſt. Catullus: Inaurata ſtatua pallidior.

Stătŭāriă, ſtatuariæ, f. p. Ars ſtatuas ex ære, aliòve metallo conficiendi. [ἀγαλματοποιία, ἀνδριαντοποιία. Gall. L'art de tailler images. Ital. Arte d'intagliare imagini. Ger. Die kunſt bilder zu machen / ſo ſie mit gieſſen / ſchnitzen / oder außhawen / Bildhawerkunſt. Hiſ. Arte de hazer eſtatuas. Pol. Nauka wyrʒąania obrazow. Vng. Agas, ezĕp bálványt faragni. Ang. The art of carving of images.] Plin. lib. 36. cap. 5, de marmoris ſculptura loquens: Non omittendum, hanc artem tantò vetuſtiorem fuiſſe, quàm picturã, aut ſtatuariam, quarum utraq; cum Phidia cœpit LXXXIII. Olympiade. ¶ Quo in loco Plinius manifeſtè ſtatuariã diſtinguit à ſculptura, Statuariæ nomine intelligens fuſoriam, quã ex ære potiſſimum, nonnunquam etiam ex alio metallo ſtatuæ conficiebantur: ſculpturam autem, qua ex marmore, ligno, aut alia materia ſimulacra ſcalpro exculpebantur. Idẽ quoque non temerè ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam: nam quæ ex marmore exculpitur, ſimulacrum potiùs, vel imaginem, vel ſignum appellat.

Stătŭārĭŭs, rii, m. ſ. Propriè is dicitur, qui ex ære aliòve metallo fuſoria arte ſigna cõficit: [ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός. Gal. Imager, tailleur d'images. Ital. Intagliatore d'imagini, maeſtro d'intagli. Ger. Ein Bildhawer/bildſchnitzer/bildgieſſer. Belg. Een beeldtſnijder. Hiſp. Entallador de ſtatuas. Pol. Snycerʒ obraʒow. Vng. Agas ezĕp bálvány faragó. Ang. A carver or maker of images.] quo in genere maximè claruerunt Lyſippus, Phydias, Praxiteles, Polycletus, & Alcamenes, quorum meminit Plin. lib. 34. ca. 7, quod de ſtatuariis, antiquis inſcribitur.

Stătŭārĭŭs, a, um, Quod ad ſtatuarum conficiendarum rationẽ pertinet. ἀγαλματοποιικός, ἀνδριαντοποιικός. ut Ars ſtatuaria. [ἀγαλματοποιική. Gall. L'art de tailler images. Ital. Arte d'intagliare imagini. Germ. Das zu dem bilder machen / oder bildſchnitzen gehört. Hiſp. Arte de hazer eſtatuas. Pol. Do rʒeʒania obraʒow przynależąca. Vng. Agas ezĕp bálványhoz való. Ang. Pertaining to the making of images.] Plin. lib. 34. cap. 7: Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.

Stătūră, æ, f. p. Corporis magnitudo. [גבהל ghobhél. μέγεθος. Gal. Stature, grandeur de corps. Ital. Statura grandezza ò piccolezza. Ger. Die leibs maß/die gröſſe und länge des leibs. Belg. Diegroote. Hiſ. Eſtatura corpulencia y altura de hombre. Pol. Cʒiał a wielkoſć, ſtanowienie. Vng. Allapat, teſt allaſa. Ang. The ſtature, and greatneſſe of the boodie.] Sueton. Statura fuit eminenti, corpore pallido. Cic. 2. Phil. Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. ¶ Statura de viribus. Col. lib. 5. cap. 5: Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola.

Stătūmĕn, pen. prod. n. t. Pedamẽtum, ridica, vel palus, quo vitis fulcitur. [יתד jathédh מוט mot. χάραξ. Gal. Pieu ou eſchalas. Ital. Graccio. Germ. Ein rābſtäck/pfal/ſtütz. Hiſp. El altura ò eſtado de arbol. Pol. Tyka, podpora. Vng. Veʒzö karo. Ang. A proppe, poſte or ſhore to hold vp any thing.] Columel. lib. 4. cap. 30: Quum menſem trigeſimum exceſſerit poſita vinea: id eſt, tertio autumno, vehemẽtioribus ſtatuminibus ſtatim impendẽda eſt: ibidem cap. 33: Spatia hujuſce ſationis capita caſtanearũ recipiunt, MM. DCCCLXXX. cujus ſummæ ex facili jugera ſingula præbebunt ſtatuminum duodena millia. Non tamẽ de ſolis vitium pedamentis ſtatumina dicuntur, verumetiam de quibuſvis fulcimentis: unde etiam Colum. lib. 6. cap. 18, in deſcriptione machinæ cujuſdam, qua jumenta clauduntur, ſtatumina accipit pro ſtipitibus erectis, quibus lignum quoddã tranſverſum, quod jugum vocat, ſuperincumbit. Primus (inquit) duobus ſtatuminibus imponitur firmũ jugum, ad quod jumenta capiſtrantur.

Stătūmĭno, ſtatuminas, act. p. Fulcio, firmo, & quaſi ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo. [העמיד hehemidh. ἐρείδω, χαρακόω. Gall. Eſchalaſſer, enuironner ou clorre de pieux. Ital. Agghiacciarſi le viti. Germ. Stützen/underſchlagen. Hiſp. Poner eſtado al arbol. Pol. Podieram. Vng. Meg karaʒom. Ang. To proppe, to ſett a poſte, or ſhore to any thing.] Plin. libr. 18. cap. 6: In ſolutione terra ſepibus firmari, ora utrinq; lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

Stătūs, a, um, & Status, hujus, us, vide STO.

Stĕātītes. στεατίτης, Gemma ſimilitudinem ſevi oſtẽtans, quod Græci στέαρ vocant. Autor Plin. lib. ult. cap. 11.

Stĕātōmă. [שאת ſchéeth. στεάτωμα.] Tumor eſt foris in corpore apparens, pinguem intus materiam cõtinens ſevo ſimillimam, unde & nomen accepit: nã στέαρ, ατος, ſevum ſignificat.

Stĕgă. [στέγη. Gal. Vne loge. Ital. Luoco in naue coperto, vna loggia. Germ. Ein bedeckt ort in einem ſchiff/ ſchirmhebſlin. Hiſp. Tejado. Pol. Buda albo komora na lodʒi. Vng. Az hajoban be fedĕtt hely. Ang. A lodge, a litle cottage or houſe.] Locus in navi contectus: ἀπὸ τοῦ στέγειν, quod eſt tegere. Plaut. in Bacchid. Fortè ut adſedi in ſtega. Hinc triſtega, τρίστεγα dicitur pro triplici tabulato.

Stēlæ, unico l, [מצבות matſebóth, στῆλαι. Ger. Ein ſteinene ſaul oder creuz / wie mans auff die wegſcheid macht.] Vox eſt Græcis quam Latinis uſitatior, qua ſignificãtur pilæ cum inſcriptione ad rei alicujus memoriam propagandam erectæ. Plin. lib. 6. cap. 29: Stelæ lapideæ literis incognitis. Latini cippos vocant. His fœdera & proſcriptorum nomina inſculpebantur, quò faciliùs omnibus innoteſcerent, ut eſt videre in Paneg. Iſocratis, & pleriſq; in locis apud Demoſthenem. Hodie ſtelas vocare poſſumus cruces lapideas, quæ paſſim ad viã militarem erectæ cõſpiciuntur cum inſcriptione, ad rei alicujus memoriam propagandam.

Stellă, æ, f. p. A ſtãdo, quòd ſtare ſtellę videãtur. [כוכב chochab, ἀστήρ. Gal. Eſtoille. Ital. Stella. Germ. Ein ſtern. Belg. Een Sterre. Hiſp. Eſtrella. Pol. Gwiaʒda. Vng. Tſillag. Ang. A ſtarre.] Cic. 2. de Divin. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus, aut ſanguineus imber, nec trajectio ſtellæ, nec faces viſæ terrebunt. Virg. 5. Aeneid. Poſtera quum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies. Idem 4. Aen. ubi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Differũt autem ſtellæ à ſyderibus, quòd illæ ſingulæ ſint: ſydera verò ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & ſigna cœleſtia vocamus: cujuſmodi ſunt Aries, Taurus, &c. ¶ Eſt & ſtella piſcis marinus, à ſtellæ effigie nomen habens. Plin. lib. 9. cap. 60: Præter hæc claros ſapientia autores video mirari ſtellam in mari. Ea figura eſt parva admodum, caro intùs, extrà duriore callo. Huic tam igneum fervorem eſſe tradunt, ut omnia in mari cõtacta, adurat, omnem cibum ſtatim peragat.

Stellārĭs, adjectivum. [Vng. Tſillagi tſillaghoz való.] Macro. Commentar. lib. 1. cap. 14: Heraclytus Phyſicus dixit animam ſcintillam ſtellaris eſſentiæ eſſe.

Stellātŭs, adjectivum, Stellis plenus, propriũ cœli epitheton, quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam transfertur. [ἀστερόεις. Gall. Eſtoillé, plein d'eſtoilles. Ital. Stellato, pien di ſtelle. Germ. Geſtirnet/voll ſternen. Hiſp. Eſtrellado, lleno de eſtrellas. Pol. Gwiaʒdʒiſty. Vng. Tſillagos. An. Starrie, or full of ſtarres.] Plin. lib. 20. cap. 67: Salamandra animal lacerti figura ſtellatũ. Cic. 5. Tuſc. Nec verò Atlas ſuſtinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cũ uxore, genero, filia traderetur: niſi cœleſtium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet. Ovid. 1. Metam. Talia dicenti ſtellatus ſummovet Argus. Virgilius quarto Aeneidos:

-atque illi ſtellatus jaſpide fulva Enſis erat.

Stellĭfĕr, a, um. Quod ſtellas fert: proprium cœli epitheton. [ἀστροφόρος. Gal. Qui porte eſtoilles, eſtoillé. Ital. Stellifero. Germ. Sternentragend. Hiſp. Coſa que trahe eſtrellas. Pol. Gwiazdy nosząci. Vng. Tſillago viſelö. Ang. Starrie, or that beareth ſtarres.] Cic. in Som. Scip. Quã ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cujus converſio eſt concitatior acuto & excitato movetur ſono: graviſſimo autem hic lunaris atq; infimus.

Stellĭgĕr, a, um, ejuſdem ſignificationis cum ſuperiori, ἀστροφόρος. Stat. 12. Theb.-radios declinat & horret Stelligeri jubar omne poli. Idem 3. Sylv. Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem.

Stēllo, as, n. p. Luceo, & quaſi ſtellas imitor. [נָגַהּ nagahh הוֹפִיעַ hophiah. ἀστράπτω. Gal. Luire comme les eſtoiles. Ital. Lucere, far à guiſa di ſtelle. Ger. Schynen wie ein ſtern. Hiſ. Luzir, hazer à manera de eſtrellas. Pol. Swiecę ſie ko gwiazda. Vng. Tſillagok moggyara fenlõm tſillamlom. Ang. To twinckle and glister as a ſtarre.] Mart lib. 2: Et numeroſa linunt ſtellãtem ſplenia frontẽ. Plin. lib. 37: Quoniam ſtellarum Hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur. Claud. libr. 2: Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba juxta Stellantes nox picta ſinus.

Stellĭo, ſtellionis, m. t. Animal non diſſimile lacertæ, multò tamen minus, tergum habens lucentibus quibuſdã guttis depictum ad modum ſtellarum [γαλεώτης. Gal. Vne petite beſte comme vne liſarde. Ital. & Hiſp. Tarantola. Germ. Ein geſtäcktes heidechslin/ſchier wie ein molt/doch kleiner. Vng. Tarkgyyck. Ang. An ewet, a litle beaſte lyk a liſarde] Veſcitur rore & araneis. Exuit quotannis cutem, exutamq; devorat, invidens nimirũ homini, comitialis morbi remedium. Vnde & ſtellionum nomẽ in maledictum abiit. Morſus ejus perrarò interimit hominem, tamen ſemiſtupidum facit & variè afficit. ¶Eſt & alius ſtellio ex phalangiorum genere, lentiginoſus, acerbi ſtridoris, in cavernulis dehiſcentis per æſtũ terræ habitans. Olim Italiæ incognitus, nunc in Apulia frequens viſitur, & ſimiliter *tarantula* dicitur: ſcorpionibus ita contrarius, ut viſus ab eis pavorẽ ipſis afferat & torporem. Plin. lib. 30. cap. 18. ſtellionem tranſmarinum appellat: eundemq; à Græcis κολαβώτην vocari tradit: ab eo, opinor, quòd circulatim progrediatur. κύκλος enim Græcis circulus eſt, & βῶ, id eſt βαίνω, incedo.

Stēllĭōnātŭs crimen à Iuriſconſultis dicitur, quando quis alterũ callida quapiam impoſtura defraudat: ut ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatẽ alii vendiderit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cujus nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat cognitio. Dictus ſtellionatus à ſtellionis natura, quo nullum animal homini fraudulentius invidet, ut inquit Plin. li. 30. ca. 10: Cutẽ enim quã quotãnis ponit, protinus devorat, ut præripiat homini præſentiſſimum comitialis morbi remedium. Inde eſt (inquit Plinius) quòd ſtellionum nomen in maledictum eſt tranſlatum.

Stellātūră, æ, Stellionatus: hoc eſt, fraus, deceptio, impoſtura. Lãprid. in Alexand. Annonas (*inquit*) militũ diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit.

Stĕmmă, atis, n. t. Latinè corona: [עֲטָרָה hattarah צִיץ tſitſ. στέμμα. Gal. Couronne, guirlande. Ita. Ghirlãda, mazzo de fiori. Ger. Ein kron/kranz. Hiſ. Corona, guirnalda. Pol wieniec korona. Vn. Korona, czimer. Ang. A crowne] à verbo στέφω, quod ſignificat coronare. Iulius Firmicus libr. 2: Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. ¶Stemmata item dicebantur majorum imagines, quæ in atriis magnatum ad nobilitatis oſtentationem ſolent collocari: quanquam nonnunquam etiam pro ipſa ſtirpe ſive generis nobilitate accipiuntur Martial. Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto. Iuven. Satyr. 8: Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri. Suet. in Neron. Quod in vetere gentilium ſtemmate, C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. ¶Quoniã verò mos erat apud antiquos, ut viri ob res bene geſtas coronis donarentur, & eædem ſtatuarũ capitibus imponerentur, invaluit conſuetudo, ut ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Martial. lib. 1. Cæſaris atque Iovis confer nunc ſtemma juventus, Par onus ut tulerint altiùs iſte tulit. Plin. lib. 35. cap. 2: Stemmata accepiſſe videtur pro ipſa generis ſerie, gradibusq; deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & velut incurrentibus lineis diſtinguebantur. Stemmata verò lineis diſcurrebãt ad imagines pictas. Legimus præterea ſtemmata aliquando accipi pro inſcriptionibus favorum. Mart. Triſtia favorum ſtemmata delet heres.

Stĕphănŭs, m. ſ. [עֲטָרָה hatarah. στέφανος. Gal. Couronne Ital. & Hiſp. Corona. Germ. Ein kron/kranz. Pol. Korona. Vng. Korona. Ang. A crowne.] Latinè corona: à quo ſtephanium & ſtephaniſcus diminutiva: à quorum poſteriore fit rurſus aliud diminut. Stephaniſcidium.

Stĕphănōmă, pen. prod. στεφάνωμα, Coronamentũ: hoc eſt, materia coronarũ: id eſt, flores, frondẽsve, quæ odoris colorisve gratia coronis ſolent intexi.

Stĕphănŏplŏcŭs, Coronarius, coronarum confector. [στεφανοπλόκος. Gal. Faiſeur de couronnes. Ital. Chi fa corone. Germ. Ein Kränztemacher/kränzlin flechter. Hiſ. El que haze coronas. Pol. Ten ktori wience czinie. Vn. Korona tſinialo. Ang. A maker of crownes.] στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω, texo. Apud Græcos eſt communis generis. Vnde Plin. libr. 35. cap. 11: Glyceram quandam à Pauſia Sicyonio adamatam, corollarum confectricem ſtephanoplocon appellatam ſcribit.

Stĕphănītæ vites: hoc eſt, coronariæ: nempe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosq; flectuntur, & materiis ſubmiſſis earundem ſtatuminibus, per orbem & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 1: Nec ſolùm quæ jucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent, ut Stephanitæ, ut trepidanæ.

Stĕphănŏpōlĭs, pen. prod. Corollarum venditrix. [στεφανόπωλις. Gall. Qui vend couronnes. Ital. Chi vende corone. Germ Ein krãntzlerkrãmerin. Hiſ. Muger que vende coronas. Pol. Ta ktora wince przedaie. Vng. Korona kozzer bokreta. Ang. A woman that ſelleth crownes.] Plin. lib. 35. cap. 11: Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum, certandoq; imitatione ejus, ad numeroſiſſimã florum varietatem perduxit artẽ illam. Poſtremò pinxit illam ſedentem cum corona: quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas venditãdo ſuſtinuerat paupertatem.

Stercŭs, ſtercoris. pen. cor. n. t. ab extergendo deduci videtur, quod undique abſtergi ſoleat. [אַשְׁפֹּת aſchpoth, פֶּרֶשׁ peréſch צֵאָה tſoah [vel] tſeah דֹּמֶן domen. ἀφόδευμα, κόπρος. Gal. Fiente, merde, eſtron, fiens. Ital. Sterco, merda. Ger. Dreck/kaat/miſt. Belg. Dreck. Hiſp. Eſtiercol. Pol. Gownyo, gnus. Vng. Ganë. Ang. Dung.] Plaut. in Aſin. Iuſſin' ſceleſte ab janua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib. 2. cap. 6: Vineis emaciatis & arvis, optimũ ſtercus lupinum præbet. Cicer. 1. de Divin. Tum & dormientem eundem illum viſum eſſe rogare, ut quoniam ſibi vivo non ſubveniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe conjectum, & ſuprà ſtercus injectum, &c. Iuvenal. Satyr. 14: Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino Atria diſpliceant oculis venientis amici. Horat. Epod. Colorq; ſtercore fucatus crocodili.

Stercŏrĕŭs, a, um, Ex ſtercore factus: & ponitur pro vili & nullius pretii. [κόπριος. Gall. De fiente, de merde. Ital. Di ſimo. Germ. Dreckig. Hiſ. Coſa de eſtiercol. Pol. Gnoiowati. Vng. Ganeboltſinalt. Ang. Of dung.] Plaut. in Mil.-miles meus eſt herus, Qui hinc ad forũ abiit: glorioſus, impudens, ſtercoreus, plenus perjurii atq; adulterii.

Stercŏro, ſtercoras, act. p. Fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. [κοπρίζω. Gal. Fumer ou femer. Ital. Letamare, ingraſſare. Germ. Miſten/Miſt oder kaat antegen. Hiſp. Eſtiercolar la tierra. Pol. Gnoiem pokladam. Vng. Ganezek. Ang. To dung or compoſt.] Plin. libr. 18: Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Colum. Lupinum ubi in florem venerit, nihil agrum ſtercoraveris. Idem lib. 2. ca. 16: Nec ignorare convenit oportet, ſicuti refrigeſcere agrum qui non ſtercoretur, ita peruri ſi nimium ſtercoretur: magisq; conducere agricolæ frequẽter id potius quàm immodicè facere. Stercoratum item ager dicitur quum quovis modo pingueſit, etiam nullo adhibito fimo, ſed alia quavis re quæ fimi vicem ſuppleat. Colum. lib. 12: Vicia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stercŏrātŭs, a, um, participium, vel nomen ex participio, Stercore infectum, vel fœcundatũ. [κεκοπρισμένος. Gal. Fumé. Ital. Letamato, ſmerdato, imbrattato. Ger. Gemiſtet. Hiſp. Eſtercolado, enſuziado. Pol. Nagnoiony. Vng. Meg ganezet. Ang. Dunged.] Colum. lib. 1: Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circundari & eſſe in propinquo, atq; in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluvies cohortis, balneorumque & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere, & apud Catonem libr. 2: Locus ſtercoratiſſimus.

Stercŏrātĭo, onis, f. t. Ipſe ſtercorandi actus. [κοπρισμός. Gal. Fumement de terre. Ital. Eſſo letamare la terra. Germ. Das miſten/Miſt antegung. Hiſpan. Obra de eſtercolar la tierra. Pol. Gnoienie. Vng. Ganezas. Ang. A dunging.] Colum. lib. 2. cap. 16: Si tamẽ aliqua cauſa tempeſtivam ſtercorationẽ facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt antequam ſarriãs more ſeminantis, ex aridis pulverem ſtercoris per ſegetem ſpargere.

Stercŏrārĭŭs, a, um, Quod ad ſtercora pertinet. [κοπριακός. Gal. Qui ſert à porter fiens. Ital. Che ſerve à portare letame. Germ. Das zu dem Miſt/oder kaat gehört. Hiſp. Coſa para eſtiercol. Pol. Gnoiowi. Vng. Ganeho valo. Ang. Belonging to dung.] Varro lib. 1. de Re ruſt. Sic è ligno & ferro ut plauſtra majora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

Stercŏrōſŭs, a, um, adjectivum, Plenus ſtercore. [κοπρώδης. Gal. Plein de fiens, fort fumé. Ital. Ben letamato, pien di ſterco. Ger. Vol

Voll kaat/dreck oder mist. Hisp. *Lleno de estiercol.* Pol. *Pel en gnoiu.* Vng. *Ganes.* Ang. *Full of dong.*] Columell. lib. 9. cap. 4: Villaticũ quod nascitur in oleribus & stercorosis herbis. Idem lib. 8. cap. 3: Nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi uno loco quam bibant, eamq; mundissimam: nam stercorosa pituitam concitat. Cato cap. 52: Locus stercorosissimus.

Sterquilinium, nii, n. s. Locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum. [דמן *domen.* κοπρία, κοπρών.] Gall. *Fumier.* Ital. *Fossa da sterco.* Ger. Ein mistgrub/oder misthauff. Hisp. *Muladar, lugar de estiercol.* Pol. *Gnoiownica.* Vng. *Ganes hely.* Ang. *A dunghill or mixen.*] Columell. lib. 1: Sterquilinia duo sint: unum quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum ex quo vetera vehantur: sed utrumque more piscinarum devexum leni clivo, & extructum, pavitumq; solum habeat, ne humorem transmittat.

Sterilis, Infœcundus & fructũ nõ ferens, ἄκαρπος, στεῖρος. quod inter cætera significat carere. [עקר *hakár* שכול *schachchul.* ἄκαρπος, ἄφορος, ἀγονος, στεῖρος.] Gall. *Sterile.* Ital. *Sterile.* Ger. Vnfruchtbar. Hisp. *Esteril, cosa sin fructo.* Pol. *Niepl'odni, ial'owi.* Vng. *Meddw.* Ang. *Barrayne, vnfrutefull.*] Plinius libro 11. capite 39: Pubescit homo solus, quod nisi contingat, sterilis in gignendo est, masculus seu fœmina. Virgilius 6. Aeneidos: -Sterilemq; tibi Proserpina vaccam. Idem tertio Aeneidos: -tum steriles exurere Sirius agros. Ovid. 5. Fastorum: -sterilem quoq; tange juvencam. ¶ Sterilis veri qui verum nescit. Persius Satyr. 5. ¶ Sterilis pecunia eadẽ dicitur quæ otiosa, quæ nullum suo domino fructum affert.

Sterilitas, atis, f. t. Infertilitas, infœcunditas. [שכול *schechôl.* ἀκαρπία.] Gall. *Sterilité.* Ital. *Sterile.* Ger. Vnfruchtbarkeit. Bel. Onfruchtbaerheyt. Hisp. *Esterilidad.* Pol. *Ial'owizna.* Vn. *Meddwség.* Ang. *Barraynenes, vnfrutefulnes.*] Cicer. pro leg. Agrar. Alterum genus agrorum propter sterilitatem est incultum. Cicer. 1. de Divin. Quorũ ex habitu atq; ex colore cùm salubritatis, tùm pestilentiæ signa percipi, nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Plin. lib. 31. cap. 2: In eadẽ Campaniæ regione, Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarũ, & virorum insaniam abolere produntur.

Sterilesco, is, ere, n. t. Sterilis fio. [στειρόω.] Gall. *Devenir sterile.* Ital. *Divenir sterile.* Ger. Vnfruchtbar werden. Bel. Onfruchtbaer worden. Hisp. *Ser alguna cosa esteril, sin fructo.* Pol. *Ial'owiem sie staie.* Vng. *Meddwwe lexek.* Ang. *To waxe barrayne.*] Palladius de gallinis loquens: Vinaciæ (*inquit*) cibo sterilescunt, hordeo semicocto & parere sæpè coguntur, & reddunt ova majora. Plin. lib. 8. cap. 50: Capræ pinguedine sterilescunt. Idem eodem lib. cap. 16: Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinq; catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere.

Sterno, sternis, stravi, stratum, act. t. Humi dejicio, & quasi in terram extendo, prosterno, affligo. [הביע *hibitiah* רטך *raphásch* הרבין *hirbits.* καταβάλλω.] Gall. *Mettre bas, abatre, couvrir.* Ital. *Gittare per terra, distender giu, atterare.* Ger. Niderwerffen/zu boden werffen. Bel. Nederwerpen. Hisp. *Derribar por el suelo.* Pol. *Opemie vderzam.* Vng. *El hintöm le terittöm.* Ang. *To throwe to the ground, to spread.*] Liv. 7. bel. Pun. Ita desertum à ducibus agmẽ, primò per agros palatur, fessiq; aliquot somno ac vigiliis sternũt corpora passim. Idem 1. ab Vrbe: Stratis ariete muris. Horat. 3. Carm. Ode 14: Primosq; & extremos metendo Stravit humi sine clade victor. Ovid. 2. Metam. Dicit, & arreptã prensã fronte capillis Stravit humi pronã. ¶ Aliquando pro occidere ponitur. [המית *hemith.*] Virg. li. 10. Aeneid. Sternitur infœlix alieno vulnere: cœlumq; Aspicit, & dulceis moriens reminiscitur Argos. Liv. 1. bel. Maced. Et cornua ab equitibus, & mediis à pedite pulsi: ac repẽtè quum omni parte cæde ingenti sternerentur, Galli terga vertunt. Hinc cæsum exercitum stratum dicimus. Item stragẽ pro ingenti clade. ¶ Per translationem sterno, pro extendo quandoq; ponitur. [נטה *natáh.* στρώννυμι, ὑποστρώννυμι.] Vnde sternere humi tapetas, frondes, & hujusmodi dicimus. Valla: Sternimus quidẽ vestes humi, ramos arborum, flores, & multa ejusmodi. Tamen frequentiùs dicimus, Sterno humũ floribus, ramis, vestibus. ¶ Et quoniã sternendo fit, ut id supra quod sternimus: hoc est, extendimus aliquid tegamus: sternere etiã pro tegere sumitur. Vnde sternere equos, cooperire. Liv. 8. bel. Pun. Tesserã vesperi per castra dedit, ut ante lucẽ viri equiq; pransi essent, armatus eques frænatos stratosq; teneret equos. ¶ Sternere mensam, vel lectũd est, adornare, instruere, apparare. [ערך *harâch.*] Terent. in Heaut. Video alios festinare, lectos sternere. Cœnam apparare, *&c.* Cic. 2. de Leg. Credoq; quod erat factitatũ ut uni plurasterent, lectiq; plures sternerentur. Triclinia sternere. Cic. 2. Ver. Publicè sibi convivia parari, sterni triclinia etiam in foro jubebat. ¶ Item quoniam sternendo id est, extendendo, & id quod extendimus, complanamus atq; cõponimus, fit ut sternere quoq; pro componere ac cõplanare usurpemus: & stratum dicamus, complanatũ atq; compositũ. Vnde stratũ mare dicimus, quando nullo urgente in fluctus vento, æquatũ manet. [השוה *mischtavéh.* ἐστρωμένος.] Virg. 9. Eclog. -& nũc omne tibi stratum silet æquor. Et stratas vias dicimus, sive quòd complanatæ sint, sive quòd lapidibus tectæ. Liv. 8. ab Vrbe: Facto judicio, viva sub terrã ad portam Collinam dextra via strata defossa scelerato campo. ¶ Item, quia jacendo quodã modo extendimur, fit ut eos etiã se sternere dicamus, qui se ad jacendũ collocant, ut quiescant. Idem lib. 4. Georg. Sternũt se somno diverso in littore Phocæ. ¶ Hujus verbi composita sunt, Asterno, Consterno, Externo, à quo Superexterno, Desterno, Insterno, Prosterno, & Substerno, quorum significata vide suis locis.

Stratus, strata, stratum, partic. Prostratus, humi extensus. [מֻשְׁלָךְ *maschláh* נטוי *natúi.* στρωτός.] Gall. *Couché dessus, estendu.* Ital. *Distesso, buttato giu per terra.* Ger. Nidergeworffen/gespreitet. Hisp. *Derribado por el suelo.* Pol. *Opemie vderzony.* Vng. *El teritetöt meg hintöt, meg vettetöt.* Ang. *Throwen to the ground, spread.*] Virgil. 7. Eclog. Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma. Idem 1. Aeneid. -stratoq; super discumbitur ostro. Cic. ad Att. lib. 10: Alter is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevavit quidem. ¶ Stratũ verò nomẽ ponitur pro lecto. [יצוע *jetsúah.* στρωμνή.] Liv. 1. bell. Punic. Id quod gerendis rebus superesset, quieti datũ, ea neq; molli strato: neq; silentio accersita. Ovidius: Strataq; membris intepuêre tuis. Virgil. 3. Aeneid. Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat ventos. ¶ Strata item dicuntur quæ & stragula: hoc est, quælibet vestes, quæ homini aliisve animalibus insternũtur. Vnde strata seu instrata generaliter dicuntur omnia quæ equis, mulisve insternuntur: & dicimus equos stratos, instratosq;, hoc est, stratis ornatos. [מרבדים *marbaddim.*] Liv. lib. 7: Strata detrahi jubet. Idẽ de secundo bello Punico: Armatos deinde, instratisq; equis signum expectare. Seneca ad Lucilium: Stultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frænos.

Strator, m. t. Qui equum domini sella insternit, ipsumq; in equũ sustollit. [מאכיב *matkhiab.* ἀναβολεύς.] Gall. *Escuyer, palefrenier, valet d'estable, escuyer.* Ital. *Staffiere, palafreniere.* Ger. Ein Roßsatler/der einem das Roß rüstet vñ bedeckt vñ auch darauff hilfft. Hisp. *El que haze estrado, cavallerizo.* Pol. *Ten ktori konia siodl'a, masztalierz.* Vng. *Niereg elö, hewderlö.* Ang. *He that sadleth an horse.*] Spartianus in Caracalla: Quum illum in equum strator suus levaret, pugione latus confodit. Vlpian. de officio Proconsulis: Proconsul stratores suos habere non potest, sed eorum vice in provincia milites funguntur.

Sternax equus, Dicitur qui sessorem excutit, ac in terram dejicit. [καταβάτης.] Gall. *Qui iette par terre.* Ital. *Chi gitta per terra.* Ger. Ein abwürffig Roß. Hisp. *Que derriba por suelo.* Pol. *Kon ktori zrzuca.* Vng. *Hatatlan lo.* Ang. *That casteth and throweth to the ground.*] Virg. 12. Aeneid. Et sternacis equi lapsum cervice Thymœten. Servius.

Sternuo, nuis, nui, nutum, n. t. Flatum è pectore exurgentem cum capitis concussione emitto. [זורר *zorér.* πτάρνυμι.] Gall. *Esternuer.* Ital. *Sternutire, sternutare.* Ger. & Bel. Niessen. Hisp. *Esternudar.* Pol. *Kicham.* Vng. *Hakozua kéhögue hortyagua ki pökém.* Ang. *To neeze.*] Plin. lib. 7. cap. 6: Oscitatio quidẽ in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu abortivum. Idem li. 28. cap. 6: Theophrastus senes laboriosiùs sternuere dicit. Proper. lib. 2. Eleg. 3: Num tibi nascẽdi primis mea vita diebus Aridus argutum sternuit omen amor? Colum. lib. 8: At si molesta pituita est, cunilæ bubulæ, vel surculi nepetæ sylvestris lana involuti, naribus inseruntur, versanturq;, donec sternuat ovis.

Sternuto, as, are, frequentativum. [זורר *zorér.* συχνὰ πτάρνυμι.] Gall. *Esternuer souvent.* Ital. *Sternutare spesso.* Ger. Hefftig oder offt niessen. Hisp. *Esternudar à menudo.* Pol. *Vstawnie kicham.* Vng. *Hertyagok.* Ang. *To neeze often.*] Plin. lib. 28. cap. 8: Proboscidis tactu capitis dolor levatur: efficacius si & sternutet.

Sternutatio, sternutationis, verbale, f. t. Ipse sternutandi actus. [עטישה *hatischáh.* πταρμός.] Gall. *Esternuement.* Ital. *Starnuto.* Ger. Niessung. Hisp. *Esternudo.* Pol. *Kichanie.* Vng. *Hortyogas.* Ang. *A neezing.*]

Sternutamentum, sternutamenti, n. s. Sternutatio. πταρμός. Plin. lib. 20. cap. 12: Semen tritum, & haustum naribus, sternutamẽta movet.

Sterquilinium, vide STERCVS.

Sterrhogonia, στερρογονία, Genus thuris, quod Latini masculũ dicunt, à soliditate. στερρὸν enim Græci solidum dicunt.

Sterto, stertis, stertui, n. t. Dormio, sive dormiendo rhonchos emitto. [ῥέγχω.] Gall. *Ronfler.* Ital. *Ronchegiare, ronfare.* Ger. Schlafen das rauschet. Bel. Slapen/roncken. Hisp. *Roncar durmiendo.* Pol. *Spiac chrapie.* Vng. *Aluua horty egek horty ogua aluegom.* Ang. *To snorte, to route.*] Terent. in Eun. Fatuus, insulsus, tardus, stertit noctes diesq;. Plaut. in Mil. -sorbet dormiens. PA. Quid sorbet? PLV. Illud, stertit volui dicere. Sed quia consimile est quod stertas, quasi sorbeas. Cic. 2. de Divin. Et quũ stertentẽ aliquẽ viderint, *&c.* Juven. Satyr. 1: Doctos & ad calicẽ vigilãti

stertere naso. Horat. 1. Serm. Sat. 3: noctes vigilabat ad ipsum Mane, diem totum stertebat: nil fuit unquam Sic impar sibi. ¶ Hinc fit compositum Destetto, pro evigilo, seu expergiscor. Persius: Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quintus pavone ex Pythagoræo.

Stesichŏrīte, στησιχόριον, In talis numerus est octonarius, ita dictus, teste Polluce, à Stesichori Poëtæ sepulcro, quod omnibus suis partibus octonis constaret, angulis videlicet, columnis, & gradibus.

Stĭbădium, dii, n. s. [στιβάδιον. Gal. *Siege ou lit d'herbes, ou de ioncs.* Ital. *Sedio d' herbe ò di giunchi.* Ger. Ein laubbett. Hisp. *Silla hecha de hiernas ò de juncos.* Pol. *Siedzenie albo loze zlatorosli rozmaitich vcgimione.* Vng. *Agas fuvoes pasitos agy (anagy) Zek.* Ang. *An herboure or bankitting place spread with bowes and herbes.*] Propriè est sedile, sive lectulus, ex herba sive frondibus fultus, quo convivæ mensæ accumbere solebant. Dicta stibadia à stibadibus herbis ad discumbendum idoneis. Latini à tortis herbis torum appellant. Plin. lib. 5. Epist. Ex stibadio aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit. Servius in primum librum Aeneid. Stibadia (*inquit*) antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium dicitur. Mart. lib. 14. de stibadio: Accipe lunata scriptum testudine signum, Octo capit; veniat quisquis amicus erit. Fiebant etiam stibadia è tabulis quæ ebore atq; auro ornabantur, transferebanturq; de loco ad locum, prout libido animi ferebat. De hoc loquutus est Martialis, quum inquit: Et testudineum mensis quater hexaclinon Ingemuit atrio non satis esse suo. Hexaclinon vocat stibadium sex capiens lectos.

Stĭbium, stibii, n. s. quod & Stibi, & Stimmi. [στίμμι. Gall. *Antimoine.* Ital. *Antimonio, cosa da ornare gli occhi.* Ger. Spießglaß. Hisp. *El alcohol.* Pol. *Alabaster: item, gleta.* Vng. *Alabastrum aranygiet.* Ang. *A kind of metall.*] Metalli genus est simile galenæ, sed magis radians, quod vulgò *antimonium* dicitur. Plin. li. 33. cap. 6: In argenti enim metallis invenitur lapis spumæ candidæ atq; nitentis, quem alii stibium, alii alabastrum, alii larbason appellant. Duo ejus genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior est mas, scabriorq;, & minus ponderosus, minusq; radians, & arenosior. Fœmina contrà nitet, friabilis, fissurisq;, nō globis dehiscens. Cujus vis principalis est circa oculos quos dilatat, quorumq; fluitiones, exulcerationesq; inhibet. Ideò id Græci πλατυόφθαλμον dixêre, ab oculorum dilatatione. Vnde in Ieremia propheta: Quum pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris. Hieronymus ad Furiam: Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos.

Stĭbĭnus, a, um, pen. prod. Quod stibii colorē habet. στιμμώδης.

Stichos. στίχος, Latinè versus sive ordo dicitur, unde Distichon.

Stigmă, stigmatis, [קעקע kahakah. στίγμα. Gall. *Signe & marque de playe, pointure.* Ital. *Segno, segnale, bollatura, suggellatura, puntura.* Ger. Ein malzeichen/brandzeichen/brandmal. Bel. Brantteecken/tikbeecken. Hisp. *Sennal que dexa la llagua despues que sana, puncadura, punctura.* Pol. *Znak wypalony piatno.* Vng. *Bilyeg.* Ang. *A scarre made with an hoat yron.*] Nota sive signū quod inuritur: à στίζω, pungo. Mart. lib. 12: Frons hæc stigmate nō meo notanda est. Plin. li. 25. cap. 13: Ideo ad lepras & psoras utūtur, & ad tollēda stigmata. Iuve. Sat. 10: Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum Credidit. ¶ Per translationem quandoq; ponitur pro infamia. Sueto. in Cæsare Dictat. Valer. Catullū à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat, satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ: hospitioq; patris ejus, sicut consueverat, uti perseveravit.

Stĭgmătĭcī, m. s. [στιγματίας. Gall. *Marquez de playes, ou ferrez par meffait.* Ital. *Bollati, segnati per mal fare.* Ger. Denen ein schandzeichen angebrennet ist/mit schandflecken bezeichnet. Hisp. *Herrados en la cara por mal hazer.* Pol. *Gytkomans piatna wypalone nosząci.* Vng. *Bilyege bk ìegyb bk meg ìegyzettek.* Ang. *Marked with an hoat yron, notablie defamed for a naughtie persone.*] Dicuntur famosi & nocētes, quibus stigma: hoc est, nota aliqua ita inusta est, ut semper appareat. Cicero scribit Alexandrum Pheræum, quum ad uxorem in cubiculum veniret, solitum præmittere servum stigmaticum, compunctum notis Threiciis, districto gladio, ob metum. Ejus verba sunt hæc lib. 2. Offic. O' miserum, qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quàm conjugem. Nonius tamen in hoc Ciceronis loco stigmatiam legit, quā lectionē omnia vulgaria exemplaria retinēt. Stigmatias, *inquit*, veteres compunctos notis dici voluerunt, indeq; Cicero: O' miserum qui fideliorem & barbarum & stigmatiā putaret quàm conjugem.

Stĭgmōsŭs, a, um, idem. Plin. Epist. 3: In quo rusticum insectatur, atq; etiam Stoicorum simiam appellat, adjicit Vitelliana cicatrice stigmosum.

Stillă, æ, f. p. diminutivū à Stiria (ut inquit Festus) & accipitur pro gutta. [דלף *deleph* אגל *eghel* רסיס *resis*. σταγών, σταλαγμός. Gall. *Vne goutte qui cheoit.* Ital. *Goccia, ghiozza.* Ger. Ein tropff. Hisp. *Gota que cae destilando.* Pol. *Kropia.* Vng *Tsèp.* Ang. *A droppe of water or any licour.*] ut Stilla olei, stilla aquæ. Plin. lib. 29. cap. 4: Ex eo, quum opus sit, ternis stillis additis in oleum, perunguntur, ut omnes bestiæ fugiant eos. Apuleius: Et sanguinis eruptionem ventriculo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareat usquam. Vitru. lib. 2: Fastigia facientes, luto inducto, proclinatis tectis, stillicidia deducebant: per id stillæ decidūt in impluvium. Martialis: Atq; olei stillam donaret Opellicus unctor. Inter guttam tamen & stillam ita distinguit Corn. Fronto, ut gutta sit quæ manet, stilla quæ cadit.

Stillātītĭa resina, Quæ rufo colore lentescit, dicta quòd guttatim stillaret, σταλακτικὴ. Plin. lib. 17. cap. 11: Eadem resina si cū aqua leviùs decoquatur, coleturq;, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur.

Stillĭcĭdĭum, n. s. Locus in quem è tecto guttæ decidunt: quasi stillarum cadium. [דלף *deleph* σταλαγμός. Gall. *Degout, ou egout, qui chet d'enhaut.* Ital. *Gronda, grondona.* Ger. Ein tachtrauff, ein ort dahin es troppfet. Bel. Hanften. Hisp. *Gotera.* Pol. *Miesce gdzie kapie.* Vng. *Istorba, tsèpègb holy.* Ang. *The droppinge or eaves of an house, a sinke or gutter.*] Cic. de Leg. Quamobrē quò me vocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum, ac parietum jure? Idem in Orat. Quàm enim indecorū est, de stillicidiis, quum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis & locis uti communibus: de majestate populi Romani summissè & subtiliter.

Stillo, as, Guttatim fluo, per stillas cado. [דלף *daleph* נטף *netaph*. στάζω, λείβω. Gall. *Degoutter, choir goutte à goutte.* Ital. *Stillare, gocciare.* Ger. Tropffen. Bel. Druppen. Hisp. *Gotear, destillar alguna cosa gota à gota.* Pol. *Kapie.* Vng. *Tsèp bgèk.* Ang. *To droppe.*] Plin. lib. 28. cap. 7: Et contra morsum ejusdem bibitur, illinitūrq;. Horat. de Arte: Pallescet super his, etiam stillabit amicis Ex oculis rorem. Lucan. lib. 7: Omne nemus mihi misit volucres omnisq; cruenta Alite sanguineis stillavit roribus arbos. Iuven. Sat. 3: nam quum facilem stillavit in aurem Exiguum de naturæ, patriæq;, veneno, Limine submoveor. ¶ Hinc composita sunt, Destillo, extillo, & instillo: quorum significata suprà explicuimus suis locis.

Stillāns, tis, participium. [דלף *doleph* נטף *noteph*. στάζων, λείβων. Gall. *Qui degoutte.* Ital. *Che goccia.* Ger. Tropffend. Hisp. *Que gotea.* Pol. *Kapiaci.* Vng. *Tsèpègb.* Ang. *Dropping.*] Cicero Philip. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur? Ovid. 1. Amor. Eleg. 8: Sanguine (si qua fides) stillantia sidera vidi.

Stillātŭs, a, um, participium. [ἐσταλαγμένος. Gal. *Degoutté & serré goutte à goutte.* Ital. *Che è stillato, gocciato.* Ger. Getropffet. Hisp. *Goteado, destillado.* Pol. *Pokapani.* Vng. *Letsèpègèt.* Ang. *Dropped.*] Ovid. 2. Metam. Inde fluunt lacrymæ, stillataq; sole rigescunt De ramis electra novis.

Stillātĭo, stillationis, verbale, f. t. Actus stillandi.

Stipiones, νάννοι, dicuntur ab aliquibus hominibus parvi, qui nani vocitantur.

Stimmi, ios, στίμμι. Metalli genus, quod & stibium à Latinis, & vulgò *antimonium* appellatur. Vide paulò antè in dictione STIBIVM.

Stĭmŭlŭs, stimuli, m. s. ἀπὸ τοῦ στίζω, Propriè dicitur fustis acutæ cuspidis, quo rustici boves suppungunt. [מלמד *malmad* דרבן *dorban*. κέντρον. Gall. *Esguillon ou aguillon.* Ital. *Stimolo, pungolo.* Ger. Ein gert so man braucht die Ochsen mit zu stupffen und manen/Stupffgert. Bel. Een prickel. Hisp. *Aguijon, incitamiento.* Pol. *Pulczas whonczu masaci ostre zelazo, ktorim wolom popychaia.* Vng. *Osztoh.* Ang. *A prick or sting.*] Plaut. in Asinar. Vtinam nūc stimulus in manu mihi sit. ¶ Per translationē dicitur omne illud à quo vexamur. Cic. 2. Tuscul. Nā si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæq; honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. ¶ Hinc Stimulum carnis & vitiorum dicimus. Plaut. in Trucul. Næ ista stimulum longè habet, quæ usq; illinc Cor pungit meum. Virg. 3. Georg. Sed non ulla magis vires industria firmat, Quàm venerem, & cæci stimulos avertere amoris. Idem 11 Aen. & stimulis haud mollibus incitat iras.

Stĭmŭlo, as, act. p. Pungo, commoveo, ago, concito, incito, extimulo, incendo, impello. [הטריש *hitrisch* האיץ *heiits* הסית *hissith*. παροξύνω, κεντρίζω, διεγείρω, κεντῶ. Gall. *Esguillonner, poindre, piquer, poinsonner, inciter.* Ital. *Stimolare, pugnere.* Ger. Stupffen/treiben. Bel. Steken, nopen. Hisp. *Aguijonear, incitar.* Pol. *Pobontzam, popycham.* Vng. *Ösztönözöm, büdösítöm.* Ang. *To move, to stirre, and prick forward.*] Terent. in Heaut. Magis me nunc amicæ dicta stimulant. Cic. pro Sext. Rosc. Hunc mihi ex animo scrupulū evelle, qui me dies noctesq; stimulat ac pungit. Idē ad Attic. lib. 9: Me congressus Cæsaris stimulat, & prīmas ejus actiones horreo. Idem in Parad. Te conscientiæ stimulāt maleficiorū tuorū. Liv. 2. ab Vrb. Hæc ita indignantibus ferocem animū ad vexandū sævo imperio exercitū stimulat. Plaut. in Cistel. Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota.

ris rota. Virg. 1. Aeneid. Ecce iterum stimulat, &c. ¶ Hinc Exstimulo, & instimulo, de quibus suprà.

Stimulātio, onis, verbale, f. t. Ipse stimulandi actus, concitatio, incitatio. [κέντρησις, παρόξυνσις. Gall. Aguillonnement ou esguillonnement. Ital. Stimulazione, punzione. Ger. Das treibt mit stupffen. Hisp. Obra de aguijonear. Pol. Popychanie. Vng. bybyděwi bybděles. Ang. A pricking and stirring forward.] Plin. lib. 35. cap. 2: Eratq; hæc stimulatio summa & ingens, exprobrantibus testis, quotidie imbellem dominũ intrare in alienũ triumphũ.

Stimulātōr, stimulatoris, verbale, m. t. Concitator, excitator. [מטרש מאיר mapherisch mameir: מסית masiteh. κοσμοῦς. Gal. Esguillonneur, esmouveur. Ital. Che punge, stimola, smuove. Ger. Ein stupffer / anstiffter / treyber. Hisp. Aguijador. Pol. Popychacz. Vng. bybny bzb bybkeib. Ang. A mover or stirrer forward.] Cic. pro Domo sua: Sin in causa fuit annona, seditionis quidẽ stimulator & concitator tui fuisti.

Stimulātrix, stimulatricis, f. t. [מטרשת מאירת mapherischeth mameireth κοσμοῦσα. Gall. Celle qui point & esguillonne. Ital. Donna che punge, o stimola. Ger. Ein anstifftterin / anweiserin. Hisp. Aguijadora. Pol. Popychaiacy. Vng. bybkeib bzbybzb azzbny. Ang. A that pricketh.] Plautus in Mostel. ut venefica illi Fauces prehendam, atq; enecem scelestam stimulatricem.

Stimulātus, a, um, participium, ut Rabie furẽti stimulatus animus. [מטרש מאיר mapherisch mameir. κεντούμενος. Gall. Esguillonné, aiguillonné, & incité. Ital. Stimolato. Ger. Gestupffet / getriben / bewegt. Hisp. Aguijoneado. Pol. Peruszony, przymuszony. Vng. bybkeinb, bzbny bzetbe. An. Pricked or stirred up, prouoked.] Catull. Epigr. 38. Ovid. 1. de Arte: Iurgia præcipuè vino stimulata cieto.

Stingo, sive Stinguo, stinguis, stinxi, stinctum, Est extinguo, restinguo, deleo. [כבה chibbáh. σβέννυμι. Gall. Estaindre. Ital. Estinguere, spegnere, ammezzare. Ger. Löschen. Hisp. Apagar. Pol. Gasze. Vng. El oltom. Ang. To quench or put out fire.] Cicer. in Pisone. Vt quũ luna means Hyperionis officit orbi, Stingunt radii cæca caligine tecti. Lucret. lib. 2: ut cernere possis, Evasescere paulatim, stinguiq; colorem. ¶ Hujus compositum, Distinguo, extinguo, interstinguo, instinguo, & restinguo.

Stipātio, stipationis, Stipator, vide STIPO.

Stipendium stipendii, n. t. Aes militare, seu præmium quod militibus datur.] שכר sachár λάφυρα. Gall. Les gages de gens de guerre, leur solde, loyer. Ital. Paga, stipendio. Ger. Kriegssold. Hisp. Sueldo, o salario. Pol. Zołd. Vng. Sold. Ang. Wages payed to souldiours or seruantes.] Compositum nomen ex stipe & pendo, quòd ante numum signatum Quæstores stipem militibus appendere solebant, non annumerare. Stips autem dicebatur ab antiquis à stipãdo, quòd eo tempore, quo populus Rom. ære gravi utebatur, in cellulis æs solebat stipari. Nam etiam aris gravis summæ majorem faciebant cumulum, quàm ut crumenis, vel loculis possent includi. Paulò aliter Vlpianus de Verbor. signif. l. Ager. Stipendium (inquit) à stipe appellatũ, quòd per stipes: id est, modica æra colligatur. ¶ Emeritis stipendiis, & Confectis stipendiis in eadem dicuntur significatione. Dicebantur enim stipendia confecta, vel emerita, quum elapso tempore justæ militiæ, milites jurejurando solvebantur. Cic. pro Pompeio: Partem militum qui jam stipendiis cõfectis erant, dimisit. ¶ Emerita stipendia ambitionis. Cic. de Senect. At illa quanti sunt, animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omniũ secum esse, secumq; (ut dicitur) vivere? ¶ Explere stipendia. Tacit. lib. 3: Quanquam ipse plures per provincias quadraginta stipendia explevisset. ¶ Facere stipendia pedibus. Livius: Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. ¶ Stipendium etiam dicitur tributi genus, quod quis tenetur solvere principi aut Reipublicæ ad sustentationem militum. φόρος. Liv. lib. 2: Vt divites conferrent qui oneri ferendo essent, pauperes satis stipendii pendere si liberos educent.

Stipendiārius, stipendiale, stipendiarius: [φόρος. Gall. Tributaire, taillable. Ital. Tributario. Ger. Der Sold oder Steur geben soll. Hisp. El pechero. Pol. Zołdowny. Vng. Soldos. Ang. He that payeth wages.] unde Fœdus stipẽdiale, apud Sidonii Apollinarẽ.

Stipendiātum, ti, n. t. Certum vectigal. [φόρος. Gall. Tribut, gabelle, dece. Ital. Tributo, o gabella, o datio determinato. Ger. Ein Steur / schatzung. Hisp. Pecho o pecha. Pol. Czynsz naznaczony. Vn. Soldi. Ang. A certaine tribute or talle.] Cicer. in Verr. act. 3: Inter Siciliã, cæteras q; provincias, Iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quòd cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur: aut censoria locatio constituta est.

Stipendiātus, a, um, Tributarius, qui solvendo stipendio obnoxius est: [φόρος τελῶν. Gall. Tributaire, taillable. Ital. Tributario. Ger. Der Steur oder Schatzung unterworffen / das Steur geben muß. Hisp. Pechero que paga aquel diuero. Pol. Zołdowniik. Vng. Ado fizetb sold fizetb. Ang. That payeth wages or tribute.] ut Civitates stipendiariæ, quibus certum singulos in annos imperatum erat tributum. Cæs. Comment. 1: Reliquasq; civitates stipendiarias habere cœpit est, tributarias.

Stipendiārii, substantivè. Stipendiariæ civitatis incolæ. Cic. 1. Ver. Socii, stipẽdiariiq; populi Romani, afflicti, miseri, &c. Idẽ pro Cornel. Balbo: Quæ patẽt stipendiariis, pateãt hostibus.

Stipendiōr, aris, d. p. Stipendia facio, vel mereo. [μισθοφορέω. Gall. Estre soldoyé, gagner loyer. Ital. Meritare solda. Ger. Versoldt / vmb Sold dienen. Hisp. Merecer sueldo. Pol. Zołdowac. Vng. Soldos keresbk erdemlbk. Ang. To be hired for wages.] Plin. lib. 6: Regi eorum peditum sexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem millia, per omnes dies stipendiantur: id est, stipendia faciunt, & merent.

Stipes, hujus stipitis, m. t. Truncus, aut validus fustis humi defixus. [עץ zhezáh κορμός. Gall. Vn tronc d'arbre, ou vn gros pieu & gros baston. Ital. Tronco, palo, zocco. Ger. Ein stock / pfal / sparre. Bel. Eenen paet / eenen stacke. Hisp. Tronco del arbol, el madero, o palo derecho. Pol. Pien, słup. Vn. Tbke, tbukb. An. A logge set in the ground, a stock a stalke.] Cæs. 1. bel. Civ. Fossas transversas viis perducit, atq; ibi sudes, stipitesq; præacutos defigit. Ovid. 4. Fast. -quercno religant in stipite funẽ. Idem 3. Fast. Constitit ipse super ramoso stipite nixus. ¶ Per translationẽ accipitur pro stulto, insulso, & fatuo. Terent. in Heavt. In me quidvis hastũ rerũ convenit, Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. Cic. in Pis. Sed qui, tanquam truncus, atq; stipes, si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum Consulatus.

Stipo, stipas, act. p. Rimas obturo, condenso, in unum cogo, claudendo coarcto. [אטם atám סכך sachác. ἐνέφω, πυκνόω. Gall. Estoper, entaffer. Ital. Empire le fissure. Germ. Verschoppen / zustopffen. Bel. Stoppen. Hisp. Recalcar ò tapir ò cerrar. Pol. Zatykam. Vng. Be dugom. Ang. To stoppe chinkes or clefts.] πυκνῶ δ' ἐνέφω, quod significat condensare: unde & stipare, sive stupare quidã scribendũ existimant. Aut certè à stupa: hoc est, lini purgamẽto, quod in stipandis navium rimis solet adhiberi. Col. lib. 7. cap. 8: Deinde quo tenetior permaneat, clausio, neq; ventis obnoxio loco stipatur per plura tabulata. Virg. 1. Aen. de apibus: aut quũ sequentia mella Stipant, & dulci distendũt nectare cellas. Idem 3. Aen. stipatq; carinis Ingens argentum. ¶ Stipari itẽ dicuntur principes, qui custodiæ causa satellitio cinguntur. [הסב hosób. δορυφορέω. Gall. Environner ou se tenir autour de quelqu'vn pour le defendre. Ital. Stare d'intorno ad alcuno per difenderlo. Ger. Vmbgeben oder vmbstellt werden von denen so vns beschirmen / oder verwarren. Hisp. Acompañar al mayor para defenderlo. Pol. Obstępować. Vng. Környul vezbn. Ang. To enuironne and accompanie.] Item qui amicorũ, clientum, comitũmve turba sepiuntur. Livius lib. 1: Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Cic. Att. lib. 1: Quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, repentè ex magna turbâ neminem possumus, quicum aut jocari liberè, aut suspirare familiariter possimus. Virg. 1. Aen. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Incessit, magna juvenum stipante caterva. Idem 4. Georg. ad apes transtulit, quę & ipse regis sui latera, tanquam de ejus salute solicitæ, cingunt sepiuntque.

Stipātus, stipata, stipatum. [מסב mesób. δορυφορούμενος, περιεστοιχισμένος. Gall. Accompagné de force gens tout autour. Ital. Accompagnato di gente in giro. Ger. Vmbgeben / bewaret. Hisp. Acompañado de hombres en derredor. Pol. Obstąpiony. Vng. Környul vetetbe. Ang. Accompanied, enuironned with men as a prince.] Virg. lib. 11. Aeneid. Tum socios (nanq; omnis cum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ovantes:

Stipātio, stipationis, verbale, f. t. Ipse stipandi actus. [מסב mesób. περιστοιχισμός, περιεστοιχισμένος. Gal. Environnement pour defendre. Ital. Circondamento d'alcuno. Ger. Vmbgebung / vmbstellung eines. Hisp. Aquella obra de acompañar, cercar y rodear algo para defenderla. Pol. Obstąpienie. Vng. Környul vetes. Ang. Accompanying.] Cic. pro Sylla: Ejus aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis, seditionesq; afferebant. Plin. lib. 10. cap. 22: Ita cæteri stipatione naturali propellunt eos.

Stipātōres, m. t. Qui in navibus onera componunt. ἐπιβάται, inquit Servius. ¶ Itẽ satellites, quos principes corporis custodiæ causa sibi adhibẽt à stipe, quâ accipiebant: vel quod reges stipent & undiq; circundent, ac claudant, penè constringentes, instar apũ circa ipsarũ regem: aut quòd ipsi ferro stipati sint. [δορυφόροι. Gall. Gardes du corps, archers de la garde. Ital. Stipatori. Ger. Trabanten / Gwardiknecht / die eines Fürsten leib bewart. Hisp.

Las que accompannan al mayor. Pol Drabancÿ, straze krolewskiego zyal a. Vng. Feie delkm fuie orzó yitenkis. Ang. That enuironnigh a prince to keep his bodie.] Cicer. lib. 2. Offic. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. Hos antiqui à latere *latrones* vocabant. Horat. 1. Ser. Sat. 3: -dū tu quadrante lavatum Rex ibis, neq; te quisquam stipator ineptum Præter Crispinum sectabitur.

Stipticus, adjectivum, vide STYPTICVS.

Strips, pis, & Stipis, hujus stipis, fœm. gen. [פרוטה כסף *chesepis ghulghóleth.*] Pecuniæ genus quod per capita colligi solet, quod ἀγύρμός dicitur à Græcis. [Gall. *Paye, loyer, une piece de monoye, denier ou autre chose.* Ital. *Paga, mercede.* Ger. Zusamen gelesen gelt. Hisp. *Moneda que se coge para pagar sueldo, paga.* Pol. *Dan pieniezna, ktora od kaplei offiabi dawata.* Vng. *Zedöt penz, mindenfele kedat penz.* Ang. *Money giuen to beggers, wages to souldiours.*] Cic. 2. de Leg. ex XII. tabul. Præter Ideæ Matris famulos, eoq; justis diebus, nequis stipem cogito. Et rursum: Stipem sustulimus nisi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ Matris excipimus. Implet enim superstitione animos & exhaurit domos. ❡ Pecunia quoq; quam vel in ærarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant ad sustentationem vitæ, stips dicebatur à stipando: propterea quòd in cella stipabatur: id est, componebatur. Plin. Epist. 161: Eluctatusq; facit gurgitem, qui lato gremio patescit, purus & vitreus, ut numerare jactas stipes & relucentes calculos possis. ❡ Stipem magnam confert hæc res: id est fructum. Col. lib. 8. cap. 1: Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ non minimam colono stipem conferāt. ❡ Conferre stipē. Vlpian. de Col. illic. Sed tenuioribus permittitur stipem menstruā conferre, dum tamen semel in mēse coëant. Spargere stipē. Plin. li. 33. cap. 10: Populus Romanus stipem spargere cœpit Sp. Posthumio. Quint. Martio COSS. tanta pecunia erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.

Stipula, æ, f. p. à stipa sive stupa deducitur, sive quòd stupæ instar uratur, sive quod ea quoq; stipari tectorū rimæ consueverunt. [קש *kasch* תבן *teben.* καλάμη. Gall. *Esteul, esteuble, tuyan de blé, chaume.* Ital. *Stoppia, strepola.* Ger. Ein halm/stupffel. Bel. Stoppel/stroo. Hisp. *La paja, como canna de trigo.* Pol. *Zdźbło.* Vn. *Zalma kóro.* Ang. *Stubble, or the stalke of corne.*] Est autem stipula calamus frumenti, putà tritici, hordei, & similium, quod scilicet continet spicā, cujus internodia genicula dicuntur, & aliquādo genua, à similitudine genuum animalis. Ovid. 4. Fastorū: Moxq; per ardentes stipulæ crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede. Ibidem: Captivam stipula fœnoq; Involvit & ignes Admovet: urentes effugit illa manus. Virgil. 1. Georg. Culmumq; levē stipulasq; volantes. ❡ Stipula etiā dicitur, quæ remanet in campo demesso frumento. Virgil. 1. Georg. Sæpè etiam steriles incendere profuit agros, Atq; levē stipulam crepitantibus urere flammis. ❡ Spicæ præterea quæ post messorum terga à tenuioribus legi solent, stipulæ appellantur. Terent. in Adelph.: præter hæc meridie ipso faciam ut stipulā colligat. Hinc stipula illecta, dicitur spica in messe dejecta, necdum collecta.

Stipulor, aris, secunda syllaba cor. com. p. Est solenni conceptione verborum postulare sibi aliquid promitti solenni formula promittendi. [συνέρχομαι, διομολογέομαι, ἐπερωτάω, μετά δικαίου. Gall. *Stipuler.* Ital. *Stipolare.* Ger. Fragen ob einer etwas zu geben oder verheissen wölle: item, verheissen. Bel. Beloven. Hisp. *Aceptar lo que otro promete.* Pol. *Przez pytanie obietnicze zadam.* Vng. *Föl fogadtato chuetséget teteté.* An. *To require a thing to be giuen him or done with ordinarie wordes of the law, to require by couenant, to make a bargaine, to promise effectually that he is required to do.*] Et quanvis propriè de iis interrogationibus dicatur, in quibus de pecunia agitur, eò quòd à stipe dictum putetur: transfertur tamen ad omnes rogationes quæ de quavis re interponuntur. Cic. 2. de Leg. Si is cui legatū est, stipulatus est idipsum quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. Col. in præfat. lib. 10: Fœnoris tui Sylvine, quod stipulanti spoponderā tibi, reliquā pensiunculā percipe. ❡ Est autem stipulor secundum Priscianū, verbum cōmune, quod tàm in activa quàm passiva significatione, ablativo jungitur. Dicimus enim stipulor abs te, pro rogo te, peto abs te: & stipulor abs te, pro rogor abs te. Iuvenal. Quantum vis stipulare & protinus accipe quod do; Vt toties illum pater audiat. Quo in loco est activæ significationis. Suetonius verò passivè protulit. Prætorū lectoria, quæ vetat minorē annis vigintiquinq; stipulari: id est, interrogari. Plautus quoq; passivè dixit: Nisi dolo malo instipulatus sis. Idem in Curcul. Ibidem erant scorta exoleta, quiq; stipulari solent. ❡ Hujus verbi composita sunt, Astipulor, instipulor, & restipulor: quorum significata vide suis locis.

Stipulatores, m. t. dicuntur qui per interrogationem obligant promissorem. [οἱ διομολογοῦντες, οἱ ἐπερωτῶντες, οἱ στιπουλάτωρες. Gall. *Stipulateurs.* Ital. *Interrogatori, stipulatori.* Ger. Anforderer/ frager ob einer etwas verheissen wölle. Hisp. *Aceptadores de lo que otros prometen.* Pol. *Ci ktorzy przez pytanie obietnice vpominaia.* Vng. *Föl fogattatok chuetség tetetök.* Ang. *Requesters of a thing to be done with ordinarie wordes of the law.*] Cicer. pro Quintio: Literæ P. Quintii testes tot, quibus omnibus causa justissima est cur scire potuerint: nulla cur mentiantur, quum à stipulatore tuo comparabuntur. Hæc enim duo stipulator & promissor opponuntur. Quod docet Iureconsult. titulo de verborum obligationibus.

Stipulatio, onis, f. t. (ut inquit Pomponius) Est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturúmvè seid quod interrogatus est, respondet. [συνθήκη. Gall. *Stipulation.* Ital. *Interrogatione, stipulatione.* Ger. Verheissung des darumb jemandts ist angefordert worden. Hisp. *Obra de aceptar lo que otro promete, stipulacion.* Pol. *Obietnica na prosne pytanye.* Vng. *Föl fogadas chuetség tetel.* Ang. *An effectuall promise to do which he is required to do.*] Cic. ad Attic. lib. 16: Etsi nondum stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen pridie Iduum velim conficias. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 15: Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta, conventaq; impressis signis custodirētur, fides potius illa servaret, & æquū colens animus.

Stipulatiuncula, æ, diminutivum. [ὁ ομολογία ἐλάττων. Gall. *Petite stipulation.* Ital. *Picciola stipulatione.* Ger. Ein kleine oder schlechte verspruchung. Hisp. *Pequenna stipulacion.* Pol. *Mała obietnica.* Vng. *Föl fogadásotska schuetség tetelöcske.* Ang. *A little promise to do which is required.*] Cicero 1. de Orator. Tu mihi quum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula, & quum obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi ullam causam majorem committendam putem?

Stipulatus, tus, Stipulatio. ὁμολογία. Plinius: Iovis deorum summi stipulatu. Vsi quoque hoc vocabulo sunt Iurisconsulti.

Stiria, æ, f. p. propriè est aqua frigore cōcreta pendens, guttámq; imitās. [אגל *eghel* נטף *nataph* דלף *deleph.* σταλαγμός. Gal. *Goutte d'eau gelee & pendante.* Ital. *Acqua agghiacciata che sta pendente.* Ger. Ein eißzapff. Hisp. *El cerrion ò gota de agua elada.* Pol. *Sopel zmarzły.* Vng. *Fagyot tsep.* Ang. *A frosen droppe.*] Virgil. 3. Georg. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Martialis lib. 7: Turpis ab inviso pendebat stiria naso. Plinius distillantes hyberno gelu stirias.

Stirps, hujus stirpis, fœm. tert. Origo, progenies, soboles. [עקר *héker*: יחש *jáchas.* ῥίζα. Gall. *Race, lignée.* Ital. *Progenie, legnaggio.* Ger. Ein Stamm/Geschlecht. Bel. Een stamme. Hisp. *Generacion, linaje.* Pol. *Pokolenie.* Vng. *Nemzetség foldmű.* Ang. *Offspring or stok in kinred.*] Virgilius 7. Aeneid. Heu stirpem invisam. Idem 3. Aeneid. quæ vos à stirpe parentum Prima tulit tellus. Ovid. 2. Metamorph. Semifer interea divinæ stirpis alumno Lætus erat, mistoq; oneri gaudebat honore. ❡ Item stirps masculini generis est, & significat imam arboris partem, quam & truncum appellamus. [שרש *schoresch.* ῥίζωμα, πρέμνον, κορμός. Gall. *Racine d'arbre ou d'herbe, ou tronc.* Ital. *Stirpe, tronco, radice d'albero ò d'herbe.* Ger. Ein Stamm/ als an einem Baum. Hisp. *Planta, raiz, ò tronco del arbol.* Pol. *Pien kazdego drzewa.* Vng. *Fa töröök, fa tökéie tüve.* Ang. *The stock or stemme of a tree or herbe.*] Idem Metamorph. lib. 12: Quum semel in sylvis imo de stirpe recisum. In qua significatione invenitur etiam fœmininum Horatius: Stirpesq; raptas, & pecus & domos. ❡ Stirps quæstionis origo, fundamentum, per translationem. Cic. 4. de Finib. Differo eam partē, quæ quasi stirps est quæstionis. Dixerunt tamen significatione sobolis masculino genere: ut Pacuvius: Qui stirpem occidit meum? Rursus in significatione materiæ. Horat. Stirpesq; raptas & pecus & domos Sosipater, lib. 1.

Stirpesco, is, ere, In stirpem cōvertor. [εἰς πρέμνον γίνομαι, ῥιζοῦμαι. Gall. *Iaitter getons, produire tiges, se convertir en tige & tronc.* Ital. *Farsi ò convertirsi in tronco.* Ger. Verhertet werden/ werden. Hisp. *Arraygar ò hazer raiz la planta.* Pol. *Z pienia.* Vng. *Töröökke vue lenik.* Ang. *To waxe to haue a stock or stemme.*] Plinius libro 9. capite 8: Nam si defringatur, stirpescere & interimori.

Stirpitus, pen. cor. adverbium, Funditus, radicitus. [ἐκ ῥιζῶν. Gall. *De la racine, totalement.* Ital. *Dal fondo, dalle radici, totalmente.* Ger. Mit der wurtzel herauß/vom grund herauß. Hisp. *arrancando de raiz.* Pol. *Z gruntu, zkorzenia.* Vng. *Tövestöl fogva.* Ang. *Vtterly, by the rootes.*] Cicer. 4. Tuscul. Hunc errorem quasi radicem omnium malorum stirpitus philosophia se extracturum pollicetur.

Stiva, æ, f. p. Aratri manica, quæ tenetur manibus quū aratur. [ἐχέτλη. Gall. *Le manche ou le timon de la charrue.* Ital. *Manico del aratro.* Ger. Ein Sterß oder Pflugsterz. Hisp. *El esteva ò mangera del arado.* Pol. *Rękoieść v pługa.* Vng. *Eke szarv.* Ang. *The plough tayle or handle.*] Virg. 1. Geor. Stivaq; quæ currus à tergo torqueat

torqueat imos. Ovid. 8. Metam. Hos aliquis tremula dum captat arundine pisces, Aut pastor baculo stivæq; innixus arator Vidit, &c. Idem 4. Fast. Inde premens stivam designat mœnia sulco. Dicta stiva à stando, quia super eam regula stat, & est quasi temo inter boves.

Stlata, Genus navigii (inquit Festus) latũ magis quàm altum, à latitudine sic appellatum: sed ea consuetudine qua stlotum pro lotum, stlitem pro litem dicebant antiqui, qui dictionibus ab l incipientibus, st literas præponere solebant.

Stlatarius, dicitur qui stlata vehit, sicut à scapha scapharius.

Stlatarius, a, um, dicitur quod mari portatum est, quasi stlata advectum. Iuvenal Satyr. 7: Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.

Stlembus, Gravis & tardus. Lucilius: Atq; equum pedibus stlembum. Festus.

Stlitibus judicandis dicebant veteres, pro litibus. Hinc Decemviri dicebantur Stlitibus judicandis. Festus.

Stlopus [Germ. Das klepffen/so geschicht/so einer die backen auffblaßt/und laßt den athem mit einem klapff herauß brechen.] Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Pers. Satyr. 5: Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alii scribunt sclopus.

Sto, as, are, steti, statum, n. p. Erectus sum, consisto: cui opponitur sedeo. [עמד hamádh. ἵστημι, ἑστάναι. Gall. Estre debout, demeurer en vn estat, s'arrester. Ital. Stare. Ger. Stehn Belg. Staen. Hisp. Estar en pie o en huiesto. Pol. Stoie. Vng. Allok. Ang. To stande.] Plaut. Casin. Hi stant hic ambo, non sedent. Terent. Evnuch. Interim dum ante ostium sto, notus mihi quidã obviam Venit. ¶ Et nõ tantùm de animatis, sed de inanimatis dicitur: ut Navis stat, Flumen stat, Currus stat. ¶ Sol itẽ stare dicitur, quũ ad alterum Tropicorum perveniens, ulterius progredi non potest, sed cursum incipit reflectere. Vnde duo dicimus esse solstitia, alterũ æstivum, alterũ hybernum. ¶ Item ponitur pro satisfacere, permanere & durare. Cic. 1. Offic. Facere promissa, stare cõventis, reddere depositum. Virg. 4. Aen. Et bene apud memores veteris stat gratia facti. ¶ Item pro horrere. [סמר samár.] ut annotavit Nonius citans locum ex Titinnio: Atque illud ante partũ comedet: fundi stabunt sentibus. Item alterũ ex Cæcilio: Hic amet, familiæ fame pereant: ager autem stet sentibus. ¶ Item pro plenum esse. [מלא malé.] Virg. 12. Aen. Iam pulvere cœlũ Stare vident. ¶ Item pro prominere, ut annotavit idem Nonius, citans illud Lucilii ex lib. 29: Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas Pectore marmoreo. ¶ Item significat aliquando præstitutum esse & immobilem. Virg. 10. Aen. Stat sua cuiq; dies, breve & irrevocabile tẽpus Omnibus est vitæ. Ovid. 1. Metam. Sic stat sententia: id est, immobilis & fixa est ἀκίνητος. ¶ Item in animo esse, & constitutũ habere. Virgil. 12. Aeneid. Stat conferre manum Aeneæ stat quicquid acerbi est Morte pati. ¶ Item positum esse, κεῖσθαι. Virgil. 1. Aeneid. Omnis in Ascanio clari stat cura parentis. ¶ Itẽ quiescere. Apuleius: Dum fortè starent in taberna ludẽtes. ¶ Item in pristino statu manere. Virgil. 2. Aen. Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres. ¶ Item ponitur pro emptum esse & constare. Liv. lib. 23: Multoq; sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Gellius: Magno ei stet, ea noctè absentem fuisse. Quintilian. Neq; ipse hoc periculũ ignorã, expertus non levi documento, quanti steterit mihi, quod semel imperata non feci. ¶ Stare firmum, est non moveri, sed constantem esse. ἐν χώρᾳ μένειν. Livius: Resistes autem adversus famam rumoresque hominum, si satis firmus steteris. ¶ Stare per me, per te, per illum aliquid dicitur, quum ego, tu, aut ille impedimento est ne quid fiat. Plinius libro 18: Non stat per me quominus cœlum intelligas & cœlestia scias. Quintilian. Non per me stetit, sed per illam. ¶ Stare à Senatu, vel ab optimatibus, est Senatus vel optimatium causam tueri. Cicero de Clar. Orat. Nemo à Senatu, & à bonorum causa stetit cõstantius. ¶ Stare à mendacio contra verum. Cicero 2. de Inven. pro eo quod est tueri falsum & verum oppugnare. ¶ Stare extrema fortuna, est summo in periculo situm esse. Cicero in Salust. Ilis ad subsellia attractus, extrema fortuna stetit. ¶ Cõposita hujus verbi sunt, Absto, adsto, vel asto, consto, circumsto, antesto, contrasto, exto, à quo superexto, insto, intersto, obsto, obsto, persto, præsto, prosto, resto, substo, supersto: de quibus suis locis.

Status, a, um, Firmus, fixus, immobilis, certus. [מעמד mahamádh. ὡρισμένος. Gall. Arresté, assigné, certain. Ital. Fermo, stabile. Ger. Stetig/bestendig/gewiß Belg. Vast. Hisp. Firme, que no se muda. Pol. Stal'y, pewny. Vng. Allhatatos, megallatot. Ang. Firme, stable, that standeth and is not moved.] Plin. lib. 18: Iam primũ hanc injuriam omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cursus. Cicer. de Aruspic. respon. Statas solennesque ceremonias pontificatu contineri. Sic Statis vicibus aliquid fieri dicitur, quod certis fixisque temporibus iteratur. ἐν τακτοῖς καιροῖς. ¶ Status dies cũ hoste, est dies cõstitutus controversię cum peregrino judicio finiendę. Plaut. Curcul. Status condictus cum hoste intercedit dies. Cicer. 1. Offic. Si status dies sit cum hoste venito. ¶ Stata sacra, quæ certis ac statutis diebus fiebant & non mutabantur, sed firma & stabilia erant, diversa ab illis quæ indicta vocantur, quæ nimirum vel in alia tempora rejici possunt, vel etiam omitti penitus. τακτοὶ θυσίαι. Catul. Sacra stata, solennia, sancta servasti. Ovid. 1. Fastor. Ter, quater evolvi signantes tempora Fastos: Nec sementinæ est ulla reperta dies: Tum mihi (sensit enim) lux hæc inducitur, inquit, Musa: quid à fastis non stata sacra petis? ¶ Enn. Modicã & modestam formam mulieris statam vocavit, quàm Phavorinus apud Gellium non invenustè uxoriam formam nominat. Vide Gellium lib. 5. cap. 11.

Status, us, m. q. Conditio, habitus. [מעמד mahamádh. κατάστασις. Gal. Estat, condition, geste, maintien, contenance. Ita. Stato, stado, qualità di vna cosa. Germ. Ein standt oder statt/wäsen Belg. Eenen staet. Hisp. Estado de cada vna cosa. Pol. Stan. Vng. Allapat. An. The stat, behaviour or countenance.] Col. lib. 8: Quare status ejus longior productiorq; ad hos casus magis habilis est. Cicero Lentulo lib. 1. Epist. Ex eodem de toto statu rerũ omnium cognosces. Idẽ de Arusp. respon. Hunc statum qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus. ¶ Deducere aliquẽ de statu vitæ, est eũ à solito vitę tenore abducere. Cic. 5. Verr. Me de vitę meæ statu lacrymis suis deduxerunt. ¶ Status item ponitur pro stata & firmata ætate, nimirum annorũ xxv. L. 77. D. de leg. & fid. 2: Quanquã igitur testamento cautũ esset, ut quũ ad statum suũ pervenisset, ei solveret. Apud Rhetores autem status, στάσις, dicitur summa causæ cõstitutio, ad quã totius orationis argumẽta referuntur: hoc est, id quod nascitur ex conflictione petitionis actoris & defensionis rei. Id aũt dilucidius fiet hujusmodi exẽplo: Dejotarus insidias struxit Cæsari: intentio est actoris. Non struxit: depulsio rei. Hinc oritur constitutio sive status, Struxeritne insidias Cæsari Dejotarus. Et quoniam in omni disceptatione quæritur an sit, quid sit, vel quale sit, tres inde oriuntur statuum differentiæ, Conjecturalis, Legitima & Iuridicialis. Cicero in Topic. Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις, Latinè Status vocetur.

Status, ex quibus omne genus controversiarum de agris exoritur, octo omnino sunt, injectivus, expositivus, subjectivus, recuperativus, assumptivus, initialis, materialis, affectivus. Injectivus ergo status est generalis. Nam sive de possessione, sive de fine controversia nascatur, per hoc repetitio justa injustaque injicitur. Expositivus est status controversiæ, quoties finitimorum argumentorum caret demonstratione, & partium magis exigit narrationem, per quam exponẽdum sit, quo fint genere terminandæ, aut persuadẽdum judici, etiam si loci natura, finitimam exhibeat similitudinem. Subjectivus status est, cùm relinquitur status generalis, & alio quolibet statu controversia defenditur. Recuperativus est status, quoties non à trifinio, aut quadrifinio, sed ex quolibet finis loco incipientis termini recturam dirigit, & per incessum definitionis loca quędã alteri fundo acquirit: aut solũ aufert, & ejus loco redditur. Assumptivus primæ controversiæ status, qui est de positione terminorũ, in rigorem aut in finem transcendit. Initialis controversiæ status de rigore pertineas ad materiam transcẽdit in controversiam, quę est loco tertio: de fine status materialis non conditionẽ mutat, neq; materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controversiæ incipiunt de loco duntaxat: nam transcendentiam non habet de hoc effectivus, sed, dum consummatus fuerit, nascitur. Effectivus est, cùm de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium advocationes instituunt. Ex Aggeno de limitibus agrorum.

Statio, onis, f. t. Locus in littore sinuosus, in quo naves ad tẽpus possunt consistere, minus tamen tutò quàm in portu. [מעמד mahamádh. מצב matsſáb עמדה hemdáh. ναύσταθμος. Gall. L'assiette de quet ou d'autre chose, station. Ita. Statione. Ger. Stünet schiffstelle. Hispan. La estança ò estancia. Polon. Stanowiſko dwa l'odzi. Vngar. Hain ven, haio allo part. Ang. A place where men of warre or shippes abide for a tyme.] Virgil. 2. Aeneid. Nunc tantùm sinus & statio malè fida carinis. Item 10 Aeneid Frangere nec tali puppim statione recuso. ¶ Stationes item dicuntur loca, in quibus milites consederunt, quæ & stativa dicuntur, & præsidia. Curtius: Cognitum id per exploratores, qui stationes hostium fuerant ingressi. ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas assignatum, stationem vocamus, quod in eo subsistere cogantur, neq; eum sine gravi noxa possint relinquere. Virg. 9. Aen. vigiles simul excitat. Illi Succedunt, servantque vicers statione relicta. Ipse comes Niso graditur. ¶ Itẽ ponitur pro loco in quo jus Romæ docebatur. Gell. libr. 13. cap. 13: Quæsitum esse memini, in plerisq; Romæ stationibus, jus publicè docentium. Iuven. Satyr. 11: stationes omne theatrum. ¶ Similiter errantium stellarum matutinæ (quas primas vocant) & vespertinæ (quas secundas) quum stare spectantibus videantur in Oriente, & Occidente, stationes vocantur.

¶ Per metaphoram etiam statio pro temporaria habitatione accipitur. Cicer. ad Att. lib. 6: Athenis statio mea nunc placet. Sumpta translatio à loco litorali, ubi naves ad tempus subsistunt, quamvis nõ æquè tutò, atque in portu. ¶ Propriè autem statio dicitur ipse standi actus: unde cæteræ omnes significationes fluxerunt.

Statiuncula, diminutivum, f. p. Parva statio: sicut à ratione ratiuncula.

Stationalis, adjectivum: [φυλακτικός. Gall. D' assiette, d' estation. Ital. Della statione. Germ. Gehörig zu der stellung auff die wacht. Hispan. Cosa de estanca o de estacion. Pol. Do strazej *[illegible]*. Vngar. *[illegible]* allasu. Ang. Belonging to an abiding place for ships.] ut stationales milites, qui & stationarii, quib. certa ad excubias agendas assignata est statio. Stationales stellæ, quæ matutino tempore omnium novissimæ, & vespertino omniũ primę in cœlo apparentes, quasdam quasi excubias facere videntur. Plin. de sideribus loquens lib. 2. cap. 15: Eadem stationalis senis mensibus commoratur insignis, alioqui bimestris: quum cæterę utraq; statione quaternos menses nõ impleant.

Stationarii milites, Dicuntur quibus custodiæ, aut præsidii gratia statio assignata est, ut qui in castris, urbibúsve ad excubias agendas certo loco disponuntur: quive in provinciis distribuũtur partim ad externã vim, si qua fortè ingruat, propulsandam: partim ad provinciales in fide cõtinendos. [φυλακαί. Gall. Garnison de lieux forts. Ital. Garniggione de luoghi forti. Ger. Kriegsleut die zur hut auff die wacht gestellet sind / oder die im Zusatz ligen. Hisp. Guarnicion de lugar fuerte. Pol. Straz na woinie. Vng. Strasa allo vitezek. Ang. Men of warre to watch or to whome a certaine place is appoynted to keep.]

Stativa, orum, n. s. Castra, sive muniones militares: à stando dicta, quòd in iis milites subsistunt. [מחנה מַצָּב matsab machaneh. στρατόπεδα, ἔρυμα. Gall. Vn camp, ou vn fort, ou vne place, où sont assis les gens de guerre, ou le guet ou la garnison. Ital. Statine, luoghi forti. German. Läger / lägerstatt / darinn sich ein Kriegsvolck enthaltet / Kriegsstelle. Hispan. El real de hueste para poco tiempo. Polon. Pol *[illegible]*. Vngar. Tabor sancz. Ang. A fort or camp pitched.] Liv. lib. 1. ab Vrbe: In his stativis (ut fit) longo magis quàm acri bello satis liberi commeatus erant. Et lib. 9. Stativa nostra munimento satis tuta sunt. Cicero pro Lege Agrar. Num quid causæ est, quin omnes agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam Decemviri vendituri sint?

Stativus, a, um, penult. prod. Stationalis: [ἑδραῖος, στάσιμος, φυλακτικός. Gall. D' assiette, de station. Ital. Della statione. Ger. Das man auffstellet zu hüten vnnd wachen. Hisp. Cosa de estanca o estacion. Polon. Postawiony *[illegible]*. Vngar. *[illegible]* allasu. Ang. Belonging to a camp pitched or fort.] ut Præsidium stativum, quod certis locis custodiæ & securitatis gratia disponitur. ¶ Castra stativa, quæ & stativa absolutè, munitiones sunt militares, quibus copiæ sepiuntur, ut adversus repentinum hostium incursum tutæ sint, neque invitæ in prælium descendere cogantur. ¶ Stativæ aquæ dicuntur quæ contrariæ sunt manantibus, & perennibus, cujusmodi sunt fontes, rivi, fluvii. Varro de admirandis ad Fundanium socerum: Secundo de stativis aquis ut sunt lacus, stagna, putea & maria. Plin. lib. 2. cap. 88: In eadem & oppidum haustum profundo, alioqui motu terræ stativas emersisse.

Statarius, ria, rium, Fixus, firmus, immobilis. [στάσιμος, μόνιμος. Gall. Qui ne bouge d' vne place, ferme. Ital. Fermo, immobile. Ger. Stätig / bestendig / fest. Hisp. Cosa firme y no variable. Pol. Stał'y. Vngar. Allo albatatos. Ang. Firme, sure, that is not easilie moued.] Vnde statariæ fabulæ dictæ sunt, quæ motoriis opponuntur, histrionibus minimè laboriosæ, quippe quæ à stantibus non discursantibus, tumultuantibúsve peragerentur. Terent. in Heaut. Adeste æquo animo, date potestatem mihi Statariam agere ut liceat per silentium. Statarius orator. Cicer. de Clar. Orat. C. Piso statarius & plenus sermonis orator. Et paulò antè: Ii quos statarios appellant, quorum est illa simplex in agẽdo veritas. ¶ Pugna stataria, in qua non furtis, non excursionibus non levibus præliis, sed collatis utrinq; signis decertatur. ¶ Statarii ordines, ad statariam pugnam instructi. Liv. lib. 9: Statarios uterq; miles ordines servans.

Stabilis, le, om. t. Firmus, & fixus: [נאמן neemán. βέβαιος, μόνιμος, πάγιος. Gall. Ferme, stable, asseuré, immuable. Ital. Stabile, immutabile. Ger. Stät / steiff / bestendig. Belg. Vast. Hisp. Cosa firme, que no se muda. Pol. Stał'y. Vngar. Allo albatatos. Ang. Stable, sure, firme.] ut apud Terent. in Adelph. Errat longè, mea quidẽ sententia, Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius. Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adjungitur. Cicero 1. de Orat. Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatẽ memoriæ stabile, quàm id, in quo aliquid offenderis. Ovid. 5. Trist. Eleg. 14: Rara quidẽ virtus, quã non fortuna gubernet, Quæ maneat stabili, quum fugit illa pede. ¶ Stabile est: id est, certum, & statutũ. Plaut. in Bacch. Profectò stabile est me fratri aurum reddere. ¶ Mala stabilia: hoc est, poma non decidua, & quæ diutiùs in arbore stant, vel diu maturitatem tenent, neque citò corrumpuntur. Cato cap. 7: Eo lolium sulfum, aut stercus ad radicem eorum addere oportet, ut stabilia mala fiant.

Stabilio, lis, act. q. Stabilem facio, firmo. [הכין הקים hekim, hechin, chizzek. βεβαιόω, ἀσφαλίζομαι, στηρίζω, κρατύνω, ἑδράζω. Gall. Affermir, asseurer, establir. Ital. Stabilire, fermare. Ger. Bestätigen / bestendig machen. Belg. Vast maken. Hisp. Firmar, establecer. Pol. Pocmierdzam, postanawiam. Vng. Meg *[illegible]*. An. To mak stedfast or stable.] Plautus in Amph. Regique Thebano Creonti regnũ stabilivit suũ. Cic. 4. de Finib. Nisi fortè censeres T. Gracchum patrẽ beatiorem fuisse quàm filiũ, quũ alter stabilire Rempublicã studuerit, alter evertere. ¶ Hinc cõstabilio, quod est omnibus modis stabile & securũ reddo. Plaut. in Capt. — ædepol rem meam Cõnstabilivi, quum illum emi.

Stabilimen, inis, n. t. & Stabilimentum, ti, n. s. Firmamentũ, sive corroboratio. [מסעד misad, חזקה chozkah (vel) chozkah. ἔρεισμα, βεβαίωσις. Gall. Affermissement, asseurance. Ital. Stabilimento. Ger. Ein bevestigung / sterckung. Hisp. Firmeza para estar. Polon. Vmocnienie, posilenie. Vng. Erössèg tamax. Ang. That stablisheth or maketh stedfast.] Plaut. in Curc. Hæc sunt ventri stabilimenta, panis, & assa bubula, Poculum grande. Cicer. de Nat. deor. Addo, *inquit*, huc, quod mihi portento cœlestium pater prodigium misit regni stabilimen ejus.

Stabilitas, atis, f. t. firmitas. [אמונה amunah. σταθερότης. Gall. Fermeté. Ital. Stabilita, fermezza. Ger. Bestendigkeit. Belg. Vastheit. Hisp. Firmeza para estar. Pol. Stał'osc. Vngar. Erösség, allhatatosság. Ang. Stedfastnesse, firmitie.] Cæs. 4. bell. Gall. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in præliis præstant. Cic. 1. de Finib. Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiæ vacillare. Plin. lib. 23. cap. 3: Gingivis, & oris ulceribus, dentium stabilitati efficacissimè subvenit.

Stœbe, stœbes, f. g. στοιβή. Frutex aculeatus tùm caule, tùm folio, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, nõ alibi quàm in aquaticis nascens. Plin. lib. 21. cap. 15: Quædam spinã habent in folio, & in caule, ut phleos, quod aliqui stœben appellavẽre. Idem lib. 22. cap. 11: Stœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur, item oculis ictu cruentatis: hæmorrhagiæ quoque & disenteriæ infusa.

Stœchas, adis. [στοιχάς. Gall. Stechas. Ital. Steca. Ger. Stichas kraut / man bringt es dürr in Teutschland. Hisp. Cantuesso. Polon. Sychas. Vng. Sthacas *[illegible]*.] Herba à Stœchadibus insulis ex adverso Massiliæ, in quibus solis nascitur, nomẽ accepit. Tenues habet circulos, comam hyssopi, amaram gustu. Hanc hodie vocant imperiti *stucadas citrinum*. Namq; frutex ostenditur surculosus, odoratus, capitibus luteolis ex contrariis floribus flosculis compactis: unde citrinum vocatur. Plin. lib. 27. cap. 21: Stœchas in insulis tantùm ejusdẽ nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu. Menses ciet potu, pectoris dolores levat, antidotis quoque miscetur.

Stola, æ, f. p. Græcorum vocabulum est, quo illi quodlibet vestis genus significant. [בגד beghed. στολή. Gall. Vn habillement, & principalement celuy d' vne femme iusques aux talons. Ital. Stola, ogni sorte d' habito, ò vesta feminile sin' à piedi. German. Ein kleid / besonder ein langs. Hispan. Qualquier vestidura, ò vestidura propria de mugeres casadas. Polon. Wszelyaka szata *[illegible]*. Vngar. *[illegible]*. Angl. A womans gowne, a long robe.] ἀπὸ τοῦ στέλλειν: hoc est, ab induendo. Vnde Plutarchus scribit ab Alexandro quidam esse permissum, ut stola Persica uteretur: hoc est, cultu Persico. Idem in Dione: Dionysium majorem ait eò diffidentiæ processisse, ut ne fratrem quidem aut filium in cubiculum admitteret, nisi prius illi suam stolam posuissent, & aliam sumpsissent. Apud Latinos tamen ad honestæ tantùm matronæ vestem hoc nomen translatum est, quæ usque ad imos pedes demissa erat, & cujus extremam partem ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam sive limbus. Vlpian. l. Vestis ff. de Auro & argen. leg. Muliebria sunt (*inquit*) quæ matrisfamiliãs causa parata sunt, quibus vir non facilè uti potest sine vituperatione: veluti stolæ, pallia, tunicæ, &c. Cicero 2. Philip. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Ovid. 2. Trist. Ecquid ab hac omnes rigida summovimus arte, Quas stola contingi, sumptaque vitta vetat? Valer. Max. lib. 2: Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius esset, in jus vocanti matronam, corpus ejus attingere non permiserunt, ut inviolata manus alienæ tactu stolæ relinqueretur. ¶ Hinc Stola nonnunquam pro ipsa matrona, sive honesta muliere figuratè accipitur. Papinius in Sylvis: Omnia plebeio teritur matrona tumultu: Hinc eques, hinc juvenum cœtu stola mista laborat. ¶ Stola etiam accipitur pro veste sacerdotali apud Apul. lib. ult. Metam. Processi duodecim sacratus stolis.

Stolidus,

Stolatus, a, um. Stola ornatus. [ποδήρης. Gal. Vestu de vestement long jusques aux talons. Ital. Vestito di tale habito. Ger. Mit einer langen kleidung angethan. Hisp. Vestido di tal vestidura. Pol. W długą szatę obleczony. Vng. Hoszu bw palástban öltözött. Ang. Cladde with a long robe unto the heeles.] Verùm quoniam (ut jam docuimus) stola honestarū tantummodò matronarum vestis erat, factū est ut stolatum accipiamus pro matronali & honesto. Vnde stolatam mulierem pro locuplete & primaria dicimus, sicut cottā, togatam, pro plebeia, & minoris dignitatis: at nō obscurè innuit Horat. lib. 1. Ser. Sat. 2. ❧ Stolatus pudor: hoc est, matronalis verecundia. Mart. lib. 1: Quis Floralia vestit, & stolatum Permittit meretricibus pudorem?

Stŏlĭdus, a, um. Excors, stupidus, stultus. [נבל nabál כסיל chesil. ἀναίσθητος, μῶρος, νωθρός. Gall. Sot, niais. Ital. Pazzo, goffo. Germ. Torhafft, torechtig, toll, däppet. Belg. Sot, onverstandtich. Hisp. Bovo, loco. Pol. Bałamunt, błazen. Vng. Bolond, balygatag esztelen. Ang. Foolish, fonde, lewde of conditions.] Terent. in Heavt. Nonne ad senē aliquam fabricam fingit? S. stolidus est. Plaut. Epid. Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum. Liv. 4. bell. Maced. Cōsul extemplò arma capere milites jussit: armatos inde paulisper cōtinuit, ut & stolidam fiduciam hosti augeret, & disponeret copias, quibus quæque portis erumperent. Ovid. 11. Metam. Pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut antè, Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. Plaut. in Mil. Nullum est hoc stolidius saxum.

Stŏlĭdē, adverb. Stultè. [ἀναισθήτως. Gall. Sottement, niaisement. Ital. Pazzamente. Ger. Torechtiglich. Hisp. Bova y locamente. Pol. Głupie, po błazeńsku. Vng. Bolondul, balygatagul. Ang. Foolishlie, fondlie.] Liv. 5. bel. Pun. Id nō promissum magis stolidè, quàm stolidè creditum, tanquam cædem militares & imperatoriæ artes essent.

Stŏlo, onis, m. t. Inutilis, & quasi stolida fruticatio ex arborū radicibus. [שתיל schethil. παραφυάς. Gall. Vn rejetton qui naist au pié de l'arbre. Ital. Germoglio à piè del' albero. Germ. Ein vnnütz schoß, ein aberschoß. Hisp. Pimpollo que nace al pie del arbol. Polon. Nie sprzeczna a z korzenia latorośl, wirosłina. Vn. Fa twue böl ki agazo vessző. Ang. The spring or yongymps that growe out of the stemme or rootes of trees.] Plin. lib. 17. cap. 1: Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: ut, Frondicio militi illi qui præclara facinora Vulturnū transnatans, fronde capiti imposita, adversus Annibalem edidit: Stolonū Liciniæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 2: Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanū, & qui propter diligentiā culturæ Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quòd effodiebat circum arbores è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant.

Stŏmăcăcē, στομακάκη, Gingivarum morbus, quum illis vitiatis dentes excidūt. Plin. li. 25. cap. 3: In Germania trans Rhenū castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus solverentur. Stomacacem medici vocabant, & sceletyrben ea mala.

Stŏmăchus, stomachi, m. s. [στόμαχος. Gall. Estomach. Ital. Stomacho. Ger. Der speißrör, sunst der magen. Hisp. La boca del estomago, vientre. Pol. Żołądek, brzuch. Vn. Gyomor. Ang. The stomacke, the meat pipe.] Fistula per quā cibus descendit. Plin. lib. 11. cap. 37: Summū gulę fauces vocātur, postremū stomachus. Cic. 2. de Nat. deor. Linguam aūt ad radices ejus hęrens stomachus excipit, quò primùm illabuntur ea quæ accepta sunt, & oris utraq; ex parte tonsillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Cels. li. 4. cap. 1: Deinde duo itinera incipiunt: alterū asperam arteriam nominant, alterū stomachum. Arteria exterior ad pulmonē, stomachus interior ad ventriculum fertur: illa spiritum, hic cibū recipit. Et paulò pòst: Stomachus verò, qui intestinorū principium est, nervosus, septus, à septimæ spinæ vertebra incipit, ac circa pręcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus aūt dicitur, qui receptaculū cibi est. Hactenus Celsus. ❧ Impropriè tamē stomachus accipitur pro ventriculo qui cibū concoquit. Iuven. Satyr. 5: Si stomachus domini fervet vinoq;, ciboq;. Cels. lib. 1. cap. 2: Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Horat. 2. Ser. Sat. 2: Iejunus stomachus rarò vulgaria temnit. Et paulò pòst: Latrātem stomachum bene lenit cū sale panis. Dictus stomachus, ἀπὸ τοῦ στόματος χέειν, quòd cibū inferiore orificio ad intestina transfundat. Stomachi resolutio. Cels. lib. 4. cap. 5: Vulgatissimū verò, pessimumq; stomachi vitium est resolutio: id est, quū cibi nō tenax est, soletq; desinère alī corpus, ac sic tabe consumi. Plin. lib. 9. cap. 48: Vomitum, dissolutionēq; stomachi protinus creat. ❧ Interdum stomachus ponitur pro indignatione, sive iracundia. [ἀγανάκτησις, ἐγχόλωσις. Ger. Zorn/vnwill. Pol. Rozgniewanie. Vng. Fbl haboradas haragnus bosszonkodás. Ang. Anger, wrath.] Cic. 4. Tusc. Tracta definitione fortitudinis, intelliges eam stomacho nō egere. Sic dicimus: Possum sine stomacho dicere: hoc est, sine fastidio & indignatione. Cic. Quint. Frat. lib. 6: Superiori epistulę quid respondeam nihil est, quæ plena stomachi & querelarum est. Idem ad Att. lib. 6: In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum movere solet. ❧ Stomachus pro animo: quia quemadmodū stomachus facilè eo cibo movetur, à quo natura abhorret, sic animus eas res maximè aversatur & abhorret, quas suæ naturæ cōtrarias esse sentit. Cic. ad Cęlium lib. 2: Nosti enim non modò stomachi mei, cujus tu simile quondam habebas, sed etiam oculorū in hominū insolentium indignitate fastidium. Hoc est, Nosti animum meum prę fastidio id ferre non posse. ❧ Interdū in bonam partē capitur pro facilitate. Plin. in Prolog. Argumentum hujus stomachi mei habebis. Id est, hujus meæ facilitatis & mansuetudinis, & benignitatis.

Stŏmăchŏr, charis, ari, d. p. Indignari ac turbari. [קצף katsáph זעף zahaph. ἀγανακτῶ, δυσχεραίνω, ἀποστρέφομαι, πικραίνομαι, ἀγανακτεῖν. Gal. Se courroucer & despiter. Ital. Sdegnarsi. Ger. Vnwirsch vnd zornig sein/zürnen. Bel. Gram zyn. Hisp. Ensañarse. Pol. Gniewam sie. Vng. Boszonkodom, haragszom, fbl haborodom. Ang. To be angrie or crabed.] Cic. Cassio: Sic enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus. Terent. in Evn. -id quidē adveniens mecum stomachabar modò. Cicer. 4. Tusc. An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Idem Capitoni in Epist. ad Att. lib. 16: Non dubito quin mirere, atq; etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpiùs.

Stŏmăchāns, tis, particip. [זעף zoheph (vel) zaheph קצף kotseph. ἀγανακτῶν. Gall. Qui se courrouce & despite. Ital. Che se sdegna. Germ. Vnwirschend. Hisp. El que se ensaña. Pol. Gniewający sie. Vngar. Boszonkodo haragvo, fbl haborodo. Ang. That is angrie or crabed.] Cicer. de Clar. Orat. Videre quempiam irascentem, & stomachantem. ❧ Hinc Substomachor, de quo suo loco.

Stŏmăchĭcus, [στομαχικός. Gal. Qui a mal à l'estomach. Ital. Che ha il stomaco cattivo, o disconcio. Ger. Der ein blöden oder kalten magen hat. Hisp. Doliente de estomago. Pol. Żołądek ch'i maiaci. Vng. Az ki nem emesztheti etelt emesztetlen jo okadot. Ang. That hath a disease in the stomacke.] Propriè is dicitur, teste Aegineta, cujus stomachus, sive ventriculus cibum assumptum non retinet. Plin. lib. 25. cap. 5, scribit helleborum mederi stomachicis.

Stŏmăchōsus, sa, sum, Iracundus, qui facilè indignatur, ac cuncta fastidit. [זעף zahiph. ὀργίλος. Gall. Colere, & despit, qui se courrouce & despite aisement. Ital. Accorucciato, colerico, fastidioso. Germ. Vnwirsch/der voll vnwirsche vnd zorn steckt. Hisp. Ayrado, ò sañudo, ò el que toma fastidio ò enojo. Pol. Gniewliwy. Vng. Haragus, fbl haborodo, boszonkodo. Ang. Angrie, or easie to be angred.] Cic. 2. de Orat. Me quidē hercule valde illa movēt stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non quū à moroso dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. ❧ Literæ stomachosæ, quæ indignationem, iracundiamq; scriptoris præ seferunt. Stomachosiores meas literas, quas dicas, non intelligo.

Stŏmătĭcus, [στοματικός. Gall. Qui a la bouche vlceree. Ital. Che ha qualche male ò postema in bocca. Ger. Prästhafft am mund. Hisp. Doliente de la boca. Pol. Vilakrostawe maiaci. Vng. Az kinek zaia meg fbl zaia fáio. An. That hath a disease in the mouth or swelling.] Oris vitio laborans, cui os est exulceratum. Plin. lib. 24. cap. 14: Hujus flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisq; ex aqua bibendus datur. ❧ Stomatica item dicuntur quæ oris ulceribus medentur. Plin. lib. 22. cap. 9: Ideò & commanducata, Stomaticē est, ulceribus oris inspersa. Stomatica tamen Celsus lib. 3. cap. 18, interpretatur quę aperiendi vim habent. Sunt (inquit) quædam malagmata, quæ ἀναστομωτικὰ Græci vocant, quoniam aperiendi vim habent.

Stŏmōmă, atis, στόμωμα, Squama subtilissima ex æris summa lanugine decussa. Plin. lib. 34. cap. 11, de squama æris: Squamę est alterū genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma.

Stŏrĕă, æ, f. p. [ψιάθα. Gall. Natte ou autre couverture qu'on estend sur terre. Ital. Stora, stuoia. Germ. Ein decke auß schlechtem zeug gemacht/so man auff den boden spreitet. Belg. Matten. Hisp. La estera de esparto ò juncos. Pol. Mata, rogoza. Vng. Gyekeny. Ang. A mat, or any covering spred on the ground.] Teges vilior, ex juncis, aut stramentis, quæ humi sternitur. Plinius lib. 15. cap. 16: Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante sextamdecimam Lunam, neq; ante primam horam: cadiva separari stramētis, storeis, paleisve substerni. Dicta storea, ἀπὸ τοῦ στορεννύναι, quod significat sternere.

Străbo, strabonis, m. t. [στραβός. Gall. Louche ou bigle. Ital. Chi guarda in transerso, guercio. German. Ein schüler/scheleh. Hispan. El que tiene los ojos tuertos. Polon. Zezki. Vngar. Kancsal. Angl. Gogle eyed or a squint.] Qui oculos habet distortos. Cic. 1. de Nat. deor. Redeo ad deos: ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur? Plinius lib. 11. cap. 37: Vni animalium homini oculi depravantur, unde cognomina Strabonum & Pætorum.

Strāgēs,

Strages, gis, f. t. Clades, occisio, vel (ut Valla interpretatur) cadaverum interfectorum multitudo. [הֶרֶג héregh הֲרֵגָה haregháh טֶבַח maghephálh מַכָּה maccháh. […]. Gall. Abattement ou abat de gens, tuerie, desfaicte. Ital. Strage. Ger. Ein niderlag Belg. Een nederlage Hisp. Estrago de cuerpos muertos. Pol. Porazka. Vn. Uldöklés vetes le vagatas teszek. Ang. Great slaughter or killing of people.] Cicer. ad Att. lib. 1: Quas ego pugnas, & quantas strages edidi! Idē 3. de Leg. Sed ille quas strages edidit! Liv. lib. 8: Per arma, per viros latè stragem dedēre. Virg. 9. Aen. Quas ibi tum ferro strages, quę funera Turnus Ediderit, quem quisque virum demiserit orco, &c. Idem 6. Aen. Procubuisse super confusæ stragis acervum.

Stragulum, guli, n. s. vel stragula, læ, Genus vestis, inquit Asconius. [מַרְבַד marbádh. […]. Gall. Couverture, loudier, housse. Ital. Coperta di letto ò da cavallo. Ger. Allerley decke, als auff den betten die gautern. Hisp. El repostero, tapete, ò alhombra. Pol. Kołdra. Vng. Tserge pokrocz. Ang. A counterpoynte, a covering of a bed or other thing.] Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Quicquid insternebānt, à sternendo stragulum appellabant. ¶ Vlpianus accipit pro veste exteriore, quę reliquis injicitur: quale est Græcorum pallium. In stragulis item dormiebant: unde proverbio monemur, ut stragula semper cōvoluta habeamus: hoc est, ut pudoris verecundięq; limites nō transgrediamur. ¶ Item quę equis injiciuntur, Stragula dicuntur. ¶ Stragulas item vestes, sive Stragula pro aulæis, sive peripetasmatibus accipiebant veteres, quòd iis aulæ & triclinia, nonnunquam etiam lecti insternebantur. Tibul. lib. 1. Eleg. 2: Nam neque tunc plumæ, nec stragula picta soporem, &c. Cic. 4. Verr. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimā stragulam, multā Deliacā supellectilē, &c.

Stramēn, straminis, n. t. sive stramentum, n. s. Culmi frumētacei, inde dicti, quòd pecori substernantur. [[…]. Gall. Fuarre, estrain, litiere. Ital. Strame, letto di paglia, saccone. Ger. Strow. Belg. Stroo. Hisp. La paja de la cama, lecho, los pannos para rodear la cama. Pol. Słoma. Vng. Szalma. Ang. Strawe, litter.] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 50: Tertio modo metitur, ut stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehēdunt: à quo medio messem dictam puto. Infra manum stramentum quod terræ hæret, postea subsequatur. Col. lib. 6. cap. 3: Hybernæ stabulationi boum præparanda sunt stramēta. Cæs. lib. 6. bel. Gal. Et fervefacta jacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. Horat. 2. Ser. Satyr. 3: Si & stramentis incubet, &c.

Stramentitius, a, um, Quod ex stramento fit: [[…]. Gall. De fuarre, d'estrain, de paille. Ital. Cō che si fa di strame ò di paglia. Ger. Strōwin. Hispan. Cosa que se haze de aquella tal paja. Pol. Słomiany. Vng. Szalmas. Ang. Of strawe or litter.] ut, Tectum stramentitium, Tegetes stramentitiæ.

Stramineus, a, um, Quod est ex stramine. [[…]. Gall. De fuarre, d'estrain, de chaume. Ital. Di strame, di paglia. Ger. Strōwin. Hisp. Cosa de paja. Pol. Słomiany. Vng. Zalmabol valo. Ang. Of strawe.] Propert. lib. 2. Eleg. 17: Straminea posset dux habitare casa. Ovid. 3. Amor. Eleg. 9: Roma nisi immensum vires promosset in orbem, Stramineis esset nunc quoq; densa casis.

Strangulo, as, act. p. Stringendo gulam neco, suffoco. [חָנַק chanák. […]. Gall. Estrangler, suffocquer. Ital. Strangolare, strozzare. Ger. Erwürgen, ersticken. Belg. Worgen Hisp. Ahogar. Pol. Dawię, duszę. Vng. Meg fojtom. An. To choke, to strangle, to stoppe the breath.] Plin. lib. 7: Fabius Senator Prætor in lactis haustu uno pilo strangulatus est. Cicer. ad Pætum lib. 9: Nos autem ridiculè, si dicimus, Ille patrē strangulavit, honorē non præfamur. ¶ Transfertur & ad alia: ut quū hominē cura strangulari dicimus. Iuvenal. Satyr. 10: Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat. ¶ Strangulare divitias in arca, est conclusas servare, & perpetuis quasi tenebris damnare, nec quicquam inde aut ad suū aut ad amicorū usum depromere. Stat. 2. Sylv. Non tibi sepositas infœlix strangulat arca Divitias. ¶ Strangulare segetes dicitur nimia terræ lætitia. Quint. lib. 8. in Procœm. Et velut læto gramine sata strangulant.

Strangulatus, hujus us, verbale. m. q. Strangulatio. [מַחֲנָק machanák. […]. Gall. Estranglement, suffocation. Ital. Strangolamento, strozzamento. Ger. Erwürgung, ersticktung. Hisp. Ahogamiento. Pol. Vduszeni. Vng. Meg fujtas. Ang. Strangled, choked.] Vnde strangulatus vulvæ, pro compressione & angustia uteri. Plin. lib. 20. cap. 18: Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu vulvæ.

Stranguria, æ, f. p. [[…]. Gall. Difficulté d'vriner, quand on ne pisse point à son aise. Ital. Difficultà d'vrina, di pisciare. Germ. Harnwinde, da einer tröpffechtig harnet. Hispan. Ahogamiento dela vrina. Vng. Vizellet nehéz képpen való folyása. Ang. Difficultie and paine in pissing.] Isti morbo crudus glans comestus medetur. Vrinæ stillicidium, quū urina per intervalla, & guttatim defluit. Vnde definitiones Galeno assignatę […] esse ajunt […]: hoc est, urinæ per guttas excretionem.

¶ Dysuria autem dicitur, quum egrè it lotium (ut Catò loquitur) nec sine dolore excernitur. Cicer. 2. Tusc. Quanvis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua prębeat. Plin. lib. 20. cap. 5: Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis uncias quatuor.

Strategus, gi, pen. prod. m. s. Dux exercitus. [נָגִיד naghid. […]. Gall. Chef & capitaine d'vne armee. Ital. Capitano dell' essercito. Ger. Ein Hauptmann vber ein Zeug. Hisp. Capitan de armada. Pol. Herman nad woiskiem. Vngar. Hadnagy. Ang. Chiefetaine or lieutenant of an armye.] Plaut. in Curc. Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus.

Stratagemata, n. t. [[…]. Gall. Ruses & finesses de guerre. Ital. Stratagemmi, astucie militari. Germ. Geschwinde vnnd listige Kriegsrenck. Hisp. El ardid ò astucia de guerra. Pol. Prethi dowcip woienie, do gwałczenia nieprzyiaciela. Vngar. Hadi ckalság, mesterség. Ang. Policies or wittie shiftes in warrefare.] Astutiæ rei militaris, facinus egregium, consilio potius quàm viribus gestum. Cic. 3. de Nat. deor. Consilium illud imperatorū fuit, quod Græcè […] appellant, sed eorū imperatorum, qui patriæ cōsulerent, vitæ non parcerent. Idem ad Atticum lib. 5: Quum interim Rufio noster, quòd se à Vestorio observari videbat, stratagemate hominem percussit. Dictum est autem stratagema à Græco verbo […], quod est exercitum duco.

Strategia, giæ. [[…]. Gall. Capitainerie, charge de commander à vne armee. Ital. Carico di governare vn' armada. Ger. Ein Hauptmanschafft vber ein Kriegsvolck. Hisp. Governamiento de vna armada. Pol. Hetmaństwo nad woiskiem. Vng. Kapitanság, hadnagyság. Ang. The office of a chiefetaine or generall capitaine of an armye.] Præfectura, militatio, prætura, imperium rei militaris, & gubernatio. Plin. li. 6. cap. 9: A' Tigranocerta ad Iberiam dividitur (quod certum est) in præfecturas, quas ii strategias appellant. Idem lib. 4. cap. 11: Thracia sequitur inter validissimas Europæ gentes in quinquaginta strategias divisa.

Stratiotes, Millefolium. [Polon. Krwawnik.] Frutex exiguus palmi altitudine, foliis avicularum pennas imitantibus, brevi admodum dissectoq; foliorū exortu. […]. Latini & militarem herbam appellant, propterea quod vulnera omnia ferro facta intra dies quinque sanare dicatur ex oleo imposita. ¶ Est & stratiotes aquaticus, sine radice vivēs, aquis tantùm supernatans, folia habēs sempervivo similia, sed majora. Hujus meminit & Plin. lib. 24. cap. 18: Celebratur (inquit) & à Græcis stratiotes: sed ea in Aegypto tantùm, ex inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni majora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita, &c.

Stratioticus, [[…]. Gall. Militaire, de guerre. Ital. Militare, di guerra. Ger. Kriegisch. Hisp. Cosa de guerra. Polon. Woienny. Vng. Vitezi. An. Belonging to warre.] Militaris. Plaut in Pseud. Stratioticum nuntium advenientem percutiam probé.

Strator, qui Dominum in equum sustollit, […].

Strebula, Lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium sacrificatarum. Fest. Meminit & Arnobius. Nonne, inquit, placet carnē strebulam nominare, quæ taurorū è coxendicibus demitur? Dicta autē strebula à curvatura. […] enim, curvus & pravus, inde stribiligo, depravata oratio, de quo infrà.

Strena, æ, f. p. Munus quod datur die festo, ominis boni gratia: qualia sunt quæ passim dantur quotannis circiter Calendas Ianuarias. [[…]. Gal. Estrenes. Ital. Bona mano, mancia. Ger. Ein Gab zu dem neüwen jar, feirtags schencke. Belg. Een nieuwe jaer. Hisp. Las estrenas, aguinaldo ò albricias. Pol. Podarek na nowe lato, koleda. Vng. Vy esztendöbéli aiandék. Ang. A new yeares gift.] Dicta à numero quo significatur alterū, tertiumq; venturū similis commodi: veluti trena, quæ præposita s litera, dicitur strena, ut in lite solebant antiqui dicentes stlitem. Hæc ex Festo. Contrà Nonius: Strena, inquit, dicta est à strenuitate. Pomponius Pictoribus: Aside, siqua ventura est alia strena strenæ. Suet. in Calig. cap. 42: Edixit & strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo ædium Calend. Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba ferebat.

Strenuus, a, um. Fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. [גִּבּוֹר ghibbór אַדִּיר addir אַבִּיר abbir […]. […]. Gall. Vaillant, soingneux & vigilant. Ital. Forte, valeroso, gagliardo. German. Strenge, handtvest, dapffer. Belg. Kloeck, dapper. Hisp. Forte, diestro y diligente. Pol. Odważny, mężny. Vng. Erös, vastag, fö. Ang. Valiant, active, quick.] Salust. in Catil. Nam strenuus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Cicer. ad Att. lib. 13: Noli me tam strenuum putare ut ante Nonas recurram. Idem 2. Philip. Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum. Ovid. 9. Metam. Vna ministrarū media de plebe Galanthis, Flava comas, aderat faciendis strenua jussis. Col. lib. 8: Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet.

Strenuitas, atis, f. t. Fortitudo, alacritas. [גְּבוּרָה ghebhuráh. […].

ἀνδραγαθία. Gal. Vitesse, vaillantise, habilité & hardiesse. Ital. Valentigia, agilità, destrezza. Ger. Strengheit/dapfferheit. Hisp. Ligereza, destreza y diligencia. Pol. Ochota, mężkś. Vng. Erősség, elevenség. Ang. Valiantnesse, doughtinesse.] Ovid. 4. Metam. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorē Amisere suū, forma est diver sa priori. Hinc strenuior, cōparativum, pro magis strenuus, & superlativū strenuissimus. Plaut. in Epid. Nā strenuiori dete riori prædicet suas pugnas, de illius ore fiūt sordidæ. Plin. li. 18. ca. 5: Fortissimi viri, & milites strenuissimi. Cato in Præf. At ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignūtur.

Strēnŭē, adverbiū, Fortiter, diligenter. [ἀνδρείως, ἐπιμελῶς. Gall. Vaillamment, diligemment, soingneusement, vertueusement. Ita. Gagliardamente, con diligenza. Germ. Dapfferlich/handtlichen. Hisp. Diestra y diligentemente. Pol. Ochotnie, mężnie. Vng. Erőssen. Ang. Valiantlie.] Cic. ad Qu. Fratrem: Domus utriusq; nostrûm ædificatur strenuè.

Strĕpo, pis, pui, pitū, n. t. Pedib. aut alio quocūq; modo strepitū facio, susurro, murmuro. [הָמָה hamáh הָמַם hamám. ψοφέω, κτυπέω. Gal. Faire bruit. Ita. Far strepito ò rumore. Ger. Rauschen/ein gereusch/oder getümmel machen. Bel. Ruysschen. Hiſ. Hazer estruendo. Pol. Trzask kollat czynie. Vng. Zörgetek. An. To make a noise, to mutter or murmure.] Plin. lib. 11. de apibus: Quum advesperascit, in Alveo strepūt. Virg. 6. Aen. -strepit omnis murmure campus. Idē 8. Aen. - & rauco strepuerūt cornua cantu. ❡Strepere aliquid, pro submurmurare. Liv. 2 ab Vrbe: Hæc quum sub ipso vallo, potiusq; streperent, haud ægrè Consules pati. Idem 2 bell. Pun. Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos quàm deorū invocantium opem. ❡Composita sunt, adstrepo, cōstrepo, circumstrepo, instrepo, obstrepo, & perstrepo: quorum significata vide suis locis.

Strĕpĭto, as, pen. cor. Frequentem, exilemq; strepitū edo. [ἀγεμάζω. Gall. Faire bruit plusieurs fois & souvent. Ital. Far strepito spesso. Germ. Hefftig rauschen/ein groß gereüsch/oder getöß machē. Hisp. Hazer estruendo a menudo. Pol. Barzo kollace, barzo, chrobocz. Vng. Gyakran zörgetek. Ang. To mutter or make a noise often.] Virg. lib. 1. Georg. Nescio qua præter solitum dulcedine læti Inter se foliis strepitāt. Arma strepitantia, Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

Strĕpĭtus, tus, pen. cor. m. q. Lenior sonitus, murmur, susurrus: cujusmodi pedibus ambulantiū edi solet, aut voce admurmurantiū. [הֲמִית hamith הֲמִיָּה hemijáh. ψόφος, κτύπος. Gal. Bruit. Ital. Strepito, ò mormorio. Ger. Ein gereüsch/getöß/getümmel. Hiſ. Estruendo. Pol. Chrobot, markot. Vng. Zörgetes, zörgés. An. A noise or muttering.] Cic. 2. Ver. Tum verò nō strepitu, sed maximo clamore suā populus Romanus significavit voluntatē. ❡Accipitur etiam pro fastu divitum, & comitum pompa: ut apud Quintilianum, Declamat. 13: Hic quū me evocasset subito trepidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circunstetisset.

Strĭæ, arum, & Striaturæ, f. p. sunt quidam quasi canaliculi, & sulci, ejusmodi in columnarū scapis quibusdā, itē in herbarum quarundam caulibus videmus æquali intervallo excavatos. [צִנּוֹרִים tsinnorím. Gal. Canaux ou rayes au long d'une colonne. Ital. Cannellate à lungo vna colonna. Ger. Holkälē wie man an langen saülen machet. Hiſ. Las canales entre dos alturas. Pol. Kanał'i na słupach wdł'użwydł'ubane. Vngar. Barazda, mēg vays meissēg. Ang. A rabate or small furrow made in stone or timber, chamfering.] Vitruv. lib. 3: Columnaū striæ faciendæ sunt x x I I I I, ita excavatæ, ut norma in cavo striæ quū fuerit conjecta, circumacta anconibus striarum, dextra ac sinistra tangat acumen.

Strĭātus, a, um, Vnde Striatas columnas dicimus, quę striis distinctæ sunt, & folia striata, & conchas striatas. [Gal. Canellé, creusé, ridé, rayé. Ital. Accannellato. Germ. Das holkäl hat/getäület. Hisp. Cosa acanalada assi. Pol. Każda rzecz maiaca posobie kanaliki. Vng. Barazdas, vayassos. Ang. Chamfered.] Plin. lib. 21: Candor ejus eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Idem lib. 37. cap. 10: Eureos nucleo olivæ similis est, striata concharū modo, non adeò candida. Apuleius frontem striatam vocat contractam, caperatamq; & quasi sulcos facientem præ tristitia.

Strĭo, as, are, act. p. Strias facere. [Gal. Faire rayes & canaux le lōg d'une colonne. Ital. Fare incanature à lungo vna colonna. Ger. Holkälen machen. Hiſ. Acanalar assi, à la obra de aquella manera. Pol. Kanał'i wdł'użczynienia słupie. Vng. Barazdat tsinalok, vaykalok. Ang. To chamferre, to make rabates or small furrowes in stone or timber.] Vitruv. lib. 4: Columnas autem striari viginti striis oportet. ❡Striare etiam dicuntur boves, quum peracto, aut non peracto priore versu anheiant, non convenit. Plin. lib. 18. ca. 19: In arando versum peragi, nec striare in actu sæpiùs.

Strĭbĭlĭgo, pen. prod. inis, f. t. A' vetustioribus Latinis diceba tur solœcismus. σολοικισμός, à tortuosæ orationis à pravitate adversa. Ab Asinio Capitone definitur impar & inconveniens compositura partium orationis. Vide Gell. lib. 5. ca. 20.

Strictē, Strictim, Strictura, Strictivus, Vide STRINGO.

Strīdĕo, des, dui, n. f. Stridorem aut strepitum edo. [חָרַק charák. τρίζω, σίζω. Gal. Crisser & bruire. Ital. Far stridore ò strepito. Germ. Kirren/oder geiren. Belg. Kerren. Hisp. Rechinar hazer ruydo fuertemente apretando las dientes. Polon. Zgrzitam, skwierczę. Vng. Zörgök, tsikorgok. Ang. To gnash or grinde the teeth.] Plin. Epist 203: At quum strident funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt. ❡Quamvis etiā ad alia transferatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 8: Stridere secreta diversos aure susurros. Virg. 1. Aeneid. -foribus cardo stridebat ahenis. Idē 4. Georg. Vt mare solicitum strider refluentibus undis. Lucanus libro 6: -strident oculis ardentibus ignes. ❡Legitur & Strido, dis. Virg. 8. Aeneid. -striduntq; cavernis Stricturæ chalybum.

Strīdens, tis. [חֹרֵק chorék. τρίζων. Ger. Kirrend/rauschend.] Virg. 6 Aeneid. -ac bellua Lernæ Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra. Idem 3. Georg. -montesq; per altos Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

Strīdor, oris, m. t. Strepitus, ingratus sonus: qualis in forium cardinibus, & in curruum rotis malè iunctis intelligitur. [הֲמִית hamith הֲמִיָּה hemijáh. βρυγμός, τριγμός. Gall. Crissement, ou bruit. Ital. Stridore, strepito, romore. Germ. Das kirren, oder geigen. Hisp. Ruydo fuerte. Pol. Skwierk, skrzyp. Vng. Tsikorgas, Zörges. An. Gnashing or grinding of the teeth.] Virg. 1. Aen. -stridorq; rudentū. Cic. 5. Tusc. At vocem citharœdi nō audiunt, ne stridorem quidem serræ tum, quū acuitur. Virg. 7. Aeneid. Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ Obsedere apicem. Ovid. 8. Metam. Fervida quum rauco latos stridore per armos Spuma fuit.

Strīdŭlus, pen. cor. adjectivum. ψοφώδης, λιγυρός. ut Plaustra stridula, Ovid. 3. Trist. Eleg. 12. Fax stridula lacrymoso fumo, Idē Met. 2. Convitia stridula, Idem ad Pis.

Strĭgă, æ, f. p. Ordo rerum inter se cōtinuatè collocatarum, ut ait Festus: quòd unà sint constrictæ. [טוּר tur. μετωλόγημα. Gal. Ordre des choses mises continuement. Ital. Ordine di cose accostiate continuamente. Germ. Ein zeiletē/ordnung der dinge so an ein ander hangen. Hisp. Orden de cosas puestas continuadamente. Pol. Rzecz każda wrzędy, w'szona, tak żebi ia y zmierzac mogł'. Vng. Zeprend, rendel vala rakas. Ang. A rewe of thinges layde in order one by another.] Colum. lib. 2. cap. 19: Vtrunq; siccatū coarctabimus in strigam, atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio habet striam. Sosipater lib. 1: Strigam dicit castrense esse vocabulum intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. ❡Item longitudo major latitudine dicitur striga: à quo strigatus ager vocatur, qui per strigas crescit à Septentrione in Meridiem.

Striga apud scriptores agrestium mensurarum sic exponitur. Ager, inquit Frontinus, per strigas & per scamna divisus & assignatus est more antiquo in hac similitudine, qua in provinciis arva publica coluntur. Hygenus autem sic mensuræ quadraturam dimidio longiorē facere debebimus, & quod in latitudinē longius fuerit, scamnū appellare, quod in longitudinem, strigā. Et Aggenus: Strigatus, inquit, ager est, qui à Septentrione in lōgitudinem in Meridianum decurrit: scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.

Strĭgĭlis, hujus strigilis, f. t. Instrumentū propriè è ferro dentatū, quo equos, & id genus jumenta expolire solent equisones, è corpore sordes abradēdo. [στλεγγίς, ξύστρα. Gal. Vne estrille. Ita. Strigliа, strigia. Ger. Ein striegel. Belg. Eenen Rostam. Hiſ. Almohaça de hierro. Pol. Grzebl'o, szropa. Vng. Vakaro. Ang. An horse combe.] ❡Strigilibus itē utebātur veteres in balneis ad radendas sordes corporis, sudoremq; tergendū, præcipuè in frictionibus ante cibū, fiebat autē hæc ex auro, argēto, ferro, interdū etiā ex pumicibus. Pers. Satyr. 5: I puer & strigiles Crispini ad balnea defer. Indi etiā ex hebeno strigiles cōficiebāt, teste Strabone, li. 15. ❡Strigiles etiā sunt velaria quib. athletę post laborē stringuntur. Plin. de spongia: Cinis ejus plurimū proficit cōtra scabrities genarū, & quicquid opus distringere præstat & strigilum vicē, linteorumq; affectis corporibus. ❡Alii strigilē accipiunt pro quodā vasis genere. Plaut. in Persa: Ampullam, strigilem, scaphiū, soccos, palliū, Marsupiū, habeat. Cic. lib. 4. de Finibus: Si ad illā vitā, quæ cū virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. Et hinc Hispani (ut inquit Plin. li. 33. ca. 3.) strigiles etiā vocabant auri parvulas massas. ❡Itē strigil aluminis genus pumicosum & foraminosum, fistulis spōgiæ simile, rotūdumq; natura. Corn. Celsus, medicamentū in aurē per strigilem instillari jubet. ❡Strigiles etiā nū sermone vernaculo pisciculi quidam dicuntur, quorū frequens fit captura per hyemes. ❡Hanc dictionem Priscianus à stringo, vel à Græco στλεγγὶς deduci existimat Budæus: Strigiles in antiquis libris Vitruvii impressis bene legebatur, ubi nūc striges legitur, & strigiū, li. 4. ca. 4. & li. 5. ca. 7. Nā id verbū apud Cels. legitur, li. 6. ca. 7. ❡Strigilis, inquit Nonius, certū est esse fœminini generis: antiqui & neutro genere protulerunt.

Strĭgĭlēcŭlă, diminutivum, Instrumentum quo sudores, sordesque à corpore in balneis abraduntur. [στλεγγίδιον. Gal. Petite estrille. Ital. Picciola striglia. Ger. Ein striegeln. Hiſ. Pequenna almohaca. Pol. Szczotka, taka brud wł'ąpni zgrzeraia. Vng. Vaktek

tek le tőrő. Ang. *A litle harse combe.*] Apuleius: Qui magno inceptu prædicavit, fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam, quā gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, juxtaq; honestam strigileculam, recta fastigiatione clausulæ, flexa tribulo ligulæ, ut & ipsa in manu capula moraretur, & sudor ex ea rivulo laberetur.

Strĭgillo, as, act. p. verbum est à stringendo deductum, ejusdē cum illo significationis. [רכס *rachás* שבץ *schibbéts.* Gall. *Estraindre.* Ital. *Stringere, stregnere.* Germ. Strigien. Hisp. *Apretar.* Pol. *Cudze.* Vng. *Vakargatom.* Ang. *To strayne, to wring or stresse.*] ¶ A' quo fit compositum Obstrigillo, quod est obsto, impedio. Varro: Quid Curio? quum id fecisset, dicebat amicis ut illi nuntiaretur se obstrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Consul fieret.

Strĭgmĕntum, ti, n. f. Sordes quæ ex corporibus raduntur. [ξύσμα, ῥύπος, & γλοιὸς Hermolao. Gall. *L'ordure qu'on racle d'un corps, raclure.* Ital. *L'ordura che si rade del corpo.* Ger. Die abstrigeten/der unrad so man abstrigiet/badstuben wust. Hisp. *Mondadura ò suziedad que se rae del cuerpo.* Pol. *Brud zeal a.* Vng. *Szeny, mutsek.* Ang. *Paringes or any thing scraped away.*] Cels. lib. 2. cap. 6: Alvus quoq; varia pestifera est, quæ strigmentum, sanguinē, bilem viridem, aliquid modò diversis temporibus, modò simul & in mistura quadam, discreta tamen, repræsentat. Vnde strigmenta olei dicimus ceromata: id est, sordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus raduntur. κηρώματα, πίνος. Plin. lib. 15. cap. 4: Notum est magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.

Strĭgium. Vestis Hispanica. Plaut. Nudus est, jurat se strigiū oppigneraſſe.

Strigōnēs. Densarum virium homines, quòd in se constricti, atq; arctati sunt. Apud Festum legitur strigores.

Strĭgōsŭs, a, um. Quod est exhaustum & macilentū, quasi stringosum: unde jumenta strigosa dicta sunt, quorum corpora restricta sunt fame, aut alia vitii causa. [רזה *razáh.* λαγαρός. Gall. *Maigre & qui n'a que les os, eflancé, restreci, langoureux.* Ital. *Attenuato, macilento, consumato, disfatto.* Ger. Mager/außgezehrt/ strambtechtig. Hisp. *Muy magro consumido.* Pol. *Wyschl'y, wychudl'y.* Vng. *El hervankozot, meg szaboerelet.* Ang. *Leane, lank or thinne in the bodie.*] Colum. lib. 6. cap. 37: Quanquam possit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, nisi & indomitum, & servitio contumax, sylvestri more strigosum patris præferret habitum. Et lib. 7. cap. 6: Placidè ac lentè pabuletur, ut & largi sit uberis, & non strigosissimi corporis. Hic etiam malè habitus dicitur. Gellius: Equum strigosum, & malè habitum, sed equidem ejus ubertrimum, & habitissimum viderunt. ¶ Strigosus Orator, per translationem, jejunus, ineptus. Cicer. de Clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos, qui non tā habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectentur: quos valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lysia sunt sæpè etiam lacerti, sic ut & fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa ejus subtilitate admodū gaudeant. Id est, gracilior & tenuior, ut ipse ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.

Stringo, gis, xi, ctum, act. t. Arcto, constringo. [רכס *rachás* שבץ *schibbéts* צרר *tsarár* הבר *betsár* אפד *aphád.* σφίγγω, πιάζω, σφίγω. Gal. *Estraindre & fort serrer.* Ital. *Stringere.* Ger. Pfrengen/trengen/zusamen tiemmen. Belg. Tsamen douwen. Hisp. *Estreñir ò apretar.* Pol. *Zciskam.* Vng. *Szoritom.* Ang. *To strayne, to wring or stresse.*] Plinius: Apprehensamq; manu stringit. ¶ Per translationem stringere quandoque pro percutere ponitur. [הכה *hichcháh.*] Virg. lib. 10: Atq; animū patriæ strinxit pietatis imago. ¶ Quandoque pro decerpere, colligere. [ארה *aráh* אסף *asáph* בלס *balás.*] Idem in Bucol. hic ubi densas Agricolæ stringunt frōdeis. Idem lib. 2. Georg. Sed tamen & quernas glādes tunc stringere tēpus, Et lauri baccas. ¶ Quandoque pro rado. [קצע *kitséāh.* [illegible]] Virg. lib. 8. Aeneid. Ego sum, pleno quē flumine cernis Stringentem ripas. ¶ Quandoq; pro vulnerare, [illegible]. Virg. lib. 9. Aeneid. hunc primum levis hasta Themillæ Strinxerat. ¶ Quandoq; pro attenuare, quod stringendo fieri solet: ut Stringere remos. ¶ Stringere ensem, est nudare: [שלף *schaláph* הריק *herik.* γυμνοῦν] Virg. lib. 11. strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Hujus composita sunt, astringo, constringo, distringo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorū significata explicātur suis locis.

Strictŭs, a, um, particip. à verbo stringor: ut Strictus gladius, evaginatus. [רכוס *rachús* צרור *tsarúr* שלוף *schalúph.* ὁ ἐσφιγμένος. Gal. *Estreint & fort serré.* Ital. *Stretto.* Germ. Außgezuckt. Hisp. *Apretado.* Pol. *Dobyty, wyciągniony.* Vng. *Meg szoritatot.* ki vont. Ang. *Strayned or streyt.*] Cic. 2. Philip. Quidnā homines putarēt, si tū occisus esset, quū tu illū in foro spectāte populo Romano, stricto gladio insecutus es! Livius 1. ab Vrb. Stricto itaq; gladio, simul verbis increpans transfigit puellā.

Strĭctē, adverbium, Arctè, constrictè: [στενῶς. Gal. *Estroitement.* Ital. *Strettamente.* Germ. Eng/zwungenlich. Hisp. *Apretadamente.* Pol. *Ciasno, scisle.* Vng. *Szoroſſan.* Ang. *Streitlie.*] à quo formantur strictius & strictissime. Cicero de Amicitia: Nec observare strictè, ne plus reddat quàm acceperit.

Strictĭm, adverbium, Cōpressè, breviter. [[illegible] Gal. *Estroittement, briefuement.* Ital. *In poche parole, in brevità.* Ger. In kurtzem begriff / mit uberlauffung. Belg. In cort. Hisp. *Estrechamente, breuemente.* Pol. *Krocze.* Vng. *Rovidden.* Ang. *Shortlie.*] Vnde strictim referri dicimus ea quæ quū sparsa ac diffusa essent, breviter, & quasi summatim colligutur. Cicero pro Cluēt. Audistis quū ea quæ copiosissimè dici possunt, breviter à me, strictimq; dicuntur. Idē ad Attic. lib. 2: Quem tu Corcyræ, ut mihi aliis literis significas, strictim attigisti. Idem de Nat. deor. Quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autē multa solent dicere. Plaut. in Capt. Sed utrū strictimne attonsurū dicam esse, an per pectinem, Nescio.

Strictĭvŭs, a, um, Quod stringitur: ut Strictivæ oleæ, quæ manu colliguntur ad differentiam caducarū. [αἱ χειροδρεπεῖς ἐλαῖαι, δρεπταί. Gall. *Olives cueillies à la main.* Ital. *Oliue raccolte con la mano.* Ger. Oliven die von der hand abgelesen/oder abgestrifft worden sind. Hisp. *Azeytunas cogidas à mano.* Pol. *Oszmokwiany, ręka obrwani.* Vng. *Kezzel zedett.* Ang. *Olives gathered with the hand.*] Cato cap. 146: Oleæ caducæ modii quinquaginta, strictivæ modii decem.

Strictūræ, f. p. teste Nonio, Propriè dicūtur scintillæ quę de ferro cādenti micant, quū massa malleis tunditur: sive quòd strictè emittuntur: id est, celeriter: sive quòd oculos suo fulgore perstringant. [זיקות *zikkóth* σπινθῆρες. Gal. *Estincelles, & pailles qui sortent du fer chaud, quand on le bat sur l'enclume.* Ital. *Scintille & l'ordure che saltano via dal ferro caldo quando se batte.* Germ. Die funcken/oder gneist so von einem glüenden eisen springen / wann man es schmidet. Hispan. *Las centellas de hierro caliente.* Pol. *Skry, iskry od kowacych ikacza.* Vng. *Az tuzes vasrol ugro szikra.* An. *Sparkes of fier comming frome hoat yron.*] Virgil. libr. 8: stridentq; cavernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

Strĭo, as, Vide STRIA.

Stritare, Stribilare, est ægrè consistere, hinc Stritabillæ dicebantur mulieres, quæ & scrupedæ, quæ nimirum præ pedū vitio ingredi vix possent. Varr. lib. 6. In nonnullis autem ibi legitur, Strictipelliæ. Eæ erant quæ stringunt cutem & rugas in facie extendunt.

Strĭx, gis, f. t. Avis quædam nocturna & importuna, à stridendo dicta. [στρίγξ. Gal. *Chevesche ou fresaye.* Ital. *Strige.* Germ. Ein schreytscher nachtvogel/nachtwiggien/ heyte. Hisp. *La bruxa ave de la noche.* Pol. *Rodzaj iako sowie podobni.* Vng. *Puppane vet.* Ang. *A shrich owle.*] Lucanus lib. 6: Quòd trepidus bubo, quòd strix nocturna queruntur. Plin. lib. 11. ca. 39: Fabulosum enim arbitror de strigibus, ubera eas infantiū labris immulgere. Esse in maledictis jam antiquis strigem cōvenit: sed quæ sit avium, constare non arbitror. Hæc Plinius. Ovidius autem infantes sine nutricum custodia relictos, à strigibus è cunis rapi tradit: sanguinemq; omnem ab illis exsorberi. Sic enim habet sexto Fastorum:

> Sunt avidæ volucres, non quæ Phinēia mensis
> Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.
> Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ:
> Canities pennis, unguibus hamus inest.
> Nocte volant, puerosq; petunt nutricis egentes,
> Et vitiant cunis corpora rapta suis.
> Carpere dicuntur lactentia viscera rostris:
> Et plenum poto sanguine guttur habent.
> Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
> Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

Ab hujus avis nocumento striges appellamus mulieres pullulos fascinantes suo contactu, & lactis mammarumq; oblatione. Serenus: Præterea si fortè premit strix atra puellos Virosa immulgens exertis ubera labris. ¶ Striges etiam dicuntur olera vilia, ut apud Plaut. in Pseud. Hei homines cœnas sibi coquunt: quum condiunt, Non condimentis condiunt, sed strigibus. ¶ Stris, frumenti genus apud Hippocratem.

Strŏbĭlŭs, pen. cor. [בטנים *betním.* στρόβιλος. Gall. *Une pomme de pigne.* Ital. *Pigna.* Germ. Ein zirbelnußlin/ist die frucht des forrenbaums. Hisp. *Pinnon ò pina.* Pol. *Szyszka.* Vng. *Fenio fanak es gyumolcse.*] Nux pinea, quæ & cocalus, & à forma conus appellatur, ut non uno in loco testatur Galenus. ¶ Ab hujus similitudine & carduum sativum *strobilum* à Romanis fuisse appellatum, autor est Dioscorides, voce quidem Græca, sed tunc fortè quotidiana, & in usum populi recepta. Habet enim carduus in summo caule, capitula quædam pineæ nuci non absimilia. Quin & pinum ipsam strobilon aliquādo legimus appellari. Plinius quoq; arborem quandam ex pinastrorum genere hoc nomine appellat: cujus verba sunt hæc lib. 16. ca. 10: Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quas strobilos

strobilos vocari plerique arbitrantur, sed graciles, succinctiores que, & enodes liburnicarum ad usus, penè sine resina. ¶ Est & strobilus, saltationis genus, apud Pollucem. ¶ Eodē etiam nomine ab Aristotele vocantur flatus ex inferiore loco sursum revoluti.

Strŏbŭs, bi, f. s. ὁ στρόβος. Arbor odorifera, de qua sic Plin. lib. 12. ca. 17: Petūt & in Carmanos arborē strobū ad suffitus, perfusam vino palmeo accedentes. Hujus odor redit à cameris ad solum jucūdus, sed aggravans capita, citra dolorē tamē.

Strōmă, tis, n. t. [στρῶμα. Gal. *Tapisserie.* Ital. *Stramazzo.* Germ. Ein dicke decke so man uber spreitet. Hispan. *Tapete, alhambra.* Pol. *Kol dra, deka, chrzyie.* Vng. *Pokrocz, karpit.* Ang. *Tapestrie.*] Vox Græca est, qua illi quodvis straguli genus significant. Unde & pro aulæis accipitur, quæ & peristromata dicuntur, multa colorum varietate picturata. Clemens Alexandrinus quoque libros quosdam miscellaneos ornamento cōstantes, Stromata inscripsit.

Strombŭs, στρόμβος. Concha est tortilis in mari, nomen habens à figura. Meminit ejus Plin. lib. 32. cap. 11.

Strombītēs, pen. prod. στρομβίτης. Lapis est strombi marini figuram omni ex parte referens.

Strŏphă, æ, f. p. [ערמה hormah. στροφή. Gall. *Finesse, tromperie.* Ital. *Versutia, acutezza, sottigliezza.* Ger. Ein geschwinder und listiger poss. Hisp. *Astutia, engaño.* Pol. *Szyderstwo, fortelne, opretkie.* Vng. *Okos ravaszság.* Ang. *Subtilitie in arguing, a wylie deceite.*] Subtilitas, impostura, ludificatio: à verbo Græco στρέφω, quod est verto: unde & à nostris *versutia* dicitur. Hieron. cōtra Ruffinum: Vis scire totas argutiarum tuarum strophas, vel speculorum insidias? Mart. lib. 3: Regis superbi sportulæ recesserūt: Nihil stropharum est, jam salarium dandum est.

Strŏphĭum, phii, n. t. [στρόφιον. Gall. *Un gorgias ou colet de femme de quoy elles couvroyent leurs poitrines, un chapeau ou couronne de fleurs.* Ital. *Fascia che portavano le vergine al petto, ghirlanda di fiori.* German. Ein brustlatz / halßmantlin / Brustriem / Halßgöller / welche Weiber tragen. Hisp. *Corona ceñida ò faxa.* Pol. *Mostek albo napiersnik ... biale gl owe nosza.* Vng. *Mely be kötö ... Ang. A neckerchiefe or patlet, a crowne of flowers.*] Fascia pectoralis, quæ tumorem cohibet papillarum virginalium. Turpilius: Me miseram, quòd inter vias epistola excidit mihi: infelix inter tuniculam ac strophium collocatam. ¶ Strophia etiam coronæ dicebantur, ab insigni quod imponebatur capitibus sacerdotū. Plin. lib. 21. cap. 2: Tenuioribus utebantur antiqui coronis: strophia appellātes. Suidas, Στρόφιον, τὸ στρογγύλον ζωνάριον: id est, strophium zonula est rotunda: & subdit: Στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσιν: id est, strophium est quod sacerdotes gestant. Cicer. de Arusp. resp. Publius Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis.

Strŏphĭŏlum, diminutivum, τὸ στροφίδιον. Plin. lib. 21. cap. 2: Tenuioribus utebantur antiqui coronis, strophia appellantes, unde nata strophiola.

Strŏphĭārĭŭs, rii, m. f. Qui strophia facit. [στροφιοποιός. Gal. *Faiseur de gorgias ou guirlandes.* Ital. *Chi compone fascie ò ghirlande.* Germ. Ein brustlatzmacher / krantzmacher. Hisp. *El que haze coronas ò cintas ò faxas.* Pol. *Ten ktory napiersnik robi.* Vng. *Koszorú ... Ang. A maker of neckerchiefes.*] Plaut. in Aulul. Strophiarii adstant, semizonarii.

Strŏphŏs. [στρόφος. Gal. *Douleur de ventre.* Ital. *Dolore di ventre, dolia della bisarria.* Germ. Das krimmen des bauchs. Hisp. *Dolencia de vientre.* Pol. *Zercie wnątrzności.* Vng. *Hasfajas.* Ang. *Dolorous of the belie.*] Dolor intestinorū, quod tormen Latini vocant. Celsus lib. 6. cap. 2: Ejusdem morbi nota est, quum circa umbilicum intestina torquentur, στρόφος Græci nominant, coxaque dolores manent. ¶ Significat & funiculum peræ apud Græcos, & cincinnos tortos, aliaque nonnulla: quæ significationes quoniam Latinis usitatæ non sunt, ex Græcorum Lexicis est petendas relinquimus.

Struppŭs, pi, quod Græci vocant στρόφιον, Ornamentum quod sacerdotes pro insigni habent in capite: quidam coronā esse dicunt, quod pro corona insigne in caput imponatur, quasi festrophium. Hæc ex Festo. ¶ Scaliger autē virgulam esse putat, quæ in flaminei apice ex felici arbore imponitur, & eā in flaminibus, stroppum, in flaminicis inarculum appellari existimat. Quod si ita est, pro capite, hic, apice, legēdū videretur.

Structĭlis. Structor, Structura, Strues, Vide STRVO.

Strŭfertārĭi, dicebantur qui fertum, aut ut Sipontinus legit, farum, libi genus, cum strue altero libi genere ad sacra ferebant. Festus.

Strŭfertārĭŭs dicebant, inquit Festus, qui quodam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant: à ferto scilicet quodā sacrificii genere.

Strŭīcēs, inquit Festus, ab antiquis dicebantur omnium rerū exstructiones, συμφορήσεις. Plaut. in Menæch. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, Tantas struices concinnat patinarias.

Strūmă, æ, f. p. Tumor, cervicem præcipuè infestans, qui à scrophis quæ id morbi patiūtur scrophula dicitur, quum scilicet circa guttur glandulæ quædam ex pure & sanguine plenæ oriuntur: [χοιράδες, χοιράς. Gall. *Escrouelles, goitre.* Ital. *Scrophola.* Ger. Ein kropff. Hisp. *Puerca ò lamparon.* Pol. *Gardziel, puchlina na gardle, item Sadziel.* Vng. *Dagadas, golyva.* Ang. *The kinges euill.*] quanvis & in aliis interdum corporis partibus gignantur, ut puta in alis, inguinibus, & lateribus. Vide Cels. lib. 5. cap. 28. Plin. libr. 11. cap. 37: Guttur homini tantùm & suibus intumescit, aquarū, quæ potantur plerunque vitio: propter quod quędā tubera spongiosa per corpus aliquando inspersa, scrophulæ dicuntur, quæ etiā substrumæ appellatione continētur, ut rectiùs strumulę, quasi parvę strumæ, quàm scrophulæ nominētur. ¶ Struma civitatis. Cic. pro Sext. Hi medentur Reipublicę qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis.

Strūmōsŭs, a, um, Qui hoc vitio laborat. [χοιραδώδης. Gal. *Qui a les escrouelles, goitreux.* Ital. *Chi ha tale infirmita.* Ger. Kröpffig / das ein kropff hat. Hisp. *El que tiene tal passion.* Pol. *Gardziel maiaci.* Vng. *Az kinek golyvaja vagyon.* Ang. *That hath an impostume in the throat or kinges euill.*] Juven. Sat. 10:

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel
Strumosum, atque utero pariter gibboque tumentem.

Strūmĕă herba, Quarta ranunculi species, à reliquis lacteo flore distincta: ita dicta, teste Plin. li. 25. ca. 13, quòd medeatur strumis, & panis, parte in fumo suspensa: vel (ut addit Ruellius) quod strumosam radicem habeat. Hæc herba est qua validi mendicantes sibi crura & lacertos dilaniant, quò possint impudentius stipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis *ulceraria* vulgò dicitur, aliis *scelerata*.

Strŭō, is, xi, ctum, act. t. Extruo, ædifico, ordino, ordine colloco, & benè conjungo. [בנה banah הכין hechin תקן tikkēn. οἰκοδομέω, συντίθημι, συνάπτω. Gal. *Bastir, agencer, mettre par ordre, machiner.* Ital. *Ordinare, apparecchiare, accommodare, edificare.* Germ. Bauwen / zurüsten / ordenlich zusamen setzen. Belg. Ordineren / tesamen setten. Hisp. *Componer, edificar, ordenar.* Pol. *Budui, mistawiam.* Vng. *Eppitek, rakok.* Ang. *To build, to sett in order.*] Cæs. 8. bel. Gall. E regione ejus vineas agere adversus montem, & aggeres struere cœpit magno cum labore, & continua dimicatione. Liv. 1 ab Vrbe: Postquam structi utrinque stabant cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Ovid. 1. Met. Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes, Altaque congestos struxisse ad sydera montes. ¶ Struere aliquid, est machinari, moliri. [זמם hhal חרש charāsch. μηχανάομαι.] Terent. Heaut. Num me fefellit hosce id struere? ¶ Struere aciem. [ערך harach. διατάττω.] Cic. ad Octavium: A quibus exercitum abducis, & adversus quos aciem struis? ¶ Struere dolos, vel insidias, est parare. Liv. 3. bell. Pun. Ibi quum dies aliquot suspecti Campani, timentesque cavēdis ac struendis invicem insidiis traduxissent, &c. ¶ Composita hujus verbi sunt astruo, destruo, extruo, instruo, obstruo, præstruo, substruo & superstruo, quorum significata vide suis locis.

Structŏr, oris, m. t. Architectus, faber qui aliquid struit. [בנה boneh. οἰκοδόμος, τέκτων. Gal. *Bastisseur, comme maçon ou charpentier.* Ital. *Constitutore, ordinatore, edificatore.* Germ. Auffbauwer / bauwmann / werckmann. Hisp. *El que compone ò edifica.* Pol. *Budownik.* Vng. *Ati, eppitö.* Ang. *A mason or any builder.*] Cicero ad Quintum Fratrem libro 2: A' puero ut discessi, in aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. ¶ Structores annonæ. Cicero Attico libro 14: Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti quum inanes redissent, tumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. ¶ Structores item dicūtur, qui instruendæ mensæ, ciborumque apponendorum curam habent. [Gal. *Dispensier, maistre d'hostel.* Ital. *Dispensatore, cellerò, scalco.* German. Ein tischdiener / tischtrötter. Hispan. *Dispensero, maestresala.* Pol. *Nakrimacze stol u.* Vng. *Talnokok.*] ¶ Item ii qui decoro manuum gestu cibos discerpunt, quos Græci χειρονόμους appellant. [Gal. *Escuyer trenchant.* Ital. *Scalco.* Germ. Ein höfflicher speißsetzmeister / oder außtheiler. Hisp. *Trinchante.* Pol. *Krainczi stol owe.* Vng. *Etek ozto.*] Martialis libro 10: Et quæ non egeant ferro structoris Ofellæ.

Structūră, æ, f. p. Aedificium, sive cōpositio & ordinatio. [בנין binjān: מערכה maharachah. οἰκοδομή, σύνθεσις. Gal. *Bastiment, comme maçonnerie ou charpenterie.* Ital. *Edificio, ordinanza, compositione.* Germ. Ein gebeuw / ordnung eines zu dem anderen / zusamen fügung. Belg. Een gebou / een timmeringhe. Hisp. *Fabrica, edificio.* Pol. *Bud.* Vng. *Eppwelet, rendeles.* An. *Building, fitting of thinges in good order.*] Col. lib. 1: Igitur ad structuram quum primùm statim fundamenta jaciuntur, enitendum est, &c. ¶ Surgens operum structura. Lucanus lib. 6: Prima quidem surgens operum structura fefellit Pompeium. Cic. de opt. gen. Orat. Sed & verborum est structura quædā duas res efficiens, numerum, & lenitatē, &c. Ovid. 4. Fast. Unde saluteris, color hic tibi protinus index, Et structura mei carminis esse potest.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK　Baden-Württemberg

Strūctĭlis,& hoc le,pen.corr.om.t. Quod structum est: [*συμπεπηγμένος*. Gal. *Fait & basti de plusieurs pieces ou pierres*. Ital. *Fabricato di molte pietre*. Ger. Das zusamen gesetzt ist / als die seul so man nicht auß eine ganzen stein / sonder auß vielen auff einander gesetzt bauwet. Hisp. *Compuesto, o edificado de muchas piedras*. Pol. *Budowanie*. Vng. *Fel eppitetbt,rakott*. Ang. *That is builded of many pieces*.] ut Structiles columnæ, quæ non sunt ex uno lapide, sed multis: quibus opponūtur solidæ columnæ, quæ ex uno solidoq; constant lapide. ¶Sepes structiles: id est, manu factæ: cui contrariæ sunt vivæ. Colum. lib. 11. cap. 3: Vetustissimi autores vivam sepē structili prætulerunt. ¶Structiles lapides, non quadrati & ad normā cæsi, sed rudes & informes, quo vel reticulata structura vel ordinaria fit: de qua Vitruv. libro 2. cap. 8.

Strŭes, is, f. t. Propriè lignorum congeries est. [דור *dur*. *ὄγκος*. Gal. *Monceau, tas de bois*. Ital. *Catasta, stipa, monte di legna*. Germ. Ein holtz beige / scheitherbeige. Hispan. *Monton, hazina de lenna para quemar*. Pol. *stos drew*. Vng. *Rakasa*. Ang. *A pile of wood, an heape*.] Liv. 1. bell. Pun. Struem ingentem lignorum faciunt. ¶Strues itē dicebatur genus libi, quod adolebatur in sacris. Ovid. lib. 1. Fast. Hæc adolet, flammis cum strue farra suis.

Strūppi, inquit Festus, vocabantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro corona deorum capitibus imponebantur.

Strūthĭă mālă, quę & struthiomela unica voce dicūtur, *στρουθόμηλα*. Ex genere sunt cotoneorum, cæteris odoratiora, sed minora, serotiniq; proventus. Autor Plin. lib. 15. cap. 11.

Strūthĭum, n. s. [*στρούθιον*. Gall. *L'herbe à foulon*. Ital. *Herba da tintori, radicella*. Germ. Seipffen kraut. Hispan. *Yerua sabonera*. Pol. *Lilia, albo gwozdyki polne*. Ang. *An hearbe apt to wash woll, which the fullers vse*.] Herba est vulgò nota, qua ad eluendas lanas utuntur fullones. Plin. lib. 10. cap. 3. in fin. At quę vocatur radicula, lavandis demum lanis succum habet: mirum quantum conferens candori molitiæq;. Et paulò pòst: Struthion Græci vocant: floret ęstate, &c. Vulgus Seplasiariorum *Saponariam* appellat.

Strūthĭocămēlus. [*στρουθοκάμηλος*. Gal. *Vne austruche*. Ital. *Struzzo, struzzola*. Germ. Ein straußvogel / hat schöne fäderen / fleucht doch nicht im lufft wie das ander gefügel. Hisp. *Abestruz*. Pol. *Strus*. Vng. *Zirucz madar*. Ang. *An ostriche*.] Maxima avium est, si tamen avis est dicenda, quum pennas duntaxat habeat, ut adjuvent ad currendum, cætero volucris non sit, nec à terra tollatur. Vngulas habet cervinis similes, bisulcas, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunque devorat, sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas: etenim in tanta corporis altitudine, si colla frutice occultaverit, latēre se putat. Ova ejus in pretio sunt propter amplitudinem: & pennæ, quia galeas variis coloribus infectæ adornant. Vide Plin. lib. 10. cap. 1.

Strūthŏs. [צפור *tsippor*. *στρουθός*. Polon. Wrobl. Vng. *Vereb*. Ang. *A sparrow*.] A Græcis dicitur, quem nos *passerem* vocamus. Ab antiquis etiam Mimorum scriptoribus struthos usurpabatur pro virili membro, à passeris salacitate sumpta nominis ratione.

Strȳchnus, *στρύχνος*. Herba est, quam Latinè solanū, vulgò *solatrum* vocamus, multas sub se continens species, quas vide suprà in dictione SOLANVM.

Stŭdĭum, dii, n. s. Diligentia, amor, & alacritas ad aliquā rem. [מעגל *mahalal*. עלילה *halilah*. *σπουδή*. Gall. *Estude, faueur, soing & diligence*. Ital. *Studio, fauore*. Ger. Ein fleiß / der ernst vnd liebe so man an ein ding wendet. Belg. Neerstigheyt. Hisp. *Estudio, fauor*. Pol. *Pilnosc y pilność ku czemu*. Vng. *Zorgalmatossag, valamiben valo szeretet*. Ang. *Diligence, studie, labour, trauelle*.] Cic. de Invent. libr. 1: Studium autē est animi assidua & vehemens ad aliquā rem applicata, magna cū voluptate occupatio, ut philosophiæ, poeticæ. Plaut. in Asin. Vbi quid dederā, quasi columbæ pulli ore ambæ meo Vsque eratis: meo de studio studia erāt vestra omnia: Vsque adhærebatis: quod ego jusseram, quod voluerā Faciebatis. Terent. in Hecyr. Vitis esse adversas, æquè studium est, similis pertinacia est. Cæs. 4. bell. Gall. Quibus rebus nostri perterriti, atq; hujus omnino generis pugnæ imperiti, non omne eadē alacritate ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverunt. ¶Accipitur quandoque pro exercitatione. *ἐπιτήδευμα*, *σπουδασμα*. Colum. Et ne singula persequar, ei studio, quod quisq; agere velit, consultissimum rectorem adhibeat: id est, exercitio, vel operi, vel arti. Terent. in Andr. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Vt animum ad aliquod studium adjungāt, aut equos alere, &c. ¶Quandoque pro favore seu amore. Salust. in Catil. C. Syllanum certè scio, quæ dixerit, studio Reipublicæ dixisse. ¶Quandoque pro voluntate. Virgil. 2. Aeneid. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. ¶Studio habere aliquid. Terent. in Adelph. Dii vestram fidem! Vtrum studióne id sibi habeat, an laudi putat, Fore, si perdiderit gnatum?

Stŭdĭōsus, a, um, Diligens, assiduus, perseverans. [שקוד *shakud*. *σπουδαῖος*. Gal. *Studieux, songneux, diligent*. Ital. *Studioso, diligente*. Ger. Fleissig oder geflissen / ernsthafftig. Hisp. *Estudioso, diligente*. Pol. *Pilny, dbały*. Vng. *Zorgalmatos, albatatos*. Ang. *Diligent, giuen to studie, laborious*.] Cicer. 4. Acad. Homo & acutus, ut Pœnus: & valde studiosus & diligens. Idē 4. Verrin. Videte quid potuerit, qui quatuor in provincia Quęstores, studiosissimos defensores, propugnatoresque habuerit. Autor ad Herenn. Ideoque bonis viris & studiosis amicus erat. ¶Aliquādo ponitur pro cupido, amico & fautore, quem Græci *σπουδαστὴν* appellant. [חפץ *chaphets* אהב *ohèb*. Gal. *Capide, desireux, ami, fauorable*. Ital. *Desideroso, fauoreuole, amico beneuolo*. Ger. Ein geflissner gönner einem zu dienen vnd befürderen ergeben / dienstgeflissner. Hisp. *Fauorable, codiciosa, amigo*.] Cicer. de clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos. Idem ad Attic. Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. Idem Cęcinnæ: Viri sunt optimi & tui similium studiosi, & mei necessarii. Idem de Amic. Nec si qui ineunte ætate venādi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. ¶Accipitur etiam studiosus pro literarum cupido. Cicer. de Opt. gene. Orat. Suscepi laborem utilem studiosis. Plinius Epist. 5. lib. 3: Itaque soleo ridere, quum me quidam studiosum vocant. ¶Hinc fit perstudiosus. Cicer. in Caton. Literis Græcis quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute.

Stŭdĭōse, adverb. Diligenter. [*σπουδῇ*. Gall. *Songneusement, diligemment*. Ital. *Studiosamente, con diligenza*. German. Fleissiglich / ernsthafftiglich. Hisp. *Estudiosamente, diligetemente*. Pol. *Pilnie, dbale*. Vng. *Zorgalmatosan*. Ang. *Diligentlie, laboriouslie*.] Terent. in Heavt. Texērem telam studiosè ipsam offendimus. Cic. de Sen. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quęso studiosè. Libenter studioseque audire, apud eundem 2. Verr. Studiosè diligenterq; aliquid curare, idem Attic.

Stŭdĕo, des, dui, ditum, Studiū adhibeo, operam do, laborem impendo. [יגע *yaghah*. *σπουδάζω*, *ἐπιτηδεύω*. Gal. *Estudier, mettre soin, estude à faire, tascher, mettre peine*. Ital. *Studiare, adoperarsi a fare qualche cosa*. Germ. Sich besleissen / fleiß anwenden / fleissig obligen. Belg. Neersten. Hisp. *Estudiar, dar obra, appiicarse con diligencia*. Pol. *Pilnosci przykładam, vsie l'nie, weselie*. Vng. *Igekezem raita, tanulok*. Ang. *To studie, to giue diligence, to spend trauell*.] Terēt. Eun. Quas matres student demissis humeris esse. Cic. 5. de Fin. Studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris, quā commemoras, Academiæ de finibus bonorum Peripateticorumq; sententia. ¶Iungitur hoc verbū aliquando dativo. Cæsar Comment. 1: Cupiditate regni adductus, novis rebus studebat. Nonnunquam etiam cum ablativo mediante In. Gellius: Siquis in ea re studebat. ¶Interdum & cum accusativo: & tunc significat cupere & velle. Cic. lib. 5. Epist. Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. ¶Accipitur aliquando studere pro amare, sive favere, cum dativo. *σπουδάζειν*, *φιλεῖν*. Ovid. lib. 9. Met. Cui studeat, deus omnis habet. ¶Itē pro cupere. Cic. lib. 1. Offic. Quorū verò patres aut majores aliqua gloria præstiterunt, ii student plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lactan. lib. 3. duo eodē exemplo significata ejus comprehendit, Qui sapientiæ studet, unq; nondum sapit, sed utsapere possit studet. ¶Studere cū genitivo. Cic. 3. de Nat. deor. Parentem habere avarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. ¶Construitur etiam cum accusativo, cū præpositione In. Fabius libr. 10. cap. 2: Poetæ & pictores in id solùm student, ut describere tabulas mēsuris ac lineis sciant. ¶Ponitur etiam absolutè, pro amare, sive favere. Salust. Neq; studere, neq; odisse, sed minimè irasci decet.

Stŭdēbātur, impersonale. Plin. lib. 35. cap. 12: Hic & similitudinem reddere instituit, ante eum quàm pulcherrimas facere studebatur.

Subsortior, iris, d.q. Est sorte in alterius locum substituo, quemadmodum in judicum rejectorum locum fieri solebat. [ἀντικληροῦμαι. Gall. Ietter au sort. Ital. Gittare à sorte, sortire. Ger. Durch die loßstellung andere Richter erwehlen. Hisp. Sortear. Pol. Przez los inszą radzy wieram. Vng. Sors szerent valaki helieben valaztom. Ang. To choose by lotte after an other haue chosen before.] Cicer. 3. Verr. Cur ea quàm diu alium Prætorem, cum iis judicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt?

Subsortitio, onis, f.t. Electio quæ fit subsortiendo, cùm sorte in alterius locum aliquis substituitur. [גורל ghorál פור pur. ἀντικλήρωσις. Gall. Iettement de sort, election par sort. Ital. Gittamento à sorte, esso sortire, elettione per sorte. Ger. Ein wahl durch die loßstellung. Hisp. Obra de sortear, election por suerte. Pol. Przez los wibranie. Vng. Sors szerent valo valaztas. Ang. Chosing by lotte.] Cicero 3. Verr. Nam de subsortitione illa Iuniana Iudicum, nihil dico. Suetonius in Iulio Cæsare, cap. 41: Ac nequi novi cœtus recensionis causa moveri quandoque possent, instituit quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti nō essent, subsortitio à Prætore fieret. Cicero pro Cluentio: Et quod C. Verres Prætor urbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem ejus in eo codice nō haberet, qui tum inter litus proferebatur.

Substantia, Vide SVBSTO.

Substerno, is, avi, atum, act. t. Subtus sterno, subjicio. [הציע hitsiah. ὑποστρώννυμι, ὑποστόρνυμι. Gall. Estendre dessous, faire litiere. Ital. Sotto distendere. Ger. Vnderstrewen/oder spreyten. Bel. Ondersprey den/ondersttrooien. Hisp. Derrocar por debaxo. Pol. Podścielam. Vng. Alaia teritem. Ang. To spread or strawe vnder, to litter.] Terētius in And. Ex ara hinc sume verbenas tibi, atq; eas substerne. Ovid. 15. Metamorph. Quassaq; cum fulva substravit cinnama myrrha. Cicero 2. de Nat. deor. Iam gallinæ avesq; reliquæ quietum requirunt ad pariendum locum, & cubilia sibi, nidosq; construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt, ut quàm facillimè ova serventur. ☞ Substernere

animo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

animo omnia: id est, subjicere, supponere. Cicero de Vniver. Animum igitur quum ille procreator mũdi Deus ex sua mente & voluntate genuisset, tum deniq; omne quod erat concretum atque corporeum substernebat animo, interiusq; faciebat.

Substrātŭs, hujus substratus, m.q. Ipse substernẽdi actus. [מַצָּע matsáhh. ὑπόστρωσις. Gall. *Estendement par dessous.* Ital. *Esso stendere disotto.* Ger. Vnderstreuwung. Hisp. *Derrocamiento por debaxo.* Pol. *Podeslanie.* Vng. *Alaia terites.* Ang. *Spreading or strawing vnder.*] Plin. lib. 24. cap. 9: Suffitu quoq; aut substratu fugant venenata.

Substrāmẽn, inis, n.t. Quod animalibus substernitur. [τὸ ὑπόστρωμα. Gall. *La tiere qu'on fait aux bestes.* Ital. *Letto che si fa alle bestie.* Ger. Ein vnderstreuwe. Hisp. *Paja de la cama ò lecho por las bestias.* Pol. *Podeslanie.* Vng. *Barom allia, agia.* Ang. *That which is spread vnder, litter.*] Varro lib. 3. de Re rustic. cap. 10: Easq; cellas provident, ne habeãt in solo humorem, sed habeant molle substramen è palea, aliáve qua re.

Substillum, n.s. [Ger. Feucht wetter, wann es nichts thut dann seuffzen. Item, der kaltseich. Pol. *Dżdża kropienie.*] Tempus illud dicitur quod ante pluviã, vel post pluviam est, non siccũ, sed humidum, quòd aut jam stillet, aut nondum stillare desierit. Hęc Festus. ¶ Apud Catonẽ libro de Re rustica, ponitur pro ægritudine, quando stillatim urina emittitur, quam Græci vocant στραγγουρίαν. Nunc (*inquit*) de iis quibus ęgrè lotium it, quibusq; substillum est.

Substĭtŭo, is, act.t. In locum alterius surrogo, sufficio. [ὑποκαθίστημι. Gal. *Substituer, mettre en la place d'vn autre.* Ital. *Sostituire.* Ger. An eines anderen statt setzen. Bel. Eenen anderen in iemandts plaetse setten. Hisp. *Sustituir ò poner en lugar de otro.* Pol. *Na drugiego miejsce postawiam.* Vn. *Mas helieben allatom.* Ang. *To put in an others roome.*] Cic. 7. Verr. Tum iste homo nefarius in eorum locum alios substituere, & supponere cœpit. Idem 2. de Divin. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, Philosophiam nobis pro Reipublicæ procuratione substitutam putabamus.

Substĭtūtĭo, onis, f.t. Surrogatio, suffectio. [ὑποκατάστασις. Gal. *Substitution.* Ital. *Sostitutione.* Ger. Ersetzung eines statt/ nacherbnung. Hisp. *Sustituimiento.* Pol. *Zasadzenie na miejsce.* Vng. *Mas helieben valo allatas.* Ang. *A putting in an others roome.*] Paulus Iurecõsult. in vulgari substitutione qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur, rectè hæres substitutus etiam unico intelligitur.

Substo, stas, act.p. sustineo, & constans sum, non vacillo, aut labasco. [עָמַד hamádh. ὑφίσταμαι. Gall. *Tenir bon, tenir ferme, soustenir.* Ital. *Sostenere.* Ger. Steiff bleyben stehn. Hisp. *Sostener.* Pol. *Tego stoię.* Vng. *Alhatatosonmeg marradok.* Ang. *To susteine or abyde constantlie.*] Terentius in Andria: Perii, metuo ne substet hostes.

Substantĭă, æ, f.p. Est quæ per se substat, & fundamentum præbet accidentibus, quæ sine illa subsistere non possunt. [ὑπόστασις, οὐσία, ὕπαρξις. Gall. *Substance, matiere, biens.* Ital. *Sostanza.* Ger. Das wäsen eines dings dadurch es bestehet. Hisp. *El subsecto de los accidentes, lo que es.* Pol. *Podstat.* Vng. *Allat, termeszet, valosag.* Ang. *Substance, goodes.*] ¶ Quandoq; etiam substantia ponitur pro materia & argumento, circa quæ versatur cardo totius rei. Plinius Novocomensis in Epist. Substantia omnis orationis fuit cohortatus ejus ad pacem. Quint. in Procem. libri 1: Prima apud rhetorem elemẽta, & quæ de ipsa Rhetoricæ substantia quæruntur, tractabimus. ¶ Quandoq; pro facultatibus. Quint. Vt plus substantiæ filio relinquerem.

Substantivus, a, um, Substantialis: hoc est, quod per se stare potest. [ὑπαρκτικός. Gall. *Substantiel.* Ital. *Sostantiale.* Ger. Bestendig/ das von jhm selbs bestehet. Hisp. *Sustancial.* Pol. *Prysstiestal'i.* Vng. *Allatu.* Ang. *That may stand by the self, substantiall.*] Ejus contrarium est Insubstantivus. Rufinus in expositione Symboli: Sed fortè dicas, ista, quam memoras, insubstantiva est generatio. Neq; enim lux substantivum facit splendorem, aut cor substantivum generat verbum.

Substringo, is, act.t. Contraho, coarcto, complico. [אָפַד aphádh רָכַס rachás צָרַר tsarár. σφίγγω. Gall. *Serrer, restraindre, resserrer, estrecir.* Ital. *Stringere.* Ger. Vnden zusammen ziehen / oder stricken. Hisp. *Estrenir, apretar.* Pol. *Sciągam, zwięzuię.* Vng. *Alúl szoritom.* Ang. *To bind streict vnderneath, to strayne hard.*] Quint. lib. 10: Omissa supplere, & effusa substringere. Martial. lib. 12: Festinant trepidi, substringere carbasa nautæ. Lucan. li. 3: Hinc & Sidoniæ gentes, auroq; ligatas Substringens Arimaspe comas, &c.

Substrictŭs, a, um, participiũ. [אָפוּד aphúdh רָכוּס rachús. ὑπεσφιγμένος. Gall. *Resserré, restreint.* Ital. *Ristretto, stretto.* Ger. Eyngestrengt. Hisp. *Estrenido, apretado.* Pol. *Związany.* Vng. *Alúl szoritatos.* Ang. *Strayned or gyrded hard vnder neath.*] Colum. lib. 2. cap. 3: Boves quum ab opere disjunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum. ¶ Est & substrictus, nomen ex participio, idẽ significans quod arctus, & contractus: cui opponuntur Prominens, & effusus. Colum. lib. 6. cap. 20. de tauri forma loquens: Vt sit magna portio corporis, ventre paulò substrictiore, qui magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis sit. ¶ Substricti testes. Plin. li. 32. cap. 3: Quinimò parvos esse, substrictosq;, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.

Substruo, is, act.t. Fundamentum jacio, ab imo extruo, à fundamentis erigo. [בָּנָה banáh הֵקִים hekim. ὑποικοδομέω, ὑποθεμελιόω. Gall. *Edifier par dessous, bastir sur fondement.* Ital. *Sotto fabricare.* Ger. Vnderbauwen/vnden auffbauwen. Hisp. *Edificar debaxo.* Pol. *Grunt zamodze, załk'adam.* Vng. *Fundamentomot vetek.* Ang. *To lay a fondation, to build.*] Plautus Most. Primùm dum parentes fabri liberûm sunt, & fundamentum liberorum substruunt, extollunt, &c. Liv. 6. ab Vrbe: Capitolium quoq; saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.

Substructĭo, onis, verbale, f.t. Actus ipse substruẽdi. [בִּנְיָן binján. ὑποικοδόμησις. Gall. *Bastiment sur fondement ou sur quelque chose.* Ital. *Fabrica, baso.* Ger. Vnderbauwung. Hisp. *Obra de edificar debaxo.* Pol. *Podsadzenie, podbudowanie.* Vng. *Fundamentom, az alia meg vetet.* Ang. *A building of a fondation.*] Colum. lib. 1. cap. 2: Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupãdæ. Cæsar lib. 2. belli Civil. Altera theatro, quod est ante oppidum substructionibus ejus operis maximis, aditu ad castra difficili, & angusto. Colum. lib. 1: Quum ex depressiore loco surget orsa fundamenta, non solùm superficiem suam sustinebunt facilè, sed & pro fultura & substructione fungentur adversus ea quæ mox, si fortè ullam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

Subsum, Sub re aliqua situs sum, sub re aliqua lateo. [ὕπειμι. Gall. *Estre dessous.* Ital. *Esser sotto.* Ger. Vnder etwas sein. Hisp. *Esser debaxo.* Pol. *Podległ em.* Vng. *Alatta vagiok.* Ang. *To be vnder.*] Plinius: Suberant tecto abiegenæ trabes. Subesse causa. Cic. 5. de Finib. Intelligatur aliquã subesse ejusmodi causam. Idem 1. Offic. Quum verò de imperio decertatur, belloq; gloria quæritur causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulò antè, &c. ¶ Aliquando subesse significat latenter inesse. Virg. 2. Georg. Quippe solo natura subest. ¶ Subesse, pro adjuvare aliquando ponitur. Plaut. in Trin. quod ago, assequitur, subest, subsequitur.

Subsŭo, is, pen. corr. act.t. Ad imam rei cujuspiam partem aliquid assuo. [ὑποῤῥάπτω. Gall. *Coudre par le bas.* Ital. *Cucire di sotto.* Ger. Vnden anflicken oder büßen. Hisp. *Coser debaxo.* Pol. *Odespodzinad szywam.* Vng. *Hozza foldom.* An. *To sew to some thing to the end of an other, or vnder.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 2: Sunt qui nolint tetigisse nisi illas, Quarum subsuta talos tegat instita veste. Subsutam vestem, limbum intelligit, qui infimæ subsuebatur.

Subtal, Ex sub & talo componitur, significatq; cavum pedis, quanvis, & pro vola quandoq; accipiatur. Sipontinus.

Subtegmẽn, minis, n.t. Filum quod sub stamine texitur, vel quod stamini intexitur. [עֵרֶב héreb. κρόκη. Gal. *La trame ou traine d'vn tisserant.* Ital. *Trama da tessere.* Ger. Der eintrag oder wüpp. Hisp. *Trama de la tela.* Pol. Wątek. Vn. *Bel fonak.* An. *The woufe of a webbe.*] Terentius in Heavt. Anus subtegmen nebat: præterea una ancilla erat. Ovid. 6. Metam. Inseritur medium radiis subtegmen acutis. Catul. Argon. Currite ducentes subtegmina, currite fusi. Virgil. 3. Aeneid. Et picturatas auri subtegmine vestes.

Subtegulaneus, a, um, adjectivum, Quod est aliqua ex parte ex tegulis cõfectum. [ὁ ὑπὸ κεραμίδα, ὑποκεράμιος. Gal. *Qui est sous les tuilles ou dessous le toit & à couvert.* Ital. *Cosa fatta di tegole ò sotto 'l tetto.* Ger. Ein bůne mit ziegeln bedeckt. Hisp. *Cosa hecha de tejado y cubierta de teja.* Pol. *Dno cegl'a pol'ozone.* Vng. *Tegulabal tfsinaltatot.* Ang. *That is vnder the eaues or roofe of house.*] Quæ & Barbarica dicebantur, ex testis tusis, rudere & calce constantia. Plin. lib. 36. cap. 25: Pavimenta credo primùm facta, quæ nunc vocamus *Barbarica* atq; *subtegulanea.*

Subtendo, dis, act.t. Subtus extendo, tendẽdo subjicio. [ὑποτείνω, ὑποτανύω. Gall. *Estendre par dessous.* Ital. *Distendere sotto.* Ger. Vnden fur spannen. Hisp. *Estender debaxo.* Pol. *Odspodka podciągam.* Vng. *Alaia teritem.* Ang. *To extend or stretch abroade vnder.*] Cato de re rustica, cap. 10: Lectum in cubiculo unum, lectos lectis subtentos quatuor, & lectos communes tres.

Subtento, as, tentare. [נִסָּה nissáh. ὑποπειράζω. Gall. *Tenter.* Ital. *Tentare.* Ger. Heimlich versuchen. Hisp. *Tentar.* Pol. *Pokuszam.* Vng. *Kesergetni.* Ang. *To assaye.*] Plautus in Truculen. Adveniti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtĕnuis, tenue, om.t. Aliquantulum tenue. [ὑπόλεπτος. Gall. *Vn peu tendre, menu & delié.* Ital. *Alquanto sottile.* Ger. Ziemlich dünn/oder klein. Hisp. *Vn poco sutil y delgado.* Pol. *Przycienki.* Vng. *Vekonatska.* Ang. *Somewhat thinne and slender or small.*] Varro 2. de Re rustica, cap. 7: Non angusta juba, crebra, subcrispa,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

subtrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cervicis.

Subter, Præpositio locum denotans inferiorem, sicut Super, superiorem. [תחת táchath. ὑποκάτω. Gall. Dessous. Ital. Sotto. Ger. Vnder/vnderthalb. Hisp. Debaxo. Pol. Pod. Vng. Alatta. Ang. Vnder.] Iungitur autem ferè accusativo. Cicero in Arat. Spinifer am subter caudam pistricis adhæsit. Idem 3. Tuscul. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. ❡ Nonnunquam etiam ablativo. Virg. 9. Aeneid. Ferre juvat densa subter testudine casus. ❡ Ponitur & sine casu, adverbialiter. Cicero de Som. Scipionis: Deinde subter mediam ferè regionem sol occupat.

Subterdūco, cis, verbum Plautinum, Subterfugio, clàm me educo, elabor. [ὑπεκφεύγω. Gall. Se retirer à part secrettement, se soustraire & retirer de la compagnie. Ital. Fuggire di nascoso, sotto fuggire. Ger. Sich verschleichen oder entziehen. Hisp. Huyr à escondidas. Pol. Cycho vchodye. Vng. El lopom magam. Ang. To go away priuelie, to drawe him self frome the companie of others.] Plaut. in Mil. serva istas fores, Ne tibi clàm se subterducat istinc. Id est, ne hinc abeat te inscio.

Subterflŭo, is, ere, n. t. Notæ est significationis. [ὑπορρέω. Gall. Couir par dessous. Ital. Correre, scorrere. Ger. Vndenhär fliessen. Hisp. Correr por debaxo lo liquido. Pol. Odcipody pl'ine, cyeke. Vng. Alatta folek. Ang. To flow vnder.] Plin. lib. 8. cap. 50: Torrente rapido minaciter subterfluente.

Subterfŭgio, subterfugis, pen. corr. Clàm aufugio, subterduco. [ὑπεκδιδράσκω, ὑπεκφεύγω. Gall. Eschapper, s'enfuir en cachette, eviter. Ital. Fuggire secrettamente, di nascoso. Ger. Heimlich entfliehen. Hisp. Huyr secrettamente y a escondidas. Pol. Cycho vchodye, vcyekam. Vng. Alattomba el lopom magamat, el zaladok. Ang. To flee away priuelie, to escape, to auoyde.] Plaut. in Bacch. Subterfugisse mihi sic hodie Chrysalum? ❡ Aliquando viro, vel detrecto. Plautus in Merc. Nequicquã ego mare subterfugi sævis tẽpestatibus. Sic dicimus: Subterfugere militiam, Subterfugere laborem, periculum: hoc est, detrectare.

Subterlābor, pen. prod. subterlaberis, pen. corr. d. t. Elabor, & effugio. [ὑπολισθαίνω, ὑπεκφεύγω. Gall. S'escouler & s'en aller en cachette, secrettement. Ital. Fuggire tacitamente. Ger. Entrinnen. Hisp. Huyr à escondidas. Pol. Vcyekam. Vng. El zaladok. Ang. To runne or flow vnderneath, to escape or slipe away priuelie.] Livius 10. bell. Pun. Sed neq; rostro ferire celeritate subterlabentem poterant: neq; transilire armati ex humilioribus in altiorem navem.

Subterlĭno, is, pen. corr. act. t. Imam rei alicujus partem perlino. [ὑπαλείφω, ὑποχρίω. Gall. Oindre par dessous. Ital. Vgnere per di sotto. Ger. Vnden bestreichen oder ansalben. Hisp. Vntar por debaxo. Pol. Odespody namazuie. Vng. Alatt meg kenem. Ang. To anoynt vnderneath.] Plinius libro 28. capite 7: Sotira obstetrix, tertianis, quartanisq; efficacissimum dixit plantas agri subtelini.

Subtermĕo, as, n. p. Subtus transeo. [ὑποπορεύομαι, ὑπέρχομαι, ὑποβαίνω. Gall. Passer par dessous. Ital. Passare per di sotto. Ger. Vnderthalb gehn. Hisp. Passar por debaxo. Pol. Odespody ide. Vng. Alatta el megyek. Ang. To passe or go vnder neath.] Claud. de Aponi balneis: Et junctos rapido pontes subtermeat æstu.

Subtĕro, is, act. t. Comminuo, attero. [כתת chathâth כתש chathâsch. ὑποτρίβω. Gall. Casser & briser, ou broyer menu. Ital. Pestare, tritare, sminuire, consumare. Ger. Zerreiben/vnden abschleissen. Hisp. Gastar, desmenuzar, hollar, trillar. Pol. Zcyieram, odespody rozcyeram. Vng. Meg rontom. Ang. To bruise in small pieces.] Colum. li. 12. cap. 5: Salis sextariũ subterito & subtritum cũ quarto mellis aceto diluito. Cato cap. 72: Boves ne pedes subterant, prius quàm in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima ungito.

Subtritus, a, um, Attritus. [כתות chathúth כתוש chathúsch. ὑποτετριμμένος. Gall. Vsé, broyé, brisé. Ital. Alquanto frusto, vsato. Ger. Vnden abgeschlissen. Hisp. Gastado, desmenuzado, trillado. Pol. Despody starti. Vng. El romlott, kopott. Ang. Worne, bruised.] Plaut. Asin. -sed tamen tu ineptè eos asinos prædicas Vetulos, claudos, quibus subtritæ ad femina jam erant ungulæ.

Subterranĕus, a, um, Quod est sub terra. [ὑπόγειος. Gall. Qui est sous la terre. Ital. Sotto terra. Ger. Das vnder der erden ist. Hisp. So tierra. Pol. Podziemni. Vng. Föld alat valo. Ang. That is vnder the earth.] Colum. lib. 1. cap. 7: Vinctis quàm saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis: sitq; id angustis illustratum fenestris. Idem: Nam ferè cùm his partibus ædificia rimas egerunt, cava præbent, & latebras subterraneis animalibus.

Subtexo, is, xui, xtum, act. t. idem quod Subjungo. [הדביק hedbik. ὑφυφαίνω. Gall. Adjoindre, assembler. Ital. Sottogiungere. Ger. Hinden dran mähen/ vnden dran setzen. Hisp. Annadir y tener por de baxo. Pol. Na koncu przydl'ujam. Vng. Vtanna vetem. Ang. To weaue or ioyne to.] Plin. lib. 25. cap. 11: Verùm & generatim, membratimq; singulis corporũ morbis remedia subtexemus.

Subtīlis, & hoc subtile, om. t. Quod est tenuium partium: [דק dak. λεπτός, λεπτομερής. Gall. Subtil, menu, delié. Ital. Sottile, tenue. Ger. Rein/subtyl. Hisp. Sotil y delgado. Pol. Subtilni, che dogi. Vng. Vekony, gienge. Ang. That is made of thinne and small partes, subtile.] ut Subtilis succus. Plin. li. 11. cap. 5: Apes succum subtilissimum contrahũt. ❡ Ponitur etiam pro ingenioso & docto. ❡ Subtile consiliũ: id est, implicatius, nec cuivis obvium. λεπτὴ γνώμη. ❡ Conclusio subtilis. Quint. lib. 7. cap. 4: Conclusio subtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Cicero lib. 3. de Finib. Stoicorum autem non ignoras quàm sit subtile, & spinosum potius disserendi genus. ❡ Subtile judicium: id est, acutum, & perspicax. Cic. ad Catonem, lib. 15: Nam ad meum sensum, & ad illud syncerum ac subtile judicium nihil potest esse laudabilius quàm est tua oratio. ❡ Subtile palatum, & subtilis gula, quæ sapores acutè dijudicat. Horat. 2. Serm. Satyr. 8: Fervida quod subtile exudant vina palatum. Colum. lib. 8. cap. 16: Hoc igitur perjurium multorum subtiliorum fecit gulam, doctaq; & erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum.

Subtīlĭtās, atis, f. t. Tenuitas, gracilitas, acumen. [דק dak (vel) dak. λεπτότης, ἰσχνότης. Gall. Subtilité. Ital. Sottigliezza, sottilità, sottiglianza. Ger. Spitzfündigkeit/subtilheit. Hisp. Sotileza ò delgadez. Pol. Subtilnosnocz, minalazek subtilni. Vng. Vekonsag, elei okossag. Ang. Subtilitie, sharpnesse of witte.] Cicer. lib. 1. Acad. Apud nostros enim non ignoras quæ sit, & quanta subtilitas.

Subtīlĭtĕr, adverb. [λεπτῶς, ἰσχνῶς. Gall. Subtilement, par le menu. Ital. Sottilmente, per il minuto. Ger. Scharpffsinnigklich. Hisp. Sotil y delgadamente. Pol. Subtilnie. Vng. Elessen, okossan, melyen. Ang. Subtillie.] Acutè, acriter, tenuiter. Cic. 1. Tuscul. Sed Zeno quum Arcesilam anteiret ætate, valdeq; subtiliter disseret, & peracutè moveretur, corrigere conatus est disciplinam.

Subtĭmĕo, subtimes, penult. corr. Aliquantum timeo, subvereor, subformido. [ὑποφοβοῦμαι. Gal. Craindre aucunement, avoir quelque peur. Ital. Temere alquanto, dubbitare, hauer paura. Ger. Ein klein förchten. Hisp. Vn poco temer, dudar. Pol. Obawiam sie. Vng. Felek zebassu. Ang. To feare a litle.] Cicero 2. Philip. Num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtrăho, is, act. t. De medio aufero. [לקח lakách. ὑφαιρέω, ὑποσπάω. Gall. Soustraire & retirer d'avec. Ital. Tuor di sotto, rubbare. Ger. Entziehen. Hisp. Sacar de otra cosa, hurtar. Pol. Odciagam, vimuie. Vng. El vonszom. Ang. To drawe away frome others.] Plin. lib. 11. cap. 18: Subtrahitur itaq; deducta multitudine. Ovid. in Ibin: Subtrahitur presso mollis arena pede. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 2: Quò ego me libentius à curia, & ab omni parte Reipub. subtraho. Ovid. 5. Trist. Subtrahis & fracto tu quoq; colla jugo. Virgil. 6. Aeneid. Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro. ❡ Subtrahere etiam accipitur pro surripere, sive furari. Plaut. in Casin. -nam peculi probam nihil habere addecet Clàm viro: & quæ habet partum, ei haud commodi est quin viro aut subtrahat, Aut stupro invenerit.

Subtristis, ste, om. t. Aliquantulum tristis. [ὑπολυπούμενος. Gall. Vn peu ou aucunement triste. Ital. Alquanto di mala voglia, alquanto dolente. Ger. Etwas maaß trawrig. Hisp. Cosa vn poco triste. Pol. Przysmutnieisym. Vng. Maid szomoru. Ang. Somewhat sadde and heauie harted.] Terent. in Andr. Subtristis visus est esse aliquãtulum mihi.

Subtundo, is, Tundo. [כתת chathâth כתש chathâsch. ὑποκόπτω. Gall. Frapper ou cogner par dessous. Ital. Battere, pestare per di sotto. Ger. Zerbleuwen/ butzen. Hisp. Tundir ò herir por debaxo. Pol. Zel'ukam, zbyam. Vng. Törōm, rontom. Ang. To beat or strike.] Tibul. lib. 1. Eleg. 10: Flet teneras subtusa genas: sed victor & ipse Flet sibi dementes tam valuisse manus.

Subturpe, Quod turpitudinis nonnihil habet conjunctum. [ὑπαισχρός. Gal. Aucunement laid. Ital. Alquanto brutto. Ger. Etwas maaß wüst vnd vnflätig. Hisp. Cosa vn poco torpe ò fea. Pol. Przyszpetnieisym. Vng. Rut zabassu. Ang. Somewhat vnhonest and filthie.] Cicer. de Clar. Orator. Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea quæ videantur & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi propriũ est, subturpia.

Subturpicŭlus, diminutivum, Minus quàm subturpis. [ὑπαισχρότερος. Gall. Aucunement ou vn peu laid, vn peu vilaine. Ital. Alquanto ò vn pochetto brutto. Ger. Ein wenig vngeschaffen oder wüstlechtig. Hisp. Vn poquito torpe y feo. Pol. Troche szpetni. Vng. Rutocska. Ang. Somewhat or a litle filthie.] Cic. ad Atticum lib. 4. Subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία.

Subtus, adverb. Sub. [תחת táchath. ὑποκάτω. Gall. Dessous. Ital. Sotto. Ger. Vndensut/vnderthalb. Hisp. Debaxo. Pol. Pod. Vng. Alatt. Ang. Vnder.] Varro 2. de Re rust. cap. 9: Labris subnigris aut rubicũdis, neq; resimis superioribus, neq; pendulis subtus, mento suppresso.

Subucŭla, Intima vestis quæ ferè ex lino fit, ita dicta, quòd ea subtus induamur. [כתנת chethóneth. ὑποχιτώνιον, χιτωνίσκος, ὑποδύτης. Gall. Vne chemise. Ital. Camiscia. Ger. Ein vnderhembd.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hisp. Vestidura debaxo de otra, camisa. Pol. Wel'nianna koszula, serdak. Vng. Dolmanyt. Ang. A shirt.] Varro de vita populi Roman. Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam & indusium. ¶ Est & subucula libū quod diis dabatur ex alica, oleo & melle compositum. Festus.

Sūbuculātūs, a, um. Subucula indutus. [ὑποκαμισιωμένος ἐχων. Gall. Vestu d'une chemise. Ital. Camisiato. Ger. Mit einer vnderhembd angethan. Hisp. Vestido de camisa. Pol. Oblecżony w koszule wel'nianna. Vng. Dolmanyos. Ang. That is cladde with a shirte.] Quintil. libro 8. cap. 3: Nec à verbis modò, sed à nominibus quoq; derivata sunt quædam: ut à Cicerone subuculatum, & ab Asinio simbriatum.

Sūbvĕho, is, act. t. Adverso flumine advehо, vehiculis, navibūsve affero. [הרביא hebr. ἀναφέρω. Gall. Leuer en haut, faire mouter, enleuer, emporter. Ital. Inhalzare ò portare. Ger. Hinauffführen / etwan hinführen. Bel. Opvoeren. Hisp. Traer debaxo arriba. Pol. Przenosić w wodzie wnosić. Vng. Az vizen fel vinszem. Ang. To extell or lift vp, to conueigh or carie.] Plin. lib. 31. cap. 1: Sæpè etiam lapides subvehunt, portantes aliena pondera. Livius 9. ab Vrbe: Nam fessis omnibus viis per quas commeatus ex Samnio subvehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misère ad Consulem Romanum. Ovid. lib. 8. Metamorph. -illa dato subvecta per aëra curru. Devenit in Scythiam.

Sūbvĕctāre, frequentativum. [πολλὰς ἀνάγω. Gall. Enleuer en emporter & charrier souuent. Ital. Menare, portare souente. Ger. Dahin führen etwo führen. Hisp. Traer muchas vezes. Pol. Vilamnie kwadzie wnosz. Vng. Fel viddegelem. Ang. To lift vp, conueigh or carie often.] Plautus in Asin. Ipsos qui tibi subvectabant rure huc virgas ulmeas. Virgilius lib. 6. Aeneidos: Et ferruginea subvectat corpora cymba.

Sūbvectĭo, onis, f. t. Subvehendi actus. [ἀναφορά. Gall. Enleuement, apport, charrey. Ital. Esso menare ò condurre. Ger. Dahin führung. Hisp. Traimiento, leuamiento. Pol. Wiezienie. Vng. Fel vivés. Ang. Lifting vp, conueighing or carying.] Cæsar 7. bel. Gall. Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab te frumentaria duris subvectionibus laboraret.

Sūbvectūs, us, ui, m. q. idem. Tacitus lib. 15: Et provisi ante commeatus, quorum subvectu, &c.

Sūbvĕnio, nis, n. q. Subsidio venio, suppetias fero, auxilior, succurro, opem fero. [עזר hazár. ἐπικουρῶ, βοηθῶ. Gall. Secourir, aider, subuenir. Ital. Souuenire, soccorre, adiutare. Ger. Zu hülff kommen. Bel. Helpen. Hisp. Soccorrer, ayudar. Pol. Na pomocy przychodzę, pomagam. Vng. Meg segitem. Ang. To succour, to aide or help.] Plaut. Qui toties tibi misero subveni. Cæsar 3. bell. Gall. Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti subvenit. Terentius Eunuch. Sed necesse est huic ut subveniat. Cic. ad Catonem lib. 15: Quumq; eo animo venissem, ut utriq; provinciæ, si ita tempus ferret, subvenirem.

Sūbvĕnĭtur, impersonale. Cic. de Arusp. resp. Idemq; earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subvenitur.

Sūbvĕntāre, frequentativum. [πολλὰς ἐπικουρῶ. Gall. Subuenir, secourir & aider souuent. Ital. Souuenire, soccorrere, aiutare spesso. Ger. Embsig zu hülff kommen / zuspringen. Hisp. Soccorrer y ayudar muchas vezes. Pol. Vilamnie ieśliem na pomoc. Vng. Meg segitedegelni. Ang. To succour, help or aide often.] Plautus Rud. Spes bona obsecro subventa mihi.

Sūbverbustā, stæ: Id est, verubus usta, inquit Festus. Plaut. Viscerosam, compeditam, subverbustam, sordidam.

Sūbvĕrĕōr, eris, Aliquantulum vereor, nonnihil timeo. [ὑποδείδω, ὑποδείδομαι. Gall. Craindre aucunement, auoir quelque peur. Ital. Dubitare, temere alquanto. Ger. Etwas / mehr / vnd mehr besorgen. Hisp. Temer vn poco. Pol. Obawam się. Vng. Meid filek. Ang. To feare a little.] Cicero ad Marcellum: Venit enim mihi in mentem subvereri interdum, ne te delectet tarda decessio.

Sūbvĕrto, is, act. t. Destruo, sive demolior, tollo, deleo. [נתץ nathás. נתץ nathás. נתש nathásh. καθαιρῶ. Gall. Renuerser ce qui est dessus dessous. Ital. Souuertere. Germ. Vmbtchren / das vnder vbsich tehren. Belg. Ondteeren. Hisp. Transtornar debaxo arriba. Pol. Wywracam. Vng. Elrontom, fel fordztom. Ang. To destroye or turne vp side downe.] Salust. in Iugurth. Probarétne tantùm flagitium, an decretum Consulis subverterent, parum constabat. ¶ Subvertere, perdere calumniis. Tacit. lib. 3: Quum omnis domus delatorũ interpretationibus subverteretur. ¶ Subverti etiam dicuntur Fruges & legumina, quum impinguandi agri causa inarantur. Columell. libro 12. capite 21: Item qui lupinum stercorandi agri causa sevit, nunc demum aratro subvertit.

Sūbvĕrso, as, are, frequentativum. [πολλὰς ἀνατρέπω. Gall. Renuerser souuent. Ital. Rouersciare spesso. Ger. Offt vnd dick vmbtehren oder vmbwerffen. Hisp. Transtornar a menudo. Pol. Często wywracam. Vng. Fel fordztogatom. Ang. To turne vp side downe, or destroye often.] Plautus Cur. Vel qui ipsi vortāt, vel qui alios subversandos præbeant.

Sūbvĕxūs, adject. ut Convexus. [ὑπόφαιος. Gall. Courbé en haut, comme voûté. Ital. Incurvato in alto, come voltato. Ger. Etwas gebogen. Hisp. Encorvado en alto. Pol. Skleniony. Vng. Boltozo. Ang. Bowed vpward like an arche roofe.] Livius 5. belli Pun. Omnia fastigio leni subvexa.

Sūbvĭridis, de, pen. corr. om. t. Aliquantum viride. [ὑπόχλωρος. Gall. Aucunement verd. Ital. Verdeggiante. Ger. Etwas grün. Hisp. Cosa vn poco verde. Pol. Przypolzielony. Vng. Valamivire zöld. Ang. A little green.] Plin. lib. 37. cap. 10: Balanna genera duo habent, subvirides, & Corinthii aeris similitudine. Idem lib. 23. cap. 9: Thezionarca fruticosa, foliis subvirideis, flore rosco.

Sūbŭlā, læ, f. p. Instrumentum sutorum, quo illi calceos sarcites corium perforant. [מרצע martsáh. ἀκωνίς. Gall. Alene de cordonnier. Ital. Lina à lesina, ouer sobliа di calegaro. Ger. Ein Schumacher aht. Bel. Een Ijsen. Hisp. Alesna, instrumento de zapatero. Pol. Szydło szewieckie. Vng. Arv. Ang. An awle that cordiners vse.] Martialis lib. 1: Quodq; tibi tribuit subula, sica rapit. Column. lib. 6. cap. 5: Aenea subula pars auriculæ latissima circumdabitur.

Sūbŭlcus, ci, m. f. Cui porcorum nutriendorum cura commissa est. [ὑφορβός. Gall. Porcher. Ital. Porcaro. Ger. Ein Sauhirt. Hisp. Porquero, que guarda puercos. Pol. Swinski pastuchа. Vng. Disznó pasztor. Ang. A swyneheard.] Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 4: Altitudinis haræ modus sit, ut subulcus facile eorum spicere possit, nequis porcellus à matre opprimatur. Columella in Præfat. li. 1: Porculatoris verò & subulci diversa professio, diversæ passiones.

Sūbŭlo, onis, pen. corr. Lingua Hetrusca dicitur ubicem aliquis. Ennius apud Festum: Subulo quondam vicinas propter astabat aquas. ¶ In alio significatu subulones dicuntur cervi quibus sunt cornua simplicia, minimeq; ramosa, ad subularum similitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37: Aliis simplicia mucronata, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Idem lib. 28. cap. 17: Sunt & qui suum fimi cinerem profuisse suspicerint in passo: & cervi pulmonem, maximè subulonis.

Sūbvŏlo, as, are, n. p. Sursum volo. [ὑπόπτομαι. Gall. Voler vn peu en haut. Ital. Voler in alto. Ger. Auff fliegen / etwas fliegen. Hisp. Volar de abaxo arriba. Pol. Podlatuję. Vng. Felrepülök. Ang. To flie vpward.] Plin. lib. 10. cap. 8: Itaq; & columbæ movēte ex iis pericula, visoq; confidunt, aut subvolant. Cicero 1. Tusculan. Si hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subvolent. Ovid. 14 Metam. -numerusq; ex ordine major Subvolat, & remos plausis circumvolat alis.

Sūbvŏlvo, is, ere, act. t. Sursum volvo. [ἀνατυλίω. Gall. Rouler, faire rouler. Ital. Rimolgere. Ger. Vberfür wälzen / hinauff wälzen. Hisp. Rebolver. Pol. Zwierzchu walie. Vng. Fel hömpölygetem. Ang. To roll vp.] Virgil. 1. Aeneid. Instant ardentes Tyrii pars deducere muros, Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa.

Sūbūrbĭā, n. f. plurali numero tantùm sunt frequentes extra urbem domus, instar vici urbani, quasi sub urbe. [פרבר pragréfsh. חוצות chavvóth. προάστεια. Gall. Fauxbourgs. Ital. Borghi. Ger. Vorstett. Bel. Vorsteden. Hisp. Arrabales cerca de la ciudad. Pol. Przedmieszcie. Vng. Hollak. Ang. Suburbes.]

Sūbūrbānum, ni, n. s. substantivum, Prædium urbi vicinum. [פרבר מקום pragréfsh makóm. חוצות chavvóth. τὸ ἐν προαστείοις χωρίον. Gall. Maison ou edifice es fauxbours & hors la ville. Ital. Casa fuori della città. Ger. Ein Gut nah bey der Stat gelegen. Hisp. La heredad cerca de la ciudad. Pol. Folwark przedmieszczowy. Vng. Hollaknak. Ang. A mansion place land nere a citie.] Succon. in Augustinianis trimentorum ejus ostenditur adhuc locus in avito suburbano juxta Velitras permodicus.

Sūbūrbānūs, Quod urbi est vicinum: [ὁ ἐν προαστείοις ὤν, ὁ ἐν ὑπαίθρῳ ὤν. Gall. Qui est des fauxbourgs ou auprès. Ital. Dell'urbe, ò appresso la città. Ger. Nah an der Stat gelegen. Hisp. Cosa cerca de la ciudad. Pol. Przedmieszczanin. Vng. Az vrosnak kösel valo. Ang. Nigh the citie.] ut Regio suburbana. Colum. lib. 9. cap. 9: Hoc autem fit longinquis regionibus, ubi nihil nisi subanteve expedit. Nam suburbanis lacteus porcus aere mercatur est. Cic. 2. de Divin. Ita aqua Albana deducta ad omnium suburbani, non ad arcem, urbemq; retinendam. Rura suburbana & suburbanum. Cicero pro Rosc. Amer. Hortulus suburbanus, Plin. lib. 35. cap. 10.

Sūbūrbānĭtās, atis, f. t. Vrbis vicinitas. [ἡ τῶν προαστείων ἐπιμιξία. Gall. Vn voisinage de fauxbourgs. Ital. Luogo fuore la città. Ger. Die Nachbarschafft deren so in Vorstetten wohnen. Hisp. Cercanía del de la ciudad. Pol. Przedmieszczanie mieszkanie. Vng. Varasnak közel volta. Ang. The neighbour hood of citizens.] Cicero 4. Ver. de Sicilia loquens: Sic populo Romano [illegible] da suburbanitas est hujus provinciæ.

Sūburo, uris, usi, Leviter aduro. [ὑπαύω. Gall. Brûler vn peu. Ital. Arderè ò abbruciare alquanto. Ger. Vesengen / etwas [illegible]

tura abbrennen. Hisp. Quemar vn poco. Pol. Przypaliam. Vng. Kevessé meg egetem. Ang. To burne a litle.] Suetonius in Augusto: Solitusq; fit crura suburere nuce ardenti, quò mollior pilus surgeret.

Subvulturĭus, a, um, [ἀ ὑπογυπώδης, γυπὶ παρόμοιος. Gall. Rapineux & voirastre comme le vaultour. Ital. Alquanto rapace come l'avoltor. Ger. Etlicher maß der Raubgeiren art. Hisp. Arrebatador como el buytre. Pol. Poniekąd rwarz kſobie kradnacem. Vng. Keselyüméggara valo. Ang Rauenous.] Vox est à Plauto risus movendi gratia conficta, qui Ampelisca puellæ corpus subvulturium tribuit, quòd vulturis ritu raperet aspicientes. Verba ejus sunt hæc in Rudente: Proh dii immortales! Veneris effigia hæc quidem est, Vt in ocellis hilaritudo? eia, corpus cujusmodi Subvulturium? illud quidem subaquilum volui dicere.

Succēdo, is, n. t. Subeo, ingredior. [ὑποδύομαι. Gall. Succeder, venir en la place, entrer. Ital. Andar sotto, succedere, entrare. Ger. Hinunbergehn Bel Ondergaen. Hisp. Succeder à otro. Pol. Podchodzę. Vng Bemegyek. Ang. To succed, to come in an others roome.] Cicero pro Domo sua: Is tectum, quod imbris vitādi causa succederet, nullum habebat. Virgil. lib. 3. Georg. Aut tecto assueta coluber succedere, & umbræ, Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus. Cæsar 2. belli Gall. Murusq; defensoribus nudatus est, testudine facta portis succedunt, murumq; subruūt. ¶ Succedo aliquando ponitur pro in alterius locum venio. διαδέχομαι, ὑφίζομαι. Cæsar 5. bell. Gall. Stationesq; dispositas haberent, atq; alios alii deinceps exciperent, integriq; & recentes defatigatis succederent. Cic. 3. Offic. Quid ergo? hic non noceat qui quondā quasi veneno perficiat ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipse succedat? ¶ Inde successor, διάδοχος, & Successio, διαδοχή, de quibus infrà. ¶ Accipitur aliquādo succedere, pro prosperè cedere, seu feliciter evenire [הִצְלִיחַ hitsliach. εὐτυχεῖν.] Terent. in Andr. Hâc nō successit, alia aggrediamur via. Liv. 8. ab Vrbe: Vt si successisset inceptum, cogitaret popul. Rom. potius, cum quāto studio, periculoq; reditum in amicitiam suam esset, quàm qua stultitia & temeritate de officio decessisset. Cicero ad Brutum: Nos te, tuumq; exercitum expectamus: sine quo (ut reliqua ex sententia succedant) vix satis liberi videmur fore. ¶ Successit, accipitur pro accidit. Plin. lib. 28. cap. 8: Quòd si successit alienatimente, vel ex equo hominem decidere. ¶ Successum est, impersonaliter. Cicero ad Plancum lib. 13: Qui quum fortè Quæstor Macedoniā obtineret, neq; ei successum esset, Pompeius in eam provinciam cum exercitu venit.

Successus, a, um, participium passivum sine verbi origine, Prosperè succedens, prosperè factus. Cic. ad Tiron. lib. 16: Nam quum omnia mea causa velles mihi successa, tum tua: socium eum te meorum commodorum semper esse volui. τὰ κατευθυνθέντα, τὰ κατορθωθέντα, τὰ κατορθούμενα.

Successus, us, m. q. Eventus tàm malus quàm bonus. [ἔκβασις. Gal. Bonne issue, bonne fin, bon-heur, succez. Ital. Avvenimento. Ger. Ein außgang/oder fortgang/er sey gut oder böß/glückfal. Bel. Eenen voortganck. Hisp. Lo que succede. Pol. Szczęście, przypadek/y's albo dobry. Vng. Ki menetel, kö vetkezés dő, dolog. Ang. The end and issue, successe.] Vnde bonum successum, & prosperos successus, & infelices successus legimus. Virgil. lib. 2. Aeneid. Atq; hoc successu exultans, animisq; Choroebus. Liv. 1. ab Vrbe, in Præfat. Cum bonis potiùs ominibus, votisq; ac precationibus deorum, dearumq; (si ut Poëtis) nobis quoq; mos esset, libentiùs inciperemus: ut orsis tanti operis successus prosperos darent. Ovid. 8. Metamorph. Nec tamen illa sui successu lætior ictus, Quàm Meleager erat. Idem Epist. 1: Flebam successu posse carere dolos.

Successa, orum, pluralis numeri. τὰ κατευθυνθέντα, τὰ κατορθωθέντα. Ovid. 2. Metamorph. Murmura parva dedit, successorumq; Minervæ Indoluit.

Successor, oris, m. t. Qui alteri succedit. [διάδοχος. Gall. Successeur. Ital. Successore. Ger. Ein Nachfahr/Nachkomer/ Der einē etwas im nachtrittet. Hisp. El que succede à otro. Pol. Moi namiestnik. Vng Vtannam köuet kö, en dö. Ang. Heathat succedeth.] Cicero ad Caninium, lib. 2: Marium quidem successorem tardè video esse venturum. Martial. lib. 9: Sic quasi Pythagoræ loqueris successor & hæres.

Successōrĭus, Quod ad successionem pertinet. Hinc apud Iurisconsultos successorium edictum, quo prætor successionem permisit, inter eos quibus bonorum possessio defertur.

Successio, onis, f. t. Ipse succedendi actus. [διαδοχή. Gall. Succession. Ital. Successione. Ger. Nachkommung/nachtrettung. Hisp. Obra de succeder. Pol. Następ. Vng. Valamı vtan valo köuet kézés. Ang. Succession.] Cælius ad Ciceronem lib. 8. Epist. Præterea Marcellus quòd adhuc nihil retulit de successione provinciarum Galliarum. Cic. 1. de Finib. Vt enim quum cibo, potioneq; fames, sitisq; depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionē affert voluptatis: sic in omni re, doloris amotio successionem efficit voluptatis.

Succēssīvē, adverbium. [Vng. Rendel vtanna menue.] Spartianus in Caracalla: Eumq; cum Severo professum sub Scævola, & Severo in advocatione fisci successivè.

Succēdānĕus, a, um, Quod alteri succedit, seu quod pro alio subjicitur, secundarius. [ὑποβολιμαῖος. Gall. Successeur, succedant, ou estant mis au lieu d'vn autre. Ital. Successore, vicario. Ger. An statt eines anderen dargestelt. Hisp. Cosa que succede à otro. Pol. Namiestnik. Vng. Vtannam köuet kövezndö. Ang. That succedeth and is put in an others roome.] Plaut. in Epid. Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succedaneum? ¶ Legitur & Succidaneum à succidendo: ut paulò pòst docebimus suo loco.

Succendo, is, act. t. Ignem subjicio, accendo, incendo. [הִלְהִיב lahêt בָּעַר bihér הִבְעִיר hibhir. ὑποκαίω, ὑπεκκαίω, ὑφάπτω. Gall. Enflamber, mettre le feu dessous & allumer. Ital. Infiammare. Ger. Unden anzünden. Hisp. Encender. Pol. Odespodk podpaliam. Vng. Fel gynytom. Ang. To burne, to kendle.] Liv. 8 belli Punici: Quum turbam fœminarum, puerorumq; imbellem, inermemq; cives sui cæderent, & in succensum rogum semianima pleraq; injicerent corpora.

Succensus, participium. [מְבֹעָר mebohâr ὑποκαυθεὶς, ἐξαφθεὶς, ὑφαφθεὶς. Gall. Allumé, enflambe. Ital. Allumato, infiamato. Ger. Angezündet. Hisp. Encendido. Pol. Zapaliony, zżigniony. Vng. Fel gyulaztatot göreezerbe. Ang. Kendled.] Cicero in Pisonem: Sapiens etiam si in Phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur, &c.

Succenseo, ses, n. s. In re gravi & justa ex causa irascor, ut ait Donat. [קָצַף katsáph זָעַף zaháph. ὀργίζομαι. Gal. Se marrir & courroucer. Ital. Accorrucciarsi, adirarsi. Ger. Über einē erzürnet/oder bös seyn. Bel. Gram syn. Hisp. Ensañarse à otro. Pol. Si'u'syue sie gniewam. Vng Valakire haragszom. Ang. To be angrie.] Cic. 4. Acad. Cur mihi magis succenseris? qui ista nō aspernor: quàm ers, qui quum audiunt, desipere nos arbitrantur? Ovid. Epist. 16: Nec tamē irascor: quis enim succenset amanti? Cicero pro Dejotaro: Nō enim jam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere.

Succenturio, act. p. Explendæ centuriæ gratia substituo, vel centuriæ substituo. [ὑποταγματεύω. Gall. Fournir & remplir vne bande au lieu des absents. Ital. Rimetter genti in luogo de gli assenti. Ger. Die abgangne/oder geschweinerte zahl wider mit anderen ersetzen. Hisp. Soccorrer despues à otro. Pol. Hussaminissimi insiim zolnierzem w'pol'niam. Vng. Az zaz zamban az ki allot nep helyebe mast allatok. Ang. To furnish a bande in place of the absentes.] Vnde succenturiati milites dicuntur, non primæ, sed secundæ centuriæ, qui ad insidiandum maximè collocabantur. Ex quo in succenturiis: hoc est, in insidiis, quempiam collocatum dicimus. Terentius in Phorm. Nunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero Succenturiatus.

Succerda, æ, f. p. Stercus suillum, interprete Festo. [ὄνθος ὕειος. Gal. Fiente de porceau. Ital. Merda porcina. Ger. Ein Seümdreck. Hisp. Freza o estiercol de puercos. Pol. Swiny gnoi. Vng Kan, dizno zer. Ang. Swine dung.] Titinnius: Quid habes nisi unam arcam fine clavi? eò condis succerdas. Rectius videtur unico c scribi posse. Nam apud Lucilium corripit primam syllabam: ex quo hunc versiculum citat Nonius: Hic in stercore humi fabulisq; fimo, atq; sucerdis.

Succerno, is, ere, Separo, secerno. [הִבְדִּיל hibdil. διακρίνω. Gal. Separer, cribler, sasser, tamiser. Ital. Separare, spartire. Ger. Absünderen. Hisp. Cernir, appartar. Pol. Odl'aciam. Vng. El valaszom, ki valaztom. Ang. To range meale with a siue, to seuer.] Plin. lib. 18. cap. 11: Farinario cribro succernunt. Cato cap. 18: Eo calcem cribro succretam indito altè digitos duos.

Succēssio, Successor, Successus, Vide SVCCEDO.

Succido, is, pen. prod. act. t. Subseco, abscindo: à sub, & cædo, [גָּדַע gbadhâh גָּרַע gharâh. ὑποτέμνω, ὑποκόπτω. Gall. Couper par bas, ou par dessous. Ital. Tagliar sotto. Ger. Unden abhauwen oder abschneyden. Bel. Afsnyden. Hisp. Cortar debaxo. Pol. Odespodu odcynam. Vng Ki vagom, ib vebël ki vagom. Ang. To cutt downe.] Virgil 1. Georgic. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. Plin. lib 16. cap. 12: Postea tota arbor succiditur, & medulla ejus uritur. Cæsar 4. belli Gallici: Omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis.

Succīdānĕæ hostiæ, Dicebantur quæ secundo loco cædebantur. αἱ ἐπιθυόμεναι δεύτεροι θυσίαι. Apud veteres enim, si primis hostiis litatum non fuisset, aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur duæ, quæ prioribus jam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur. Festus.

Succīdĭa, diæ, f. p. Tergum, sive massa carnis porcinæ salita, & in necessarium usum servata: ita dicta quòd quoties opus est, succiditur. [ταριχεία. Gall. Flitche de lard. Ital. Mezena di porco salato. Ger. Einseiten/ oder ein ander stuck schweinin fleisch/darab man/ mann es noht thut/hauwen kan. Bel. Een syde specks. Hisp. El lardo de puerco salado. Pol. Pol'ec miessa. Vng. Sei zalonna. Ang. A flitch of bacon.] Nonius succidiam pro lardo exponit. Continet

autem pernam, petasonem, & lardum. Cicero in Catone: Iam hortam ipse agricolæ succidiam alteram appellant. Varro lib. 4. de lingua Latina, non à succidendo, sed à suibus cædendis dictam existimat. Nam id pecus primùm occidere cœperunt, & ut id servarent, salire. Idem de Re rustica, lib. 2. cap. 4: Quis enim nostrûm fundum colit, quin sues habeat: & qui non audierit patres nostros dicere, ignavum & sumptuosum esse qui succidiam suspenderit in carnario potiùs ab laniario, quàm ex domestico fundo?

Succisivus, a, um, vel quod magis placet eruditis, subcesivum, dicitur omne quod tanquam superva caneum succiditur, & rebus detrahitur, ut Succisivum tempus, quod subtrahitur, rebus magis seriis, ut ad aliquem usum accommodemus. [τὸ παρεργον, ἀπὸ τοῦ παρέργου ἀφαιρούμενον. Gall. *Ce qu'on rogne & quasi desrobe de ses principales affaires.* Ital. *Sottratto dalle imprese necessarie per fare altre cose.* Ger. Das nebtwendigen sachen entogen wird/ oder nüben ernstlichen dingen geschicht. Hisp. *Cortada y quasi hurtada de principales negocios.* Pol. *Czas pilniejszym sprawom odjęty a do mniejszych obrócony.* Vng. *Valamitwl el vonyattatot el mecztöt el patot dolog.* Ang. *That is cutt, drawen or scowred frome.*] Gellius lib. 20. cap. 11: Quantum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, quantumq; à cura & à re familiari, procurandoq; cultu liberorum meorum dabitur otii, ea omnia succisiva, & subsecundaria tempora, ad colligendas hujusmodi memoriatum delectatiunculas conferam. Cic. 1. de Legib. Succisiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: ut liqui dies ad rusticandum dati sint, ad numerum accommodentur, quæ scribimus. ¶ Succisivæ operæ, quæ gravioribus rebus sunt intermixtæ, cùm aliquid otii ab illis datum est. Cicero 2. Philipp. Nec verò tibi de versibus respondebo: tantùm dicam breviter, neq; illos, neq; ullas te omnino literas nosse: me nec Reipub. nec amicis unquam defuisse: & tamen omni genere monimentorum meorum perfecisse operis succisivis, ut meæ vigiliæ, meæq; literæ, & juventuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferent. ¶ Mensores etiam terræ nonnũquam dicunt, In succisivum esse unciam agri, aut sextantem, quum ad jugerum interdum pervenerant, & aliquid præter id, quod demetiendum erat, superesse videbatur. ¶ Succisiva in agrorum divisionibus dicuntur assignatorum agrorum reliquiæ, quæ à normali linea superabant. ¶ Succisivum (inquit Frontinus) à subsecante linea nomen accepit. ¶ Succisivorum duo genera, unum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit. Alterum genus quod in mediis assignationibus & integris centuriis intervenit: quicquid enim inter quatuor limites minus, quàm interclusum est, fuerit assignatũ, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui assignationi superest, linea claudatur, & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, succisivum appellatur. Hæc autem (ut scribit Hyginus) divisionum atq; assignationum autores sibi reservabant. Ab hac similitudine operæ, horæ, dies & tempora, quæ amicorum, fori, Reipub. negotiis supersunt, atq; ex iis quasi subsecantur, quæ nobis reservamus, & perite non sinimus, sed aut legendo, aut scribendo, aut commentando consumimus, subcesiva nominantur. Eam enim scripturã à doctioribus magis probari video, quàm ut scribi solet, succisiva. Cic. 1. de Leg. Subcesiva quædã tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.

Succido, is, pen. corr. Sub onere, vel præ lassitudine succumbo: à sub & cado. [ὑποκάμνειν. Gall. *Choisir dessous.* Ital. *Cascar sotto.* Germ. Empfallen/ bufallen. Hisp. *Caer abaxo.* Pol. *Pod ciężarem upadam.* Vng. *El esöm alatta.* Ang. *To fall downe or under, as one do his knees.*] Gell. Iam continuo labore gravis genua succiderant. Plaut. in Cure. Genua media succidunt lassitudine.

Succiduus, a, um, Pronus ad cadendum, sive fermè cadens. [ὑποκάμνων. Gall. *Qui choisit presque qui choisit aiément.* Ital. *Disposto à cadere.* Ger. Zum fall geneigt. Hisp. *Cosa que cae hazia baxo.* Pol. *Do upadania skłonny.* Vng. *El esöttö hajlan do.* Ang. *That falleth easilie or is nigh to fall.*] Claudian. lib. 3: Succiduti titubant gressus. Ovidius Epistol. 16: Succiduo dicor procubuisse genu. Idem 10 Metamorph. at illi Poplite succiduo genua intremuêre: fugitq; Et color & sanguis, animusq; reliquit euntem.

Succidus, Vide SVCCVS.

Succingo, is, Vestis lacinias cingulo coërceo, ut solemus, quò expeditiores simus ad aliquod opus faciendum. [שבם *schamah* אפד *ephódh* אזר *azár*, ἀναζωννύω. Gall. *Trousser & ceindre par dessous.* Ital. *Cingere, circondare.* Ger. Sich aufschürzen. Hisp. *Ceñir por debaxo.* Pol. *Podpasować się.* Vng. *Öö köthöm.* Ang. *To gird.*] Horatius 2. Serm. Satyr. 2: -veluti succinctus cursitat hospes. ¶ Nonnunquam ponitur pro circumcingo, sive ambio. Ovidius 11. Metamorph. Illa feris atram canibus succingitur alvum, Virginis ora gerens. De Scylla. ¶ Vrbs succincta portubus: hoc est, circumsepta, ac munita. Cic. de lege Agrar. Deleta Carthago est, quòd cùm hominum copiâ, tũ ipsa natura ac loco succincta portubus, atque arata mari, &c. Pectora succincta curis, Stat. 5. Syl.

Succinctus, nomen ex partic. [שבם *schamah* אפד *ephódh* אזר *azár*, ἀναζωννύω. Gall. *Ceint par dessous.* Ital. *Cinto di sotto.* Ger. Obsich zusammen gezogen/ gurtet. Hisp. *Ceñido por debaxo.* Pol. *Podpasany.* Vng. Öö köthöttt. Ang. *Girded.*] Plinius libro 16. cap. 10: Easdem arbores alio nomine esse per totam Italiæ, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioresque, & enodes. Hoc est, imâ sui parte minus ramosas.

Succingulum, li, n. s. sive Subcingulum, idem cum balteo, teste Festo. ζωστὴρ.

Succino, nis, n. t. Canendo subsequor, posteriore loco cano: huic opponitur Præcino. [ὑπῳδεῖν. Gall. *Sensibiaster, chanter apres vn autre, respondre à celuy qui chante.* Ital. *Cantare con vn altro & di bassa voce.* Ger. Einem nachsingen. Bel. Iemb singen. Hisp. *Cantar con otro y por debaxo.* Pol. *Zawtórzyć śpiewem.* Vng. *Vissza enekelök.* Ang. *To sing after or answer to an other in singing.*] Horatius lib. 1. Epist. - clamat, Victum date, succinit alter, & mihi dividuo fundatur munere quadra. ¶ Accipitur etiam succinere pro eo quod est, submissa voce canere.

Succentores dicũtur, quos vulgus *Basses* appellat. Contra cantores, qui vocem maximè acuunt. Occentores autem, qui medium inter utrunq; servant tenorem.

Succinum, succini, pen. corr. n. s. Electrum. [ἤλεκτρον. Gall. *Ambre.* Ital. *Ambro.* Ger. Agstein. Hisp. *Ambar.* Pol. *Bursztyn.* Vng. *Gyanta.* Ang. *Amber whereof beades are made.*] Veteres putaverunt esse lacrymam ex arboribus pinei generis. Verum hodie deprehensum est à viris doctis, qui Prussiam totam peragrarunt, nihil aliud esse quàm bitumnis genus existu profluens: primò liquidum, sed postea maris frigiditate condensatum. Succinum (inquit Ruellius) vulgus medicorum *ambram citrinam* vocat. Mauritani *Karabe*. Gestatur à nostris mulierculis decoris gratia: quædam monilium vice, aliæ orbiculis, quibus preculas suas numerant. Dictum succinum, quod succus esse crederetur profluens ex arboribus pinei generis. Plin. lib. 37. cap. 3: Arboris succum esse prisci nostri credidêre, ob id succinum appellantes. Amati Lusitani de succino sive electro verissima verba ita habent: Plini, inquit, verba vera esse hodie cognoscimus, quum in mari Balthico electrum sive succinum ex quo preculæ sive coronæ fiant, colligatur & nusquam alibi: quòd vero gumni arboris pinei simile est, ipsius in attritu pineus odor attestatur, cùm ambre glutinosum à fluctibus marinis in littus ejecitur. Nascitur enim electrum, liquidum, tanquam pini resina, quod cùm mustum fluit, formicas, muscas, paleas, & alia rapit, quæ omnia postea in eo densato, videntur, ut Martialis hoc distichо complexus est:

Quum Phaëthontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Hæc verissimè ita se habere, egomet ipse colligens succinum in littore Dantiscano sum expertus.

Succinus, a, um, adjectivum, Quo id significatur quod ex succino constat. [ἠλεκτρόφορος, ἠλεκτρόεις. Gal. *D'ambre.* Ital. *D'ambro.* Ger. Agstein/ aus Agstein. Hisp. *De ambar.* Pol. *Bursztynowy.* Vng. *Gyantabol valo.* Ang. *Of amber.*] Martial. lib. 6: Quum Phaethontea formica vagatur in umbra, Implicuit tenuem succina gutta feram.

Successivum tempus. Vide SVCCIDO, succidis.

Succlamo, as, o p. Acclamo, alterius orationem clamore excipio. [ἐπιφωνῶ. Gall. *S'esrier apres quelqu'vn, ou quelque chose.* Ital. *Gridare.* Ger. Zusschreyen. Hisp. *Dar voces y hacer bozeria, gritar.* Pol. *Na mowiącego wołam.* Vng. *Vtanna valamit kiáltok.* Ang. *To cry after, that one hathe said any thing.*] Cicero lib. 8 Epist. Succlamatum est frequenter à militibus. Livius lib. 5, ab Vrbe: Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius doloris, nec suæ libertatis se d. [illegible]

Succlamatio, onis, f. t. Acclamatio. [ἐπιφώνημα. Gall. *Cri, dit & parolle d'ancrieny.* Ital. *Grido.* Ger. Zusschreyung. Hisp. *Grito.* Pol. *Przydrugim wołam.* Vng. *Zaua vtan kiáltozás.* Ang. *Acclamation, or a consent signified by crying.*] Livius 10 bell. Maced. Si ex eo quòd aut inter se loquantur, aut succlamantibus apud concionantem Imperatorem significent, quid sentiant, &c.

Succollo, as, Collum suppono, cervicibus subjecta pono: quod proprie eorum est, qui aliquem in lectica gestant. [ὑποφορεῖν, ὑποφορεῖσθαι. Gall. *Charger sur son col ou sur ses espaules.* Ital. *Portar su le spalle.* Germ. Auff dem Hals/ oder den Achsen tragen. Hisp. *Llevare en el cuello o acuestas.* Pol. *Na szyi nosić.* Vng. *Nyakamra vagy valamit.* Ang. *To bearre upon my neck or shoulders, to put my neck under any thing.*] Suetonius in Claudio Cæsare, cap. 30: Ab his lecticæ impositus: & quia servi diffugerant vicissim succollantibus in castra delatus est.

Succõcrillã. Dictio est prorsus obsoleta, quę apud antiquissimos significabat vocem tenuem & claram: quod annotavit Festus, citans illud Titinnii: Fœmina fabula succõcrilla vocula.

Succresco, is, n.t. Subnascor, in subsidium vel locum alterius cresco, vel sub te aliqua altiore cresco. [Ꝼ chadhâl. ὑποφύομαι. Gall. Croître au dessous, aller en croissant, croître peu à peu. Ital. Andar crescendo, à crescer di nascosto. Ger. Herfürwachsen / vnden für wachsen. Hisp. Crecer secreto. Pol. Wyrastam. Vng. Alatta nöbök, hajtson nöbök. Ang. To grow vnder and low, to wax more and more.] Colum. lib. 4. cap. 14: Frequenter solum exercendum est, quum id incremento suo vites inumbrent, nec patientur herbam succrescere. Ovid. 9. Metamorph.: succrescit ab imo, Tortaq; paulatim lentus premit inguina cortex. Idem 8: haustum cratera repleri Sponte sua, per seq; vident succrescere vina. Plaut. Trinumm. Interim mores mali, quasi herba irrigua, Succreverunt ubertimé. ¶ Per translationem, Succrescere gloriæ seniorum, & succrescere ætati alicujus. Cic. 3. de Oratore: Nõ enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati, sed & ingenio peracri, & studio flagranti.

Succubi, & Succubi, qui dicantur, vide in verbo SVCCVBO.

Succõbo, as, are, n.p. Viro me subjicio, succumbo. [ἐνδίδωμι, ὑπείκω. Gall. Choir dessous. Ital. Cadere di sotto. Ger. Vnden liegen. Hisp. Caer debaxo. Pol. Odespadz liegę. Vng. Forsi ala fikszöm. Ang. To lye vnder.] Vnde & succuba dicitur adultera quæ alteno succubat viro. ¶ Item dæmones quidam dicti sunt succubi, qui assumpta muliebri specie, viris se creduntur subjicere: quemadmodum incubi appellantur, qui virorum specie assumpta, mulieres inire existimantur.

Succubã, æ, f.p. Adultera, quæ se alieno marito subjicit. [אמאמה meuaaphâh. μοιχαλὶς, μοιχεύτρια. Gall. Adultere. Ital. Adultera. Ger. Ein öder Hurensack so sich vnder einen anderen Mann legt. Hisp. La que se ayunta con marido ageno, adultera. Pol. Cudzołożnica, kurwa. Vng. Forsi ala fikszö kurwa, paraszna. Ang. A whore or harlot lying with another mannes husband.] Ovid. epist. 6: Iesti quoq; succuba nostri Mœreat, & leges sentiat ipsa suas. Succubonem pro succuba Titinnius posuit in Psaltria: Contemplari ancillas quam arbitror illarum succuboneum esse. Ex Nonio.

Succumbo, bis, bui, bitum, n.t. Vincor, defatigor, oneri impar sum. [נפל nephâl. ἀπογίγνομαι, ἀποκαμνω, ὑπείκω. Gall. Tomber & choir en bas, succomber, se laisser choir comme vaincu & las. Ital. Sottogiacere è cader di sotto. Ger. Vnder etwas erligen. Hisp. Caer debaxo, ser vencido. Pol. Podsyiszarem vpadam. Vng. Le esöm alatta alolatta ölöm. Ang. To fall downe or vnder.] Livius 6. ab Vrbe: Cui succumbere oneri coacta plebes. Ovid. 4. Fastor. Eleg. 1: Iam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis, Victa potest flexo succubuisse genu. ¶ Succumbere ad animum relatum, pro frangi, & ita debili animo esse ut ferre adversa nequeamus. Cic. 2. de Finib. Potius ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere. Idem 2. Tusculan. Pugiles verò etiam cùm feriant adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt: non quòd doleant, animóve succũbant: sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitq; plaga vehementior. Virgil. 4. Aeneid. Huic uni forsan potui succumbere culpæ.

Succurro, is, n.t. Subvenio, subsidio sum, auxiliũ præsto, suppetias fero. [עזר hazâr. βοήθω, ἐπικουρῶ. Gall. Secourir. Ital. Soccorrere, sovenire, porgere aiuto, soccorso. Ger. Hinzu lauffen zu helffen / zuspringen in der nöht. Bel. Helpen. Hisp. Socorrer, dar ayuda. Pol. Wspierjchać vspomagam. Vng. Segitségedre futok. Ang. To succour or help.] Virgilius Aeneid. Non ignara mali miseris succurrere disco. Cicero pro Sexto Rosc. Licet omnia pericula impendeant, succurram atq; subibo. Idem pro Rabirio: Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; communibus. Ovid. 1. Trist. Ele. 4. rebus succurrite læsis. ¶ Item ponitur pro in mentem venire. ἐπιγίγνομαι. Cicero: Neq; enim mihi succurrebant verba quæ ante discessum à Dolabella audieramus. Cicer. filius ad Tironem lib. 16: Deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse me de judicio patris judicare. Virg. 2. Aeneid.: pulcrumq; mori succurrit in armis.

Succursum, impersonale. Plin. lib. 23. cap. 1: Intellectũ ibi remedium est, potuq; succursum. Liv. 3. ab Vrbe: Se quoq; id generi at nomini dare: nec cum eo in gratiam rediisse, cujus adversæ fortunæ velit succursum.

Succus, ci, m. f. Humor tàm in animalium quàm in plantarum corporibus, quo illa aluntur: ita dictus à sugendo, ut quidam volunt, quòd singula membra, quantum cuique opus est, ex eo exugant, attrahantq;. [χυλὸς, χυμός. Gall. Suc, sève. Ital. Succo, humore. Ger. Ein safft. Bel. Sap. Hisp. Como. Pol. Sok. Vng. Lev, nedvesség. Ang. Juice, all kind of licour.] Cicero 2. de Natur. Deorum: Principio eorum quæ gignuntur è terra stirpes & habilitatem dant iis quæ sustinentur, & ex terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continentur. Virgilius 3. Aeglog. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. ¶ Succus pomorũ, pro sapore. χυμός. Virgil. 2. Georg. Pomaq; degenerant, succos oblita priores. Qui rem herbariam ex professo tractandam susceperunt, succum distinguunt à lacryma & liquore: ut lacryma sit quæ sponte profluit: liquor qui scarificato cortice emanat: succus, qui ex planta contusa exprimitur. Quæ differentia, ut cognitu digna est, ita à scriptoribus nullo pacto observatur. Nam & Plinius succum accipit pro resina sive pice ex arboribus sponte profluente. Ita enim habet lib. 16: Arborum ex quibus manat succus, aliæ picem, aliæ resinam mittunt. ¶ Succus civitatis per translationem. Cicero ad Atticum lib. 4: Amisimus, mi Pomponi, nõ omnem modò succum & sanguinem, sed etiam colorem & pristinam speciem civitatis.

Succõsus, Plenus succo, quod & succulentum dicimus. [χυλώδης. Gall. Plein de suc, & d'humeur, sereux. Ital. Pieno di succo. Ger. Saffticht / voll safft. Hisp. Cumoso, lleno de cumo. Pol. Pełen soku. Vng. Leves nedves. Ang. Full of juice.] Plin. lib. 12. cap. 25: Exit & in Pamphilia, sed actior minusq; succosus. ¶ Locus succosus: id est, natura humectus & irriguus. Colum. lib. 2. cap. 17: Meliusq; haberur fœnum quod natura succoso gignitur cœlo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. ¶ Succosior comparativum. Colum. lib. 4. cap. 29: Id porrò in aliis stirpium generibus, quæ firmioris & succosioris libri sunt, posse fieri sanè concesserim.

Succĭdus, a, um, pen. cor. à succidendo, aut à succo: aut, ut Varro putavit, à sudore dictum est: ut Lana succida: hoc est, pinguis, sordida & nondum lota: hoc est, talis qualis succiditur. [Græci ἐνδυμα vocant. Gall. Plein de suc, sereux & humide. Ital. Grasso, sporco. Ger. Rauwe ungeschorne wöllte Wollen. Hisp. Cosa suaxia, à cosa xugosa. Pol. Pełen w ługu tłustości. Vng. Wöggebe való, szösmanyfirés. Ang. Full of juice, moistie, as vnwashed wull.] Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 11: Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernũ & solstitium, quum sudare incœperunt oves: à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Iuven. Satyr. 3. Qualis cœna tamen? vinum quod succida noli Lana pati.

Succutĭo, tis, secunda syllaba correpta. act. t. compositum ex præpositione sub & verbo quatio, Paululũ quatio. [הרעיש hirhîsch. σείω κάτω. Gall. Secouer, aller au trot, trotter. Ital. Trottare, andar di trotto, scuotere. Ger. Auffschutten. Hisp. Sacudir. Pol. Strząsam. Vng. Ala verdem, verbegetem, mezgetem. Ang. To shake or jogge, to trott.]

Succusso, as, frequentativum, proprieq; dicitur de equis qui duriore gradu incedentes, sessorem concutiunt: quod genus equorum & succussores, & succussarios, & succussatores appellamus. [σείω κάτω πολλάκις. Gall. Secouer souvent, donner plusieurs secousses. Ital. Scuotere spesso. Ger. Auffhoytem / erschütten eine schutten wie die hart trabenden Rossi den Reuterem thun. Bel. Hart braven. Hisp. Sacudir à menudo. Pol. Strząsaci. Vng. El verdem ala hayton. Ang. To jogge often, to trott.] Accius: Agite ac vulnus ne succusset gressus, cautè ingredimini. Lucilius: Succussatoris tardi, rariq; caballi.

Succussĭo, nis, m.t. ut Equus succussor vel succussator. [Vng. Hanyás.] Lucilius apud Gellium lib. 1. cap. 16: Campanus lonipes succussor, nullus sequetur.

Succussŭs, us, m.q. [רעש rahâsch. ἐ κάτω κινησις, ἐ κάτω κινησις. Gall. Secousse. Ital. Essere trottar è scuotere. Ger. Erschütterung / auffhoytung. Hisp. Sacudimiento. Pol. Strząsienie. Vng. El verés, el hányás. Ang. A jogging or trotting.] Verbale à Succutio. Cic. 2. Tuscul. Pedetentim, inquit, ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.

Sucĭus, vide SVGO.

Sŭcŭlă, pro parvo sue, vide SVS.

Sŭcŭlæ, f.p. dicuntur stellæ, quæ alio nomine Hyades vocantur, à pluvia. [כימה chimâh vâdte.] Nam & orientes, & occidentes, tempestates & pluvias cient. Vnde etiam à Latinis Suculæ appellantur, quòd suum ritu luto delectari videantur. Exoriuntur XII. calend. Iunii. Plin. lib. 18. cap. 26. Aegypto suculæ occidunt vesperi. ¶ Est & sucula genus intimæ vestis. Plautus in Ruden. Duę connexæ maniculæ cum sucula. ¶ Sucula, inquit Budæus, Machina est tractorii generis: constat autè tereti ligno, aut pluribus vectibus trajecto, utrinq; æqua extantibus longitudine: hæc dum versatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Hujusmodi machina hodie vietores id est, cuparii, vinã ex hypogeis subvehunt, torcum eũ appellantes. Budæus.

Sŭdēs, hujus sudis. f.t. Pertica seu genus teli rustici: hoc est, pãxillus igni torridus. [חנית chanîth. κοντός. Gall. Vn pieu, vne perche. Ital. Pertica, bastone. Ger. Ein pfaal / spartes / bibel. Hisp. La vara à pertiga à madera gruessa. Pol. Kyopolcem. Vng. Egy sövölt hegyes pacza. Ang. A certaine sheff horned in the end.] Virgil. 7. Aeneid. Sudibusq; præustis. Idem lib. 1. Georg. Quadrifidasve sudes, & acuto robore vallos. Vbi Servius: Vallus, & sudes idem est,

Sudibus inter se concurrere. Liv. 6. bell. Pun. Tertio die sudibus inter se, in modum justæ pugnæ concurrerunt, prælatisq; missilibus jaculati sunt.

Sudis, hujus sudis, Piscis insigni magnitudine, & sapore non ingrato, quem Græci σφύραιναν appellant. Plinius lib. 32. cap. 11. Sunt præterea à nullo autore nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis *sphyræna*, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.

Sudo, das, n.p. παρὰ τὸ ὕδωρ, quod aquam undamq; significat, derivatum existimatur, aspiratione in s literā conversa. [ἱδρόω. Gall. *Suer.* Ital. *Sudare.* Ger. Schwitzen. Hisp. *Sudar manando sudor.* Pol. *Pocę się.* Vng. *Veritekezem.* Ang. *To sweat.*] Et modò absolutè ponitur. Horat. de Arte: sudavit & alsit. Idē 2. Serm. Satyr. 2: -tu pulmentaria quære Sudando. Cicer. 1. de Divin. Nuntiatum est alicubi deorum sudasse simulacra. Idem 2. de Orat. Quum ille diceret se sine causa sudare: Minimè mirum, inquit: modò enim existi de balneis. ¶ Modò cum ablativo jungitur. Liv. Et scuta duo sanguine sudasse. Virgil. 2. Georg. Vnde cavæ tepido sudant humore lacunæ. ¶ Modò cum accusativo, pro exudare, sive sudādo producere. Virg. 4. Eclog. Et duræ quercus sudabunt roscida mella. Idem Eclog. 8: Pinguia corticibus sudent electra myricæ. ¶ Sudare metaphoricōs pro vehementer laborare: nam magnos labores solet & sudor comitari. Terentius in Phorm. -eia sudabis satis, Si cum illo incœptas homine: ea eloquentia est. Hoc est, satis erit tibi negotii, satis laborabis. Cicero pro Sestio: Sudandum est his pro communibus commodis.

Sudatus, participium. [ἱδρωμένος. Gall. *Sué.* Ital. *Sudato.* Ger. Geschwitzet. Hisp. *Sudado.* Pol. *Spocony.* Vng. *Veritekezett.* Ang. *Moist e with sweat.*] Stat. 5. Theb. -labor gelido sudatus in Hæmo. Claud. 2. de Raptu Proserp. -fibula sudata marito.

Sudatio, verbale, f.t. [זיעה *iezah* זעה *zehah.* ἡ ἱδρωσις, ἡ ἐφίδρωσις. Gall. *Suement.* Ital. *Sudamento.* Ger. Schwitzung. Hisp. *Sudamiento.* Pol. *Spocenie.* Vng. *Veritekezés.* Ang. *A sweating.*] Senec. Epist. 87: Nisi Tasius lapis, quondam rarum spectaculum in aliquo templo piscinas nostras circumdederit, in qua corpora multa sudatione exinanita demittamus.

Sudator, oris, verbale, m.t. Qui sudat. [ἱδρωτικός. Gall. *Qui sue, sueur.* Ital. *Chi suda.* Ger. Ein schwitzer. Hisp. *El que suda.* Pol. *Ten ktori się poci.* Vng. *Veritekező.* Ang. *A great sweater.*] Plin. lib. 32. cap. 1: Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum.

Sudatrix, cis, verbale, f.t. [ἱδρώτρια. Gall. *Celle qui sue.* Ital. *Donna che suda.* Ger. Schwitzerin/eine so schwitzet. Hisp. *La que suda.* Pol. *Ta ktora się poci.* Vng. *Veritekező aszszoni.* Ang. *A woman that sweateth.*] Martial libro 12: Dum per limina potentiorum Sudatrix toga ventilat, vagumque Major Cælius & minor fatigant.

Sudabundus, a, um, [ἱδρῶν ἱκανῶς. Gall. *Tout suant.* Ital. *Che tutto suda.* Ger. Schwitzend/schweissig. Hisp. *El que suda de todas partes.* Pol. *Pocący się.* Vng. *Verite kövezvén anag mindbu testenel veritekező.* Ang. *All sweatie.*] Ovidius ad Pisonem: -totaq; ludos Turba repentè suos jam sudabunda relinquit.

Sudor, oris, m.t. Excrementum aqueum per cutem exudans. [זיעה *iezah* זעה *zehah.* ἱδρώς. Gall. *Sueur.* Ital. *Sudore.* Ger. Der schweiß. Hisp. *Sudor, aquel humor que se suda.* Pol. *Pot.* Vng. *Veritek.* Ang. *Sweat.*] Plin. lib. 10. cap. 72: Serpentes neq; sanguinis, neque sudoris vim habent, quæ aviditatem naturalem sale augent. Cicero 1. de Divinatione: Nec enim sanguis nec sudor nisi è corpore fluit. Virgil. 3. Georg. Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. Idem 2. Aeneid. -salsusq; per artus Sudor iit. Idem 3. Aeneid. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. ¶ Sudor, pro labore. Cic. pro Fonteio de Gallis: Qui cum ipso Mar. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoq; ejus sudore ac labore sub pop. Rom. imperium ditionemq; ceciderunt. Idem 1. de Orat. Ac stylus ille tuus quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum, multi sudoris est.

Sudorifus, a, um, adjectivum. [ἱδρωτικός. Gall. *Qui fait suer.* Ital. *Che fa sudare.* Ger. Das schwitzen machet/ oder zu dem schwitzen gehört. Hisp. *Cosa que haze sudar.* Pol. *Do pocenia przynależący.* Vng. *Veritekhozó.* An. *That maketh one to sweat.*] Plaut. in Stich. Nullos meliores esse parasitos sinam, vel unctiones Græcas, sudatorias vel alias malis.

Sudatorium, ii, n.f. Locus ad sudandum extructus, vaporariū. [τὸ πυριατήριον, τὸ λακωνικόν. Gall. *Estuves seches, le lieu es estuves au l'on sue.* Ital. *Luoco da sudare, stuffa secca.* Ger. Ein schweißbad/ schweißstuben: ort da man schwitzet. Hisp. *Lugar o el baño para sudar.* Pol. *Łaźnia, miejsce do pocenia.* Vng. *Gőzös fördő.* Ang. *Stewes, or a place made to sweat in.*] Seneca de vita beata: Circa balnea & sudatoria, ac loca Aedilem metuentia, &c. Idem epistola 52: Quid mihi cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corporum exhausturus includitur.

Sudarium, rii, n.f. Linteum quo sudor faciei detergitur, & nares purgamur. [καψιδρώτιον, σουδάριον. Gall. *Suaire, linge ou mouchoir duquoy on essuye la sueur.* Ital. *Sudario, over fazzolo, fazzoletto.* Ger. Ein schweißtuch. Bel. Eenen sweetdoeck/ eenen sweetdoeck. Hisp. *Sudario, o toca de lienço.* Pol. *Chustka do ocierania potu.* Vng. *Veritek törlő keszkenő.* Ang. *A napkin or cloth for sweat.*] Suetonius in Nerone, cap. 48: Adoperto capite, & ante faciem obtenso sudario, equum ascendit quatuor solis comitantibus. Et mox: Ligato circa collum sudario prodierat in publicum. ¶ Hujus diminutivum est Sudariolum. Martialis lib. 11: Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba, Et queritur labris puncta puella meis. Quintilianus lib. 6. cap. 3: Quum reus agente in eum Calvo candido frontem sudario tergeret, &c.

Sudariolum, diminutivum à sudarium. [Vn. *Veritek törlő keszkenőcske.*] Apul. in Apolog. Ais enim me habuisse quædam sudariola involuta apud Lares Pontiani.

Sudum, sudi, n.f. quasi sine udo id est, humido, est propriè pars serena inter nubes. [צחצחה *tsachtsachah* טהר *tahar.* αἰθρία. Gall. *Beau temps, serain.* Ital. *Tempo asciutto.* Ger. Der schöne Hymmel so man zwischen den Wolcken hinein sicht. Hisp. *Tiempo sereno y claro.* Pol. *Niebo wesołe.* Vng. *Tiszta fölybankul vala.* Ang. *Faire weather.*] Virgil. 8. Aeneid. Arma inter nubes cœli in regione serena Per sudum rutilare vident. ¶ Accipitur tamen sudum pro sicco sive sereno tempore, quum scilicet nulla est pluvia. Cicer. ad Tiron. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Plautus in Mil. Curate ut splendor meo clypeo siet clarior, Quàm solis radii esse olim, quum sudum est, solent. Virg. 4. Georg. Ergo ubi ver nactæ sudum, camposq; patentes, Erumpunt portis.

Sueo, es, antiquum verbum, Soleo: unde suesco. [למד *lamadh.* ἔθω. Gall. *Avoir de coustume, estre accoustumé.* Ital. *Vsare.* Ger. Gewohnt seyn/pflegen. Hisp. *Acostumbrarse.* Pol. *Zwykłem.* Vng. *Zokom.* Ang. *To be wonted or accustomed.*] Lucretius libro 1: & semina rerum Appellare suemus id est, solemus. Livius 5. ab Vrbe: Nec secus quàm divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus ante talibus consiliis. Cicero secundo de Natura deorum: Has Græci stellas *Hyadas* vocitare suerunt. Lucretius libro primo: -nec frigora quimus Vsurpare oculis, nec voces cernere suevimus.

Suesco, is, suevi, suetum, n.t. Consuetudinem capio. [למד *lamadh.* ἐθίζομαι. Gall. *Avoir de coustume, estre accoustumé.* Ital. *Vsare, avvezzarsi.* Ger. Gewohnen. Hisp. *Acostumbrarse.* Pol. *Przyzwyczaiam się.* Vng. *Zokom.* Ang. *To be accustomed, or to have an accustome.*] Cicer. Metello: A te id, quod suevisti, peto me absentem diligas, atq; defendas. Claud. lib. 3. -post hæc cunabula dulci Ferre sinu, summoq; Iovi deducere parvam Suevirat, & genibus ludentem aptare paternis.

Suetus, a, um, participium. [למד *lummadh* למוד *limmudh.* ἐθάς, ἐθισμένος. Gal. *Accoustumé.* Ital. *Vsato, solito.* Ger. Gewohnt. Hisp. *Acostumbrado.* Pol. *Przyzwyczajony.* Vng. *Zokot.* Ang. *Accustomed.*] Virg. 5. Aeneid. -geminos immani pondere cæstus Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. Cic. ad Attic. lib. 6: Ita multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ sunt, omnes suis legibus & judiciis usæ, αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. Lucan. lib. 1: Bella nefanda parat, suetus civilibus armis.

Suffarcinatus, Sarcina quapiam oneratus. [עמוס *hamus.* σεσαγμένος. Gall. *Garni de haillons & vieils drappeaux.* Ital. *Caricato, aggravato.* Ger. Beladen. Hisp. *Cargado.* Pol. *Obciążony.* Vng. *Meg terheltetett.* Ang. *Loden or burdened, stuffed.*] Terent. in And. -verùm vidi Cantharam Suffarcinatam. Plaut. Curc. Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffarraneus, m.f. [σιτηγὸς στρατιωτικός. Gall. *Vivandier, qui porte quelque blé ou grain au camp.* Ital. *Vivandiero, che porta grano al campo.* Ger. Einer der Mäl/ oder Korn in das Läger führt: aber nicht [illegible] dem mal/ ein Hobler oder Marckant. Hisp. *El que trae trigo y otro grano al real.* Pol. *Ten który zboże przywozi do obozu.* Vng. *Lixe barda.* Ang. *That beareth wheate to the camp.*] A farre, quemadmodum confarreatio, deduci videtur: & significat eum qui far in castra convehit, non justo commeatu aliquo, sed crebris & vilibus institorum vecturis. Plin. lib. 7. cap. 43: Ciceronem mulionem castrensem suffarraneum fuisse, &c.

Suffero, pen. corr. act. inconf. Sustineo, patior, tolero. [סבל *sabal* נשא *nasa.* ὑποφέρω, ὑπομένω. Gall. *Souffrir, supporter, endurer, soustenir.* Ital. *Sofferire, tolerare, patire.* Ger. Erdulden/ertragen. Bel. Lijden/verdragen. Hisp. *Sufrir padecer.* Pol. *Wycierpieć.* Vng. *El viselem el szenvedem.* Ang. *To suffer, to beare with.*] Virg. 2. Aeneid. nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent. Terent. Heaut. -satis pes si fiet Amator nunquam sufferre ejus sumptus queat. Cicero pro Cæcina: Quam multam si sufferre voluissent, tamen manere in civitate potuissent. Idem pro Flacco: Nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam vicissim nos pœnas, si ita diis placet, sufferamus.

Suffertus,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Suffertus,a,um. Deductum videtur à suffercio, sicut Refertus, à refercio. [מלא malê. ὑπογεμισθεὶς. ἐμφορηθεὶς. Gall. Replet, farci et garni, espois. Ital. Pieno, spesso. Ger. Voll/ oder vollgeschoppet. Hisp. Lleno, spesso. Pol. Nathkany, pel' nonabyti. Vng. Meg tölteit. Ang. Filled and stuffed.] Suet. in Neron. cap. 20: Mediaq; in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subdidisset, aliquid se sufferti tinnituri Græco sermone promisit. Hoc est, cantaturum se clarius aliquid: aut quod Græci dicunt ... id est, densum quippiam, aut succi plenum.

Suffertim, adverbium, plenius, ac densius. [Vn. Surrwen, tellyesen, temer.] Suetonius in Nerone: Si paululum subbibisset aliquid se suffertum tinnitutum. Ita enim legendum putat Egnatius.

Suffervĕo, suffervet, ere. Aliquantulum ferveo. [ὑποζέω, ὑποθερμαίνομαι. Gal. Estre quelque peu bouillant. Ital. Bogliere vn pochetto. Ger. Ein wenig sieden vnd strudlen. Hisp. Hervir vn poco. Pol. Troche wrzeć. Vng. Meg hewülök, forrok. Ang. To be somewhat heate.] Plin. lib. 13. cap. 11: Vulgò verò nec suffervere faciunt.

Suffervĕfăcio, cis, ere, act. t. Subfervidùm reddo. [ὑποθερμαίνω. Gall. Faire vn peu bouillir. Ital. Intepidire, scaldare alquanto. Ger. Ein wenig siedig machen. Hisp. Hazer hervir vn poco. Pol. Wzwarzyć. Vng. Meg forralom. Ang. To mak somewhat heat.] Plin. lib. 22. cap. 26: Odor verò in vino suffervefacti antecedit alios. Idē lib. 21. cap. 25: In vesicæ verò dolore, semuncia amyli cū ovo, & passis tribus suffervefacta à balneo.

Suffervĕfio, vefis, eri, Aliquantulum fervidus fio. [ὑποθερμαίνομαι. Gall. Estre fait vn peu bouillant. Ital. Esser tepido. Ger. Zum theil anfahen siedig werden. Hisp. Ser tibio, y caliente. Pol. Poczynam wrzeć. Vng. Meg pěžők, forradok. Ang. To be made somewhat heate.] Plin. lib. 27. cap. 8: Qui fidem promisso huic quærunt, affirmant lapillos, qui suffervefiant, unà rumpi.

Suffes, etis, pen cor. m. t. Summi magistratus nomē erat apud Carthaginienses, non dissimilis Romanorū Consulatui. Liv. 30. belli Pun. Senatum itaq; sufferes (quod velut Consulare imperium apud Carthaginienses erat) vocaverunt. Idem 2. bel. Pun. Infestus ob direpta quędam ab conscendentibus naves militibus, ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum Quæstore elicuit.

Suffibulum, li, pen. corr. sive Subfibulum, Vestimentum album erat, teste Festo, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Sufficio, is, ex sub, & facio, Satis sum, par sum. [די אני dai ani. ἐξαρκῶ, ἀντέχω. Gall. Suffire, satisfaire. Ital. Bastare, essere sofficiente, et assai. Ger. Genug/oder genugsam seyn. Bel. Genoech sijn. Hisp. Bastar. Pol. Dostatczam. Vng. Eleg vagyok. Ang. To suffice, to be sufficient or ynough, to satisfie.] Stat. lib. 5. Sylv. Vade puer, tantisq; enixus suffice donis. Id est, satis esto. Cic. in Salust. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Ovid. 3. Trist. Eleg. 2: Sufficeritq; malis animus. Virg. 11. Aeneid. -nec sufficit umbo Ictibus: hoc est, satis esse non potest sustinendis ictibus. ¶ Nonnunquam sine dativo collocatur, ejus loco habens infinitivum. Virgil. 5. Aeneid. Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm Sufficimus. ¶ Aliquando ponitur pro subministrare, ὑπηρετέω. Virg. 2. Aeneid. Ipse pater Danais animos, viresq; secundas Sufficit humorem. ¶ Aliquando pro substituere, ἀντικαθίστημι. Virg. 2. Georg. Atq; aliam ex alia generando suffice prolem. ¶ Vnde suffecti magistratus dicuntur, qui in locum mortuorum, eorumve qui munere suo perfuncti sunt, surrogantur. Cic. lib. 4. Epist. Si Appii os haberem, in cujus locum suffectus sum, tamen, &c. ¶ Aliquando inficere, maculare. Cic. in Hortens. Vt ii, qui in conviviis purpuram sufficiunt, pòst sanant medicamentis quibusdam.

Suffĭcienter, adverb. Satis abundanter. [ἀρκούντως, ἱκανῶς, ... Gall. Suffisamment, à suffisance, assez. Ital. A sufficienza. Ger. Genugsamlich. Hisp. Assaz, con sufficiencia. Pol. Dostatecznie. Vng. Eleg seppen. Ang. Sufficientlie, ynough.] Vlp. l. sed & si quid § 1. ff. de usufr. & quemad. Sufficienter autem alere & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum.

Suffigo, is, xi, xum, act. t. Affigo, in sublimi figo. [ἀνασκολοπίζω, ... Gall. Ficher dessous. Ital. Inficcare, afficare. Ger. Auffhefften. Hisp. Hincar à otra cosa. Pol. Przybiyam. Vng. Föl fig gezőm, föl ... Ang. To fasten, naile or sett vp forelie.] Cicero in Pisonem: An ego, si te & Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus, Semesos pisces, tepidumq; ligurierit jus, In cruce suffigat, Labeōne insanior inter Sanos dicatur? Hircius de bello Africo lib. 5: Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

Suffio, fis, fivi, vel fii, fitum, act. q. Suffumigo. [קטר kittér. θυμιάζω. Gal. Perfumer. Ital. Perfumare. Ger. Berreuchen/vnden auff reuchen. Bel. Daderrooken/onderstrum. Hisp. Sahumar. Pol. Kadze. Vng. Füstölöm. Ang. To perfume or mak sweet smoke.] Plinius: Hippocrates cura vulvarum causa naturam suffire jubet. Virgil. li. 4. Georg. At suffire thymo, cerasq; recidere inanes Quis dubitet? Colum. lib. 12. cap. 18: Cella quoq, vinaria omni stercore liberāda, & bonis odoribus suffienda. Lucret. lib. 2: Ignibus æthereis terras suffire feraces.

Suffītus, ta, tum, pen. prod. Suffumigatus. [מקטר muktár. τεθυμιαμένος. Gal. Perfumé. Ital. Perfumato. Ger. Berreuchet/den rauch vnden her gelassen. Hisp. Sahumado. Pol. Okadzony. Vng. Füstölteröt. Ang. Perfumed.] Plin. lib. 20. cap. 17: Anisum dolores capitis levat, suffitum naribus.

Suffītus, tus, m. q. Suffumigatio. [קטר kittér קטרת ketóreth קטורה ketoráh. θυμίαμα. Gall. Perfumement. Ital. Perfumo. Ger. Ein berauchung vnden auff. Hisp. Sahumerio. Pol. Okadzenie. Vn. Füstölés. Ang. A perfuming or fumigation.] Plin. lib. 24. cap. 11: A' multis in suffitus pro thure assumitur. Idem alibi: Et vulvarum conversionem suffitu excitant.

Suffītio, onis, f. t. suffitus. [קטר kittér קטרת ketóreth קטורה ketoráh. ὑποθυμίασις.] Plin. lib. 25. cap. 22: Orpheus. & Hesiodus suffitiones commendavēre. Colum. lib. 1. cap. 6: Ne rursus nimia suffitione medicata sint.

Suffītor, ris, verbale, m. t. à suffiendo deductum. [מקטר mekattér. ὑποθυμιατής. Gall. Perfumeur. Ital. Perfumatore. Ger. Ein berreucher. Hisp. Sahumador, el que sahuma. Pol. Ten ktory kadzi. Vng. Füstölő. Ang. A perfumer.] Plin. li. 34. cap. 8: Lycus & ipse puerum suffitorem.

Suffīmen, inis, n. t. Suffitio. [קטר kittér קטרת ketóreth קטורה ketoráh θυμίαμα.] Ovidius: Sanguis equi suffimen erit.

Suffīmentum, ti, n. f. Suffitus. & Suffitio. [קטר kittér קטרת ketóreth קטורה ketoráh. ὑποθυμίασις, θυμίαμα. Gall. Persum. Ital. Persumo. Ger. Ein rauch/oder berauchung. Hisp. Sahumerio. Pol. Wszelka rzecz do kadzenia dobra. Vng. Füstölés. Ang. A perfuming.] Plin. Quod & suffimentis quibusdam facere consuevetunt. Cic. 1. de Leg. Nam & in iis sine illius suffimentis expiati sumus. Suffimenta, inquit Festus, à veteribus dicta sunt, quæ fieri solebant ex faba, milioq; molito, mulso asperso. Ea diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prælo premebantur.

Suffiscus, sci, Folliculus testium arietinorum, quo utebantur antiqui pro marsupio: à fisci similitudine dictus. Festus.

Sufflavus, adject. [ὑπόξανθος, ὑπόπυρρος. Gall. Iaunastre. Ital. Alquanto giallo. Ger. Ein wenig gäld. Hisp. Vn poco rubio, y rozo. Pol. Troche zoltawy. Vng. Halovany sziw sarga, sarga ...ium. Ang. Somewhat yellow.] Aliquantulum flavus, non plane flavus. Suet. in Nero. cap. 51: Statura fuit penè justa, corpore maculoso & fœdo, sufflavo capillo.

Sufflo, flas, act. p. Inflo, flatu excito. [נשב nascháb נפח napháh. φυσάω, ἐμφυσάω. Gall. Souffler, emplir de vent. Ital. Soffiare, soppiare. Ger. Hinunder blasen/vndenbar blasen. Bel. Opblasen. Hisp. Soplar. Pol. Podlimam. Vng. Föl fuom. Ang. To blowe, to fill with wind.] Plin. li. 43. cap. 8: Bæthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes. ¶ Sufflare buccas: id est, inflare, sive flatu extendere. Plaut. in Stich. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labia tibias, suffla. Celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.

Sufflātio, onis, verbale, f. t. Inflatio. [מפח mappéch. ἐμφύσησις. Gall. Soufflement. Ital. Soffiamento. Ger. Auffblasung/blast. Hisp. Soplo, obra de soplar. Pol. Poddecie. Vng. Föl fuás. Ang. A blowing at any thing.] Plin. lib. 9. cap. 7: Præterea bullantium aquarum sufflatio, lunæq; effectu concharum quoque corpora augescentia.

Sufflāmen, minis, n. t. Machinæ genus est, teste Budæo, quo in descensu, vel procursu nimio rota solet retineri. [ἐπιτροχοπέδη. Gall. Vn enrayoir, vne piece de bois dequoy on arreste les roues en vne descente trop roide, afin qu'elles n'aillent trop viste. Ital. Legno da retinere vna ruota che corre. Ger. Ein spannseil/oder spannstrick/ mit dem die Fuhrleut die reder spannen an gähen orten. Hisp. La esterenja del exe del carro. Pol. Hamulec. Vng. Kerek kötő. Ang. A deuise to stay the over speedie going of a cart downe an hill.] Juven. Sat. 8: Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.

Sufflāmĭno, nas, act. p. Sufflamine comprimo, & retineo. [ἐπιτροχοπεδάω. Gall. Arrester les roues, qu'elles n'aillent trop viste, accouillrer d'vn rayoir. Ital. Fermare vna ruota mettendoui vn legno. Ger. Reder spannen daß sie nicht zu schnell lauffen. Hisp. Cancar la rueda para que no vaya atras. Pol. Kola wbieyo hamuie. Vng. Meg kötöm az kereket. Ang. To hold or hinder with a deuise least a cart ouer speedelie go downe an hill.] Senec. 4. Declam. Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque D. August. optimè dixit: Aterius noster sufflaminandus est: adeò nedum currere, sed decurrere videbatur, nec verborum tantùm illi copia, sed etiam rerum erat.

Suffōco, cas, penult. prod. act. p. ex sub, & faux, au in o productum conversa, Spiritum præcludo, fauces constringo. [חנק chanák.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

chandk mize, ἐπνίγω. Gall. Suffoquer, estouffer. Ital. Suffocare. Ger. Erſtecken, Erwürgen. Bel. Worghen. Hiſp. Abogar. Pol. Duſic, da mic. Vng Meg fojtom. Ang To choke, to strangle.] Quanquam etiam latius accipitur pro quovis modo enecare: ut Suffocare fame, Suffocare veneno. Cicero ad Atticum libro 9: Consilium primum eſt, ſuffocare urbem, & Italiam fame: deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere. Idem pro Muræna: Qui gallum gallinaceum ſuffocaverit. Ovidius in Ibin: Suffocent animam dira venena tuam.

Suffocātio, onis, verbale, f. t. Suffocandi actus. [מחנק machanak ὁ πνιγμὸς, ἡ ἀποπνιξις. Gall. Estouffement, ſuffocation. Ital. Suffocamento. Ger. Erſteckung. Hiſp. Abogamiento. Pol Zaduſzenie. Vng Meg fojtas. Ang Choking.] Plin. lib. 20. cap. 5: Ejus ſemen contritum, & in vino potum, tumentem alvum, & ſuffocationes mulierum, doloresq; lenit.

Suffōdio, is, Subtus effodio. [כרה chardh חפר chaphár. ὑπορύσσω. Gall. Fouir & caver par deſſous, miner & creuſer. Ital. Incavare. Ger. Hinunder nülen, oder graben Hiſp. Cavar por debaxo Pol. Podkopuie. Vng Meg aſom az alyat meg kapalom. Ang. To digge vnder.] Colum. libro 2. capite 18: Neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet. ¶ Suffodere equum, eſt eum confodere, & propriè ſub ipſo ſeſſore occidere. Cæſar 4. belli Gal. Rurſus his reſiſtentibus, conſuetudine ſua ad pedes deſiliverunt: ſuffoſsisq; equis, compluribusq; noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt. Virg. 11. Aeneid. Suffoſſo revolutus equo.

Suffoſsĭo, verb. f. t. ὑπόρυξις. Gall. Cavement, creuſement. Ital. Cavamento. Ger. Vndergrabung. Hiſp. Cavamiento, cavadura. Pol Podkopanie. Vng Az alya meg aſaſa. Ang. A digging vnder.] Seneca Epiſt. 50: Quum hoſtilia in partes tela vibrarent, & ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret & cuniculis.

Suffrænātĭo, onis, f. t. Colligatio, & arcta ſtructura, quæ lapides veluti fræno retinet. [ἡ ἐγχάλινωσις, ἡ τῶν λίθων ἢ ἄλλων τινῶν ἐγκὸ ... Gall. Liaiſon forte & ferrée qu'on fait ès murailles. Ital. Concatenamento che ſi fa tra le muraglie. Ger. Eynzwingung / oder zuſammen klammerung der ſteinen. Hiſp. Enfrenamiento, atadura fuerte de muros. Pol. Klamrami ſpoienie. Vng. Kövek foglalas tſatlas. An. A ioyning or binding together of ſtones in a wall.] Plin. lib. 36 cap. 22, de quodam lapidis genere: Globoſus contra injuriam fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione devinctus.

Suffrāgo, pen. prod. ſuffraginis, f. t. Flexura eſt in poſterioribus quadrupedū cruribus, retrorſum incurvata, quæ in prioribus contrario modo inflexa genu dicitur. [ἰγνύα. Gall. Le iarret des iambes de derriere des chevaux & autres beſtes. Ital. Garetti d'alle gambe dietro del cavallo. Ger. Der hinderſch gewendet knybueg an den hinderen füſſen der Thieren. Hiſp. La qvartilla dablegadura della beſtia. Pol. Przeguba u nogzadnich u konia albo też u zwierząt inſzych. Vng Az hatulſo labanak visſa ki hajlo inai. Ang. The paſterne of a beaſt.] Dictæ ſuffragines, quòd ibi cruris continuitas diviſa, & quodammodo fracta appareat. Plinius libro 8. capite 45: Victimarum probatio in vitulo, ut cauda articulū ſuffraginis contingat. Idem: Aves, & quadrupedes alas in priora curvant, ſuffragines in poſteriora. ¶ Suffragines etiam dicuntur vitis ſoboles, radicibus adhærentes. Colum. lib. 5: Et ſi ſoboles (quam ruſtici ſuffraginem vocant) radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroq; evellenda eſt, ut hybernas aquas reſpuat.

Suffrāginōſi equi, m. f. Quorum ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. [Gall. Chevaux qui ont mal ès iarrets, qui ont les eſparuins. Ital. Cavalli che hanno le ſpalle. Ger. Roſs die an den hinderen fuſstrümmen preſthafft ſind. Hiſp. Cavallos con aunaganes benigas. Pol Konie chramiace na nagenkach nog zadnich. Vng Inpokos lo kaptatetemes lo. Ang Horſes diſeaſed in the paſterne.] Colum. lib. 6. cap. 38: Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur.

Suffrāgor, ſuffragaris, pen. prod. d. p. Suffragium fero. [ψηφοφορέω. Gall. Donner ſa voix en une election, favoriſer & donner faveur, aider de ſa parolle Ital. Far favore ſavoreggiare. Ger. Einem ſein Stimm geben/zuſtimmen. Bel. Gunſtich ſyn/helpen. Hiſp. Ayudar con ſu voto, dar favor. Pol. Mowe rzyimlenie daie votum. Vng. Ortelme mel ki moudom. Ang To ſpeake in ones part favourablie, to give his good word, to help.] Cicer. pro Muræn. Quorum ſuffragium tenue eſt, ſi ut ſuffragantur, nihil valent gratia. Per tranſlationem accipitur pro favere, auxilio eſſe, ſententiæ aut voluntati cujuſpiam ſubſcribere, ἐπιψηφίζω. Cujus contrarium eſt Refragor, pro repugno, adverſor. Autor Priapeiæ: Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus. Cicer. 7. Verr. Cui legi veſtra dignitas vehementer adverſatur, ei inſignis iſtius impudentia maximè ſuffragatur. Idem ad Atticum: Nec deſtiti accuſare ejus neceſſarios, qui ejus cupiditati ſuffragari videbantur. Idem Planco lib. 10: Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus.

Suffrāgātĭo, onis, f. t. Ipſe ſuffragandi actus, favor, auxilium. [ψηφοφορία. Gall. Faveur & aide en une election, bail de ſa voix. Ital. Favore, aiuta. Ger. Das günſtich zuſtimmen Hiſp. Favor, ayuda. Pol. Przyzwolenie. Vng Ertelmunek ki mondo aſa, ſegſa. Ang. Favour in ones part, a voice in giving conſent.] Cicer. pro Muræna: Multum autoritatis habet ſuffragatio militaris.

Suffrāgĭum, populus Rom. primùm voce, deinde per tabellam ſuffragium tulit: quomodo autem à voce ad tabellam deventum ſit, & quibus temporibus, & quibus autoribus, operæpretium eſt cognoſcere. Quatuor igitur leges nominantur, omnes, ut puto, tribuniciæ, Gabinia, Caſſia, Papiria, Cœlia. Gabinia ſanxit, ut populus in magiſtratibus mandandis ſuffragium, non, ut antea, voce, ſed per tabellam ferret. Caſſia biennio pòſt idem juſſit, in omnibus judiciis populi, perduellione excepto. Papiria & ipſa populo tabellam dedit, in jubendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo uno in genere vocis ſuffragium reliquū erat: hoc eſt, in perduellione, quod lex Caſſia exceperat, in eo genere tabellam dedit, ita quatuor tribunorum pl. rogationibus factum eſt, ut populus liberè, quod ſentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu poſſet oſtendere: ideò tabellam vindicem tacitæ libertatis appellat Cicero in Agraria II, & lib. III. de Legibus: in oratione autem pro C. Cornelio principium juſtiſſimæ libertatis Caſſiam legem, quę tabellam in judiciis populo dedit magis enim intererat populi, tabella voluntatem in judiciis tegere, cùm ageretur de capite fortuniſq; civium, quàm aut in magiſtratibus, quod lex Gabinia ſanxerat: aut in legibus, quod poſtea Papiria. His igitur quatuor legibus ferendi ſuffragii mutata ratio eſt: nūc de latoribus earum legum, & quo quæq; anno lata ſit, agamus. Gabiniam rogavit homo ignotus, & ſordidus: quod libro III. de legibus Cicero tradit. &, cum biennio ante Caſſiam rogata ſit, quod idem eodem in loco demonſtrat: Caſſiam verò Lepido & Mancino COSS. eſſe latam, ex libro de claris Oratoribus conſtat: neceſſe eſt, Piſone & Lenate COSS. rogatā, exiſtimare. Caſſiam Lepido & Mancino COSS. autore Scipione Africano poſteriore tulit L. Caſſius, Qu. F. Lōginus Ravilla, pater illius L. Caſſii, qui in omnibus cauſis quærere ſolebat, cui bono: & C. Caſſii, eius quem C. Mario, C. Flavio COSS. leges multas ad minuendā nobilitatis potentiam tuliſſe, in quibus hanc, ut, quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in ſenatu nō eſſet, Pædianus tradidit. Papiriam tulit C. Carbo, ille eloquentiſſimus: tulit autem (ut opinor) P. Popillio & P. Rutilio COSS. nam eo anno tribunum pl. fuiſſe, quo Scipio Aemilianus de Numantinis triumphavit, omnes hiſtoriæ declarant: quem à porta ad concionem productum, quid de Tib. Gracchi morte ſentiret, ſeditioſè interrogavit Cœlia, nō facilè eſt conjicere, à quo ſit rogata: ſed rogatam Qu. Metello T. Flaminio COSS. crediderim, & ex iis verbis, quę leguntur apud Ciceronem lib. III. de legibus: Vt opprimeret Cœlius Popillium: nam, id de P. Popillio dictum eſſe, quem C. Gracchus Metello & Flaminino COSS. tribunus pl. in exilium ejecit, videtur intelligendū, ut ejus judicii cauſa, quo Popillius tribuno pl. Graccho, eſt oppreſſus, Cœlius ſua lege tabellā dederit. Suffragia vel in campum Martium, ſi centuriata comitia haberentur, vel in forum, ſi tributa, aliòve, ciſtis in pontes deferebātur, & his pontibus populo miniſtrabantur: id ſignificat Cicero in epiſtola ad Atticum lib. I. his verbis: Operæ Clodianæ pontes occuparant, tabellæ miniſtrabantur, ita ut nulla daretur, Vti rogas: nam quæ tabellæ legem accipiebant, & probabant, in iis duæ literæ ſcriptæ erant, V. R. quæ ſignificant, Vti rogas: id eſt, ut tu, qui legem fers, non rogas. ita jubemus: quæ verò leges legem antiquabant: hoc eſt, rejiciebant, & improbabant, in iis unica litera, A, ſcripta erat: quę ſignificat antiquo: id eſt, antiqua malo, neant: nova nō placent: legem reſpuimus. In iis verò comitiis, quò populus ut ſuffragium de eo ferret, contra ſolitus eſt, ternæ tabellæ dabantur: quarū in una ſcriptū erat. A. in altera, C. in tertia, N L. & prima ſignificabat abſolvo: ſecūda, condemno: tertia, nō liquet: id eſt, neq; abſolvo, neq; condemno, cauſam planè non intelligo. Verùm, ut ad pontes redeamus, anguſtiores ut eſſent, legem tulit C. Marius tribunus pleb. qui poſtea ſepties cōſul fuit: tulit autem eam legem ne quid fraudis in diſtribuēdis tabellis committeretur: multis enim locus eſſe non poteſt, ubi pontes anguſtiores ſunt: ac in turba omnes ſè aliquid agere difficilis negotii nō eſt: propterea, quòd hac lege ſancitum, id ambitioſis oppoſitum fuiſſe, & planè Cicero narrat libro primo de legibus, & Plutarchus ſignificat in Marii vita, quum ait: In tribunatu legem de ſuffragiis tulit, qua potentium opes tùm in ferendis ſuffragiis, tùm in mandandis magiſtratibus imminuit: ſuffragium ferebant omnes cives Romani in ea quiſque tribu, ubi cenſus erat, aut in ſua quiſque claſſe: libertini tantùm in quatuor urbanis tribubus, quæ minus nobiles erant, ſuffragium ſolebant: nam ceſi P. Sulpitius tribunus plebis, L. Sylla, Quinto Pompeio COSS. tulit, ut in omnibus planè tribubus, quæ XXXV. erant, ſuffragium ferre poſſent: hanc tamen legem paulò

victore Sylla, Sulpitii inimico esse abrogatam: puto tamen ob eam causam, quia C. Manilius tribunus pleb. aliquot pòst annis eandem legem ferre conatus est: idemque postea & P. Clodius cogitavit, testis Cicero in duabus orationibus pro C. Cornelio, pro Milone. Hæc ex libro Pauli Manutii de legibus Romanis.

Suffragātŏr, oris, m. t. Qui in creandis magistratibus suffragiũ fert. [ψηφιστής. Gall. Qui fauorise à aucun de sa voix ou parolle. Ital. Chi fauorisce con parole & da la voce. Ger. Ein mitstimmer/oder zustimmer/der einem in einer wahl sein Stimm gibt. Hisp. El que ayuda à otro cõ su voto. Pol. Ten ktory przyczynia mowa wimowa ... Vn. Ertelben ki ... Ang. A fauourer or giuer of his voice in election.] Plin. Epist. 64: Addebat quosdam ex suffragatoribus illi graviter & paucis loquebatur. Cic. pro Mur. Tua verò nobilitas, Servi Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior: populo verò & suffragatoribus obscurior.

Suffrāgium, gii, n. s. Iudicium, voluntas, consensus, qui à populo & iudicibus olim tabella significabatur. [ψῆφος, συγκατάθεσις. Gall. Suffrage, voix des esleisans, consentement. Ital. Suffragio, balotta, voce. Ger. Ein mitstimm. Hispan. Voto ò fauor para ayudar. Polon. Przyzwolenie. Vngar. Aka ratommal ertelmem nekki crasca. Angl. A mans voice in giuing consent.] Cicero 3. de Leg. Suffragia in magistratu mandando, aut etiam de reo judicando papulum ferri melius esset. Iuvenal. Satyr. 8. Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus, ut Senecam dubitet præferre Neroni? Cic. 1. de Legib. Si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suffrĭco, as, pen. cor. act. p. Leviter frico. [ὑποψάω, ὑποψῶ. Gall. Froter vn peu. Ital. Fregare legiermente. Germ. Undenauff reiben. Hisp. Fregar vn poco. Pol. Drapie. Vng. Vak argatom. Ang. To rubbe softly.] Colum. lib. 12. cap. 25. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & siquid fæcis aut labris vasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini.

Suffringo, is, ere, act. 1. Frango. [שבר schibbér. ὑποκλάω. Gall. Rompre & briser. Ital. Rompere, spezzare. Ger. Undenfür zerbrechen. Hisp. Quebrar, romper. Pol. Padl amnie. Vngar. Kebrom. Ang. To break.] Plaut. in Rud. Homini isti talos suffringi volo. Cic. pro Rosc. Amer. Quòd si luce quoq; canes latrent, quũ deos salutatum aliqui venerint, opinor, iis crura suffringãtur: quòd acres sint etiam tũm quum suspicio nulla sit.

Suffrio, as, penult. corr. act. 1. Infrio: hoc est, friatum sive comminutum inspergo. [כתת chathàth הדק heddák. ἐπιψώχω. Gall. Esmier & briser fort menu. Ital. Minucciare. Ger. Zerstbutten/ zerschmeteriren. Hisp. Polvorear desmenuzando. Pol. Posypuie. Vng. El morsolom. Ang. To crumme or break in small pieces.] Col. lib. 2. cap. 58: Scopulis aridæ myrti suffriatur, operculumque superimponitur, ne quid eò decidat.

Suffuĕrat, Pro sub eodem tecto fuerat, scripsère veteres, inquit Festus.

Suffŭgio, Confugio, sub rem aliquam fugio. [נוס nûs καταφεύγω. Gall. S'enfuir. Ital. Fuggire. Germ. Entfliehen/hinunder fliehen. Hisp. Huyr. Pol. Vciekam pod, przykricie. Vngar. Elbeve el alak alfatak. Ang. To flie vnder or to some thing.] Liv. 4. bell. Pun. Imber à nocte media coortus, custodes, vigilesq; dilapsos è stationibus suffugere in tecta coëgit. Suetonius verò pro refugere in Tiberio posuit, dicens: Adulationes adeò adversatus est, ut neminem Senatorium ad lecticam suam admiserit. Consularem verò satisfacientem sibi per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus.

Suffŭgium, suffugii, n. s. Quò quis suffugit: hoc est, securitatis causa sese recipit. [מחסה machasèh מנוס manôs. καταφυγή. Gal. Refuge, le lieu de refuge. Ital. Luogo da fuggire. Germ. Ein zuflucht/ ein ort da einer hinunder fleucht. Hisp. Lugar para huyr ò la huyma. Pol. Miesce doucieczenia bespieczne. Vng. Batorsagos or olmany hely. Ang. A place of refuge.] Ovid. de Nuce: Quid nisi suffugium nimbos vitantibus essem?

Suffulcio, is, act. q. Sustĭto. [סעד saháds סמך samách. ὑποστηρίζω. Gall. Appuyer, soubstenir, estayer. Ital. Sostentare. Ger. Undersetzen. Belg. Onderstetten. Hisp. Sustentar de baxo. Pol. Podpieram. Ang. To proppe vnder and hold vp.] Varr. 1. de Re rust. Vt majoribus perticis suffultæ vites, autas non pertimescant. Plaut. in Mil. Ecce autem ædificat, columnam mento suffulcit suo. Lucret. lib. 4: Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et recreet vires.

Suffumīgo, gas, gare, Suffio, vel subtus fumum excito. [קטר kitér. ὑποθυμιάζω. Gall. Faire fumee par dessous, parfumer, enfumer. Ital. Perfumare, affumare. Germ. Undenauff reuchen/ undenhår ein rauch machen. Hisp. Sahumar. Pol. Odespod kadze. Vngar. Fuistbe vonok ala, meg fustolem. Ang. To perfume, or to mak a smoke vnder some thing.] Cels. lib. 6. cap. 5. de suffusione oculorum: Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffundo, is, dere, act. 1. Affundo, inspergo, infundo. [נתך nathách. ὑποχέω, ἐπιχέω. Gall. Espandre dessus, espandre en bas. Ital. Spargere qualche liquore. German. Angiessen/ oder schütten/ Eyngiessen. Hispan. Derramar lo liquido. Polon. Poliewam. Vngar. Ala ra borbom. Ang. To sprinkle or powre out vpon or vnder.] Plaut. Curc. Manè suffundam aqualam. Columel. lib. 7. Lassæ, & æstuanti mulæ ad os in fauces demittitur, utrunque in os suffunditur. ¶ Suffundi rubore faciem dicimus, quum sanguis subter cutem sese dispergens, faciem inficit rubore. Quod Virgilius ad auroram trãstulit, lib. 1. Georg. At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit. Servius, suffuderit, forinsecus habuerit. ¶ Cic. pro inspergo posuit ad Lentulũ scribens: Novi animum cũ mihi amicissimũ, tũm nulla in cæteros malevolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, vide in dictione FRIGIDA.

Suffusio, onis, f. t. Morbus oculorũ, qui fit ex concreto humore inter κερατοειδῆ, & ῥαγοειδῆ tunicas ante ipsam pupillam collecto, quo visus usqueadeò impeditur, ut discretas rerum species, & colores apprehendere non possit. [ὑπόχυσις. Gall. Espartement, la cataracte en l'oeil. Ital. Spargimento, cataratte ne gli occhi. Ger. Die vberschiessung der Augen mit einem fel. Hispan. Obra de derramar cataratta de ojos. Pol. Bielmem oczym ... Vngar. Ala botei. Ang. A sprinkling or powring out vpon, a disease of the eyes.] Cels. lib. 6. cap. 6: Suffusio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inveteraverit, manu curandũ est. Plin. lib. 22. cap. 23: In tussi una, fellis veteri suffusione.

Suffundo, as, are, act. p. Pro fundamẽto subjicio. [ὑποθεμελιόω. Gal. Fonder par bas ou par dessous. Ital. Fondare per disotto. Ger. Unden zum fundament legen. Hispan. Fundar por debaxo. Pol. Pod grunt kl'ode. Vng. Fundamentomat vetek. Ang. To lay a fondation or ground.] Varro ὑπὲρ ... ut citatur à Nonio: Antiqui nostri domibus lat[...]is, paululùm modò lapidibus suffundatis, ut humorem sufferrent, habitabant.

Suffūrŏr, aris, penult. prod. d. p. Clàm furor, clàm aufero. [גנב ghanáb לקח lakách. ὑφαιρέω. Gall. Desrober en cachette. Ital. Rubare di nascoso. Germ. Heimlich verstälen. Hisp. Hurtar secretamente. Pol. Cychie kradne. Vngar. El lopom. Ang. To steall priuelie.] Plaut. Truc. Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam capio.

Suggĕro, ris, ssi, gestum. Subministro, suppedito. [נתן nathán. ὑποβάλλω. Gall. Bailler & fournir. Ital. Fornire alcuno di quello che gli manca. Ger. Underhaltung gebē / Steier eñ hilff darschieben/ vnderschub thun. Belg. Onderstant gheven. Hisp. Suggerir, dar lo que otro ha menester. Pol. Pomocz dawe, potrzebami opatruie. Vng. Adagatom valgaitatom. Angl. To giue or furnish.] Terent. Adelph. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? Cicero 2. de Orator. Singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. ¶ Interdum idem est quod in memoriam redigere, & quod Latinè aliter etiam dicimus, subjicere. ἀναμιμνήσκειν. Cic. 2. de Finib. Si memoria defecerit, tuum erit ut suggeras.

Suggĕstus, us, m. q. vel suggestum, n. s. Locus editior, unde oratio ad populum solet haberi. [מגדל mighdál. βῆμα. Gall. Vn lieu esleué, comme vne chaire ou vn pulpite pour faire harengues au peuple. Ital. Pulpito ò pergamo da predicare. Ger. Ein [...] ort von dem man redt: Cantzel / Predigstul. Hisp. El cadahalso alto para mirar ò predicar. Polon. Kazatelnica, katedra. Vngar. Predikallo zek. Ang. A pulpet.] Dictum suggestum, sive quòd constet ex suggesta: hoc est, congesta materia, sive quòd inde populo suggeratur, quod in rem ejus esse possit. Plin. lib. 34. cap. 5: Eodemque in Consulatu in suggestu rostra devictis Antiatibus defixerat. Cic. 5. Tusc. Idemque quum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Liv. 8. ab Vrbe: Naves Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Cicer. 1. de Divin. Neque illud in suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signũ sibi ullum, quod consuesset à deo, quasi mali alicujus impendentis datum. ¶ Var. lib. 3. cap. 5: Suggestum posuit pro loco ornithone paulò eminentiore, quàm sit ipsum falere. Ex suggesto (inquit) faleris, ubi solent esse ἐξεδραι, prodeunt anates in stagnum, & nant. ¶ Suggestus comæ. Stat. lib. 1. Syl. - celsæ procul aspice frontis honorem Suggestumq; comæ.

Suggrĕdior, eris. Latenter gradior, subeo, & clàm propiùs accedo. [ὑποβαίνω. Gall. Aller en cachette, marcher secrettement. Ital. Andare nascosamente. German. Heimlich gehn. Hispan. Andar à escondidas. Polon. Cycios podchodze. Vngar. Bemaszok, bemegyek. Ang. To go in priuelie, or to approche.] Tacit. libro 2: Suggressique propius speculatores. ¶ Habet nonnunquam adjunctum accusativum: ut suggredi hostes: id est, latenter aggredi. Idem Tacit. Annal. libr. 4: Quos dux Romanus acie suggressus.

Suggrundĭa, orum, vel, Suggrundæ, & Suggrundatio. [Ger. Ein vorlach/ das für das Gebew herfür geht/ den Regen abzutragen.] vide suprà in SVBGRVNDA.

Suggrundaria, veteres dicebant sepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies implessent (ut inquit Fulgentius) quũ nec busta dici potuerunt, quia ossa quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaveris qua locus tumesceret. Vnde neq; tumuli appellari merebantur.

Sugillo, las, act. p. Livido colore inquino, ut cùm ictu fustis percussa cutis sanie sese suffundente nigrescit. [ὑπωπιάζω. Gall. *Frapper aucun tellement qu'il y viene de taches noires & meurtrissemens, marquer de coups.* Ital. *Battere alcuno di sorte che la carne gli vengano livide.* Ger. Röisch machẽ/blaw/vnd gälb masen schlahen. Hisp. *Magullar la carne.* Polon. *Syno cynie.* Vng. *Verfsel meg kekitem.* Ang. *To mak wanne coloured.*] Sugillata dicuntur, quę maculis hujusmodi sunt deformata. Plin. lib. 31. cap. 9. loquens de sale: Ex ictu suffusis cruore oculis, sugillatisque cum myrrhæ pari pondere. Idem libr. 27: Caseus recens cum melle sugillata emendat. Et libro 20: Cinis allii ex oleo & garo illitus, sugillata aut liventia ad colorem reducit. ❡ Per translationem accipitur pro detrahere, reprehendere, vilipendere, contumelia afficere sive existimationem alicujus lædere. [ἐπιτωθάζω, λοιδορεῖν, σκώπτειν, διαβάλλειν φαυλίζειν. Gal. *Diffamer & blesser l'honneur de quelqu'vn.* Ital. *Infamiare.* German. Beschmützen/ hinderreden/ verleumbden/ verkleinern. Hisp. *Magullar la honra de alguna, disfamar à otro.* Pol. *Vmi acyam kemu, lye drugiego.* Vng. *Valakit meg tamba rogalmazok, hire ben meubem meg jertek.* Ang. *To checke or taunt.*] Livius lib. 1. bel. Maced. Legati graviter ferentes se sugillatos esse. Vlpianus: Si famosa actio non sit, vel pudorem non sugillet. ❡ Item pro occludere veteres posuerunt, ut autor est Nonius, testimonium afferens Varronis: Contrà lex Mænia est in pietate, ne filii patribus luci claro sugillent oculos.

Sugillatio, onis, f. t. Livida cutis cõmaculatio. [חבורה chaburah. ὑπωπιασμός. Gall. *Meurtrisseure, noirceur ou terne couleur d'vn coup.* Ital. *Qual battimento di carne, macchia di carne.* Germ. Die rötischen Streichmassen. Hispan. *Magulladura de carne.* Polon. *Sina cynie.* Vng. *Verfsel vala meg kekites.* Ang. *Palenesse or wannesse of strypes.*] Et per translationẽ cõtumelia, sive ignominia. [διασυρμός. Gall. *Diffamation.* Ital. *Infamatione.* Germ. Verleumbdung/ verkleinerung / beschmützung. Hisp. *Desinfamacion.* Ang. *A checking or taunting.*] Plinius lib. 7. cap. 45: Iuxta hæc Variana clades, & majestatis ejus fœda sugillatio.

Sugo, gis, suxi, suctũ, Succum labris allicio, exugo. [ינק jenak. θηλάζω, μυζάω. Gall. *Succer.* Ital. *Sugare.* Ger. Saugen. Belg. Suypen. Hisp. *Mamar ò chupar.* Pol. *Sam.* Vngar. *Szopok.* Ang. *To sucke.*] Cicero 3. Tusculan. Nunc autem simulatq; editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuò pravitate, & in summa opinionum perversitate versamur, ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Idem 2. de Nat. deor. Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandũt. ❡ Apud antiquos etiam per secundam conjugationẽ inflectebatur Sugeo, ges, unde Exugeo, es. Plautus in Epid. Ego me vertam in hirudinem, atque eorum exugebo sanguinem.

Suctus, hujus us, m. q. ipse sugendi actus. [τὸ μύζησμα, ἡ μύζησις. Gall. *Sucement.* Ital. *Sougamento, sorbitione.* Germ. Das saugen. Hisp. *Obra de chupar ò de mamar, chupadura.* Pol. *Sanie.* Vngar. *Szopas.* Ang. *A sucking.*] Plinius lib. 8. cap. 36: Aliis diebus residunt, ac priorum pedum suctu vivunt.

Sui. ἑαυτοῦ, οὗ. & ejus derivatum Suus, sua, suum. [τρόπος. Germ. Sein. Belg. Sijn.] Sunt pronomina reciproca propterea sic dicta, quod sicut reciprocatur spiritus, quũ vicissim efflatur & attrahitur: ita hæc pronomina ad id, unde prodierant, revertuntur. Vnde non rectè dicimus, Ego dixi sibi, Non est sibi curæ Respublica, Tu fuisti secũ: quia nulla in his est reciprocatio: sed dicendum: Ego dixi ei, Non est ei curæ Respublica, Tu fuisti cũ eo. Similiter nõ dicimus, Vidi Ciceronẽ & fratrem suũ, sed fratrẽ ejus. E contrariò nõ rectè dicitur, Omnia à te expectant, ut des illis cibũ in tempore, quũ sibi dicẽdum sit. Sicut enim rectè dicimus, Omnes expectamus ut des nobis escam, omnes expectatis ut det vobis escam: ita dicendum est, Omnes expectant ut sibi det escam. Est tamen quando indifferenter uti licet reciproco, aut nõ reciproco, prout ad illius, de quo loquimur, vel ad nostram personam sermonẽ referimus: ut, Omnes optant quod sibi utile est: &, Omnes optant quod ipsis utile est. Illud ad personã ejus, de quo loquimur, refertur, & manifestam habet reciprocationem: hoc ad personam nostram: ideoque nulla est in eo reciprocatio. Cicero: Multi dubitabant quid optimum esset, multi quid sibi expediret. Idem: Legatus in pace profectus in provincia pacatissima se gessit, ut ei pacem esse expediret. ❡ Nonnunquam etiam amphibologiæ vitandæ caussa pro *sui*, sive suus, ponitur, is, aut ipse, aut ille. Cicero in Bruto: Is soceri instituto, quem quia cooptatus in Augurum collegium nõ erat, nõ admodum diligebat: præsertim quum ille Quintium Scævolam sibi minorem natu generum prætulisset. ❡ Accipitur aliquando suus pro proprius. ἴδιος. ut Velle suum cuique est.

❡ Accipitur autem sui passivè, quemadmodum mei & tui. Cic. ad Att. lib. 10: Nicias vehementer tua sui memoria delectatur. Idem de Vniversitate: Imitantes genitorẽ & effectorẽ sui. ❡ Invenitur interdũ sibi, dativus solius venustatis gratia, nullaq; necessitate in oratione positus. Cic. Suo sibi victitant succo. Col. Suo sibi jure abluuntur. ❡ Dicimus etiam, Suus est illius mos, Sua est istius natura, Suus est Aristotelis modus, Suum Platonis genus. Habetq; hoc pronomẽ suus vocativũ, ut si dicam, Defendite Cæsarem ò amici sui. ❡ Inter, præpositio id habet peculiare, ut si antecesserit genitivus, dativus aut ablativus, indifferẽter uti liceat reciproco pronomine, aut nõ reciproco. Si præcesserit accusativus aut nominativus, reciprocum postulat. Cic. Nec mihi cæterorũ judicio videtur solùm, sed etiam ipsorum inter ipsos consensu: id de genitivo exemplum est. Nunc de dativo. Quintil. Circa quę inexplicabilis & grammaticis inter ipsos & philosophis pugna est. De ablativo idem: Nam à magnis quoq; autoribus incidũt vitiosa aliqua, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehẽsa. Vide hac de re plura apud Vallam eo in opusculo, quo duorũ horum pronominum naturam ex professo exequitur.

Suile. Suillus. Suinus, vide SVS.

Sulcus, ci, m. f. Fossa illa oblonga, quæ inter arandũ fit vomere. [מענית mahanith גדוד ghedhudh תלם telem. αὖλαξ, ὁλκός. Gall. *Raye ou rayon que fait la charrue en labourant la terre.* Ital. *Solco.* Ger. Ein furchen. Belg. Een voor. Hisp. *El sulco que imprime el arado.* Pol. *Brozda.* Vng. *Barazda.* Ang. *A furrowe.*] Cicer. de Divinat. Quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus. ❡ Non rarò tamen accipitur pro ipsa aratione, sive terræ proscissione. Virgil. 1. Georg. At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum Arcturũ sat erit tenui suspẽdere sulco. ❡ Hinc fit ut tertio, quarto, quinto sulco serere dicamus, pro eo quod est tertia, quarta aut quinta aratione. Plin. lib. 18. cap. 20: Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse: quũ ait illa seges demũ votis respondet avari Agricolę, bis quę solem, bis frigora sensit: hoc est, quę bis per æstatẽ, bis per hyemem aratur. Ibidem: Spissius solũ (sicut plerunq; in Italia) quinto sulco seri melius est. In vitium quoq; cæterarumq; arborũ plantationibus sulcum appellamus fossam in longũ ductam in qua plantantur semina. Virg. lib. 2. Georg. Ausim vel tenui vitem committere sulco. ❡ Hinc Bisulcus, a, um, δίχηλος, unde Bisulcũ animal, nõ solidas, sed fissas ungulas habet. Idem Trisulcus, a, um id est, trifidus, ut telum trifidum, quod tres habet cuspides.

Sulculus, dimin. [αὐλάκιον. Gall. *Petit rayon.* Ital. *Picciol solco.* German. Ein furchlin. Hispan. *Pequeño sulco.* Polon. *Brozdeczka.* Vngar. *Barazdacska.* Ang. *A litle furrowe.*] Col. de Arbor. cap. 30: Rosam fruticibus ac surculis disponi per sulculos pedales convenit.

Sulco, as, Sulcos facio, terram proscindo, proscisso. [αὐλακίζω. Gall. *Couper ou arer par rayons.* Ital. *Far solchi, solcare.* Ger. Furch machen. Hisf. *Asulcar ò hazer sulcos.* Pol. *Brozdi cynie.* Vn. *Barazdalok barazdat ifinalek.* An. *To mak furrowes.*] Col. lib. 11. cap. 2. In subacta jam terra latiores porcæ sulcantur. Plin. lib. 9. cap. Sarianusq; se per complures dies, alveum in vado sulcavisse, accumulata fluctibus tantùm, ut circumagi nullo modo posset. ❡ Translatè etiam mare sulcare dicimus. Ovid. 1. de Pont. Nos fragili ligno vastum sulcavimus æquor. Virgil. 10. Aeneid. -sulcat maria alta carina.

Sulcatus, a, um, particip. Lucanus libro 1: & quondam duro sulcata Camilli Vomere.

Sulcator, oris, verbale, m. t. [αὐλακιστής, ἀροτήρ. Gall. *Laboureur, qui fait rayons.* Ital. *Lauoratore della terra à solchi.* Ger. Ein furchmacher/der mit furchen zerschneidet. Hispan. *Asulcador, que haze sulcos.* Pol. *Ten ktory brozdi cyni.* Vngar. *Barazdala barazda finalo.* Ang. *He that maketh furrowes.*] Silius libro 7: -sulcator navita ponti. Stat. 11. Thebard. -nigri sulcator Averni.

Sulcatim, adverbium, Per sulcos. [κατ' αὔλακας. Gall. *Par rayons.* Ital. *A solchi.* German. In furchen weiß. Hispan. *Por sulcos, ò en sulcos.* Polon. Wbrozdi. Vngar. *Barazdankent.* Ang. *By furrowes.*] Pomponius: Gerens præterea sulcatim concisam faciem.

Sulphur, sive Sulfur, n. t. à Plinio lib. 35. cap. 15, terræ generibus assignatur, ab aliis quibusdam inter metallica corpora enumeratur. [גפרית ghophrith. θεῖον. Gall. *Soulfre.* Ital. *Solfo.* Ger. Schwebel. Belg. Swaffer. Hisf. *Piedra sufre.* Pol. *Siarka.* Vn. *Kenkö.* Ang. *Brimstone.*] Effoditur enim cuniculis in Aeoliis præcipuè insulis, inter Italiam & Siciliam sitis, nobilissimũ in Melo. Invenitur & in Italia Neapolitano Cãpanoq; agro, in collibus qui vocantur Leucogæi. Dioscorides duo ejus enumerat genera, Nativum sive fossile, quod quoniã ignẽ non est expertum, ἄπυρον appellat. Virgilius vivum cognominat. Alterũ factitium, quod quoniam olei incoctu ad ignẽ perficitur, πεπυρωμένον nominant. Plinius loco jam citato quatuor ejus enumerat genera, factitiũ nimirũ in tres sectas differentias quas hic brevitatis causa omittimus, ab eo, si videatur, petendas. Ovid.

dæ. Ovid. 1. de Arte Quid referam Bajas prætextaque littora velis, Et quæ de calido sulphure fumat aqua? Virg. 5. Georg. Et spumas miscent argēti ac sulphura viva. Idē 2. Aen. ☙ & altè circum loca sulphure fumant. ☙ Ponitur aliquādo pro fulmine, eam ob causam, quòd fulmen quum ceciderit, vicina loca odore sulphuris implentur. Persius Satyr. 2: -quia quū tonat ocyus ilex Sulphure discutitur sacro, quam tuq; domusque.

Sulphureūs, a, um, Quod ex sulphure est, sive sulphuris naturā refert. [Θειώδης. Gall. *De soulfre, plein de soulfre, sulfureux.* Ital. *Di solfo.* Ger. Des Schwebels/oder von Schwebel. Hisp. *Cosa de materia de piedra cufre.* Pol. *Siarczany.* Vng. *Kenköves.* Ang. *Of brimstone.*] Plin. lib. 36. cap. 19 Quum uritur, odorem sulphuream reddit. Virgil. 7. Aeneid. audit amnis Sulphurea Nar albus aqua. Ovid. 15. Metam. Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Aetna.

Sulphurāriī, æ, f. p. Locus ubi sulphur coquitur aut effoditur. [Θειωρυχεῖον. Gall. *Soulfriere, lieu où il y a du soulfre.* Ital. *Luogo dove si fa il solfo.* Ger. Ein ort da man Schwebel grabet/oder machet/ Schwebelgrub/oder Schwebelhütte. Hisp. *El minero de la piedra cufre.* Pol. *Hota y kopalnia siarki.* Vng. *Kenkö banya.* Ang. *A place where brimstone is digged or made.*]

Sulphurātus, a, um, Quod sulphur habet admistum. [Θειώδης. Gall. *Ensoulfré.* Ital. *Insolforato.* Ger. Geschwebelt. Hispan. *Cosa mezclada con piedra cufre.* Pol. *Siarczysty.* Vng. *Kenköves.* Ang. *Mingled with brimestome.*] Plin. lib. 31. cap. 3: Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. Vnde sulphurata dicuntur ligna exilia sulphure ex utraque parte inuncta ad accendēdas lucernas. [τὰ ξυλάρια θείῳ ἐμβαπτόμενα. Gall. *Petites eschats de bois ensoulfrez, alumettes.* Ital. *Solferini.* Ger. Schwebelhöltzlin. Hispan. *Pequenna lenna cubierta de cufre.* Pol. *Siarczane.* Vng. *Kenköves.* Ang. *Matches to kendle fier.*] Mart. lib. 1: Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.

Sulphurātio, verbale f. t. [Θείωσις. Gall. *Ensoulfrement.* Ital. *Solferamento.* Ger. Schwebelung. Hispan. *Obra de sahumar con cufre.* Polon. *Siarczenie.* Vng. *Kenköves.* Ang. *A mingling with brimstone.*] Senec. lib. 3. Natur. quæst. Aut æstus corrumpere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sultis, veteres dixerunt pro si vultis à *βούλεσθε*. Plaut. in Asin. Hoc agite sultis, spectatores nunc jam.

Sum, es, est, verbum substantivum à Grammaticis appellatū, sive quòd per sese subsistet, soluq; nullius alterius verbi egeat adminiculo: [הָיָה *hajah. εἰμί, ὑπάρχω.* Gall. *Estre.* Ital. *Essere.* Germ. Sein. Belg. Syn. Hisp. *Estar, ser.* Pol. *Jestem.* Vngar. *Vagyok.* Ang. *To be.*] quum contra cætera omnia in hoc resolvantur, pleraq; etiam sine ejus ope declinari non possint: sive quòd quum cætera omnia verba aut actionē importent, aut passionem, solum hoc sit verbum quod substantiam rei denotet. Variam autem in oratione obtinet constructionem. Aliquando enim similes conjungit casus. Cic. de Divin. Quū solutus est animus, nihil planè ei est cum corpore. Idem Trebatio: Audio Treviros capitales esse. ☙ Aliquando non invenitur, sed subauditur. Virgil. 1. Aen. Tune ille Aeneas quem Dardanio Anchisæ Edidit alma Venus, *&c.* Idem 3. Aen. Nam Polydorus ego. ☙ Nonnunquam pretium importat, idem ferè significans quod valeo, sive æstimor, in qua significatione genitivum exigit. Salust. in Jugurth. Nunc vos æstimate facta, an dicta pluris sint. Terent. in Adelph. Argenti quanti est, sumito: id est, quanto pretio valet. Cic. lib. 2. Offic. Vt commodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. Esset (*inquit*) id est, æstimaretur. Idem 2. Offic. Emere denario quod sit mille denariorum. Idem in Frumentaria: Quum in Sicilia sestertiorum duorum tritici modius esset. Eandem etiam casum exigit quum dominium seu possessionem importat: ut Pecus est Meliboei. ☙ Item quando proprietatem sive possessionem significat: idque in tertia duntaxat persona singularis numeri. Cic. lib. de Orat. Clamare contrà quam deceat, hominis est impudentis. Et paulò pòst: Quorum alterum divinitatis mihi cujusdam videtur, alterum humanitatis. ☙ Quandoque jungitur dativo, & tunc significat habeo. Virgil 1. Aeneid. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Jungimus interdum & alterum dativum. Cic. Attic. Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Idem 1. Offic. Ampla domus dedecori domino sæpè fuit. Cujus generis orationes ferè exponi solent per verbum Afficio, hoc modo: Postrema tua pagina affecit me magna molestia. Ampla domus sæpè affecit dominum dedecore. ☙ Cum dativo & ablativo. Plautus in Mil. Nihil me pœnitet jam quanto sumptu fuerim tibi. ☙ Est mihi minus cum illo: id est, minus sum ei familiaris. Cic. pro Marcello, lib. 15: Si mihi tecū minus esset quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. ☙ Ponitur & pro convenit sive contingit: sed in tertia tantùm persona singularis numeri. Valerius Maximus lib. 1: Non est inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præsertim divinitatis fastigio junctos. Virgil 6. Aeneid. Necnon & Tityon terræ omnipatentis alumnū Cernere erat: id est, licebat. ☙ Apponitur quandoque huic verbo ablativus sine præpositione: ut Tuo beneficio liber sum: &, Tu es magna vi animi & corporis. ☙ Aliquando etiam cum præpositione: ut, Hæc res est in potestate mea. Vis est in armis. ☙ Est in bonis, pro in possessione bonorum, bona possidet. Cicero Actio libro 13: Nullam omnino arbitror de ea hæreditate controversiam cum habiturum, & est hodie in bonis. ☙ Esse in aliquo numero atq; honore. Cæsar 6. bel. Gal. In omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore, duo sint genera. ☙ Interdum adjunctum habet accusativum mediante præpositione ad: & tunc Est, significat expositum est, vel vergit. Cæs. 1. bell. Gall. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem quæ est ad Hesperiam. ☙ Ponitur nonnunquam sine casu à parte posteriori. Lucretius: Quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ post facta sequentur. ☙ Item jungitur infinitivo alterius verbi: ut Magnæ laudis est vacare sapientiæ: &, Animi fortitudo est, adversa contemnere. ☙ Est, pro possibile est. Cels. Non tam facile iis opitulari est qui in cibo venenum, vel in potione sumpserūt. ☙ Budæus, Es, pro soles. Cic. Cornificio, lib. 12: Quòd si, ut es, cessabis, lacessam. ☙ Hujus verbi cōposita sunt, Absum, adsum, desum, exsum, insum, intersum, obsum, possum, præsum, prosum, subsum, & supersum: quorum significata explicantur suis locis. ☙ Esto, *ἔστω, ἔσο*, futuri temporis imperativi. ☙ Interdum concedentis adverbium est. Virgil. 4. Aen. Esto, ægram nulli quondam flexère mariti. Idem 7. Aen. Non dabitur regnis esto, prohibere Latinis.

Sumanālia, Dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. Festus. Hæc Cælius lib. 9. cap. 16. fumenalia vocat, putatque à fumine esse dicta, eademque esse cum iis, quæ Græci *ὀρφικὰ* appellant.

Sumēn, inis, n. t. Venter suillus, infra umbilicum, cū ipsis uberibus summis olim Romæ in deliciis habitus, præcipuè si ex primipara excisus esset sue uno die post fœtum editū. [*οὖθαρ, ὑπογάστριον.* Gall. *Vn doullet & friand morceau, viande des tetines d' une coche apres qu' elle a cochonné.* Ital. *Vivanda di mamelle di scroffa poi ch' apartorita.* Ger. Ein speiß bey den alten von außgeschundenem Morenbauch. Hisp. *La vbre de la puerca salpresa.* Polon. *Brzuch swini y sucezkami.* Vngar. *Az diznonak az tögi, ds hasa.* Ang. *The fatnes in the bellie.*] Antiqui *abdomen* appellarunt. Suminis autem vocabulum à Publio Mimorum Poeta initium sumpsit. Plin. lib. 8. cap. 51: Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictaq; cœnis abdomina, glandia testiculi, vulvæ, syncipitia verrina: ut jam Publii Mimorum poetæ cœna, postquam servitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Idem lib. 11. cap. 37: Proxima ejectitię vulvæ est, occisę uno die post partum. Hujus & sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: ejectitiæ deterrimum. Antiqui Abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assuetis. Hæc Plin. Mart. lib. 13: Esse putes nondum sumen, sic ubere largo Effluit & vivo lacte papilla tumet. Plaut. in Capt. Quanta labes larido, quanta sumini absūmedo? ☙ Dictū sumen (ut quibusdā placet) quasi suis abdomen: aut, ut alii putant, à sugēdo: quanquā non desunt, qui sumen dictū putent, quasi Rumen, à mammis, quas antiqui *Rumas* appellabant.

Suminātus, a, um. [Vngar. *Tölgies has ú dixno.*] Lampridius in Alexand. Severo: Jussit ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem: subaudi suem.

Summā, æ, f. p. Caput sententiæ alicujus, aut rerum de quibus verba fiunt, aut etiam quæ numerantur. [ראש *rosch* סך *sach. κεφάλαιον, τὸ σύμπαν.* Gall. *Somme, sommaire, abregé, fin de compte.* Ital. *Summa, conclusione.* German. Ein kurtzer aber vollkommner Hauptbegriff/ ein Summ. Hisp. *La summa que se coge de los numeros.* Pol. *Summa krotkie zgarnienie rzeczy.* Vng. *Summa.* Ang. *A somme, a breeff collection or draught.*] Virgil. lib. 4: Naviget, hæc summa est. In summam proficere. Quintil. lib. 1: Majora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit: Id est, in cumulum excrescere, & ad eam dicendi facultatem, quam adolescenti aut juveni comparare volumus & ad eum finem, quem destinavimus summa victoriæ. Cæs. 7. bel. Gal. Nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent: quòd penè in eo, si oppidū retinuissent, summā victoriæ constare intelligebant. Summa rerum, in qua rei maxima pars consistit. Terent. in Phorm. Ad te summa solum Phormio rerum redit. Cicero de Legib. Leges autem à me edentur non perfectè: nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summę rerū ac sententiæ. Idem pro Quintio: In hoc summa judicii, causaq; tota consistit. Idem ad Titium lib. 13: Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaveris, ut Avianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciet: erit id mihi pergratum. Summa pecunię. Idē 1. Offic. Addendo, deducēdoq; videre, q̃ reliqui summa fiat. Quint. lib. 5. cap. 10: Creditor totius summæ. Cic.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

mæ. Cic. de lege Agrar. Quum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibiipse ex sua voluntate confecisset. ¶ Hujus diminutivum est Summula: id est, parva summa.

Sūmmātim, Per singulas summas, in summa, & breviter, & omnibus quasi simul comprehensis [κεφαλαιωδῶς, ἀκρῶς. Gall. Sommairement, en bref. Ital. Breuemente, summariamente, in breuità. Ger. In turnem begriff: in einer summ/ Summarischer weis. Hisp. Reduzidamente, en summa, en suma, brevemente. Polon. W summie. Vng. Sommaukent. Ang. Shortlie, in few wordes.] Apuleius: Omnia summatim retigerat. Plinius: Sed ut hac de re summatim dicam. Idem significant, In summa, & Ad summam. Quintilianus: In summa non recedo: fas est mihi invitis etiam parentibus piè facere. Cic. 3. Offic. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem, & conciliationem colere, tueri, conservare debemus. Ad summum verò, sive Summum, sine Ad, τὸ μέγιστον: id est, acsi diceremus, Vt summum vel maximū dicam. Cic. pro Milone: Vnus aut ad summum duo inventi sunt, qui Milonis causam non probarent: Id est, non plures quàm unus, aut duo ex omnibus. ¶ Pro eo, quod nos dicimus summatim, vel in summa, frequenter uti solet Quintilianus adverbio Semel. Et ut semel omnia complectar: id est, in summa. In eundem sensum etiam quandoque sumitur Breviter. Quintilianus: Breviter tamen longè crudelitatis explicanda sævitia est: ex omnibus quæ protuli levissimum fuit, quòd occisus est. Plin. lib. 3. cap. 4: A' reliqua verò Gallia cultu virorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda, breviteq; italia vetùs quàm provincia.

Sūmmārium, summarii, n. ſ. Breviarium [ἐπιτομή. Gall. Sommaire, abbregé, epitome. Ital. Sommario, abbreuiatura. German. Ein auffzug oder verkurzter begriff. Hispan. La summa de la escrituada. Polon. Summarisch/ kreckie wyrazenie. Vng. Breuiar, summaba iratot kösyu. Ang. A briff collection or abbreid, mem.] Seneca: Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio quàm quæ vulgò *breviarium* dicitur: olim quum Latinè loquebamur, *summarium* dicebatur.

Sūmmātim. Summatus, Summè. vide SVMMVS.

Summittō, is. n. t. Suborno, clanculum & furtim immitto. [ὑποπέμπω, ὑφιστάνω, ὑποβάλλω, ὑποτάττω. Gall. Soubmettre, mettre dessous, abbaisser, humilier. Ital. Sommettere, sottomettere. Germ. Heimlich hinnach schicken. Belg. Onderlaten/ onder seynden. Hisp. Someter. Pol. Tajemnie wpuszczam. Vng. Alatta bottatom alattomba be botsatom. Ang. To put vnder priuclie, to mak low.] Sueton. in Cæs. Summissis nonnunquam lictoribus, atque militibus. Cicero 5. Verrina: Summitebat iste Timarchidem, qui moneret eos si sapterent, ut transigerent. ¶ Item ponitur pro demittere sive promittere. ὑποσχόμαι. Sueton. in August. Audita clade Tituriana, barbam capillumque summiserit. Namque summittere barbam, & capillum dicimur, quando neque tondemus, neque radimus, permittentes ad enormitatem adolescere, quod specimen est maximi doloris. Id etiam promittere, & demittere dicitur. ¶ Aliquando pro subdere vel successorem in alterius locum mittere. Cic. de Provinc. Consul. Huic viro non summittetis? hunc diutiùs in provincia manere patiemini? Loquitur de Pisone, Macedoniam consulari imperio obtinente, cui sententiā sua successorem decernit. Lucilius: Summittas alios, si quos posse censeas. ¶ Aliquando sub jugum mittere. Virg. 1. Aeglog. Pascite ut antè boves pueri, summittite tauros. ¶ Idem aliquando quod supprimo. Cic. Tibi ætas nostra cedit, faceseq; summittit. Idem alibi: Fascibus summissis me adventantem complexus est. ¶ Aliquando idem est quod remitto, cui contrarium est contendo, augeo. Cic. in Ver. Aliquantum remittere ex eo quod facere possis, & multum summittere. Idem de Orat.

Sūmmissīō, onis, f. t. Idem quod remissio, relaxatio. [רטיון riphyōn.] Cicer. in Topic. Parium comparatio nec elationem habet, nec summissionem. Idem in Orat. Summissio vocis, summissio orationis.

Sūmmissūs, a, um, sive submissus, Incurvatus, sive inclinatus. [ὑφειμένος. Gall. Mis dessous, abaissé, mis bas. Ital. Sommesso. Ger. Nider gelassen/ gebogen. Belg. Leech. Hisp. Sometida. Pol. Nachelinni, na dol spuszczany. Vng. Meghaylot alatson. Ang. Put vnder, low.] Virgilius 3. Aeneidos: Summissi petimus terram. Plinius lib. 11. cap. 49: Solidipedes inter mitia pasci, nisi summissis genibus non possunt. ¶ Interdum idem quod humilis, abjectus. [שפל schaphal (vel) schaphel, ταπεινός.] Cic. 1. Offic. Neq; summissum nimis, neq; se nimium efferentem. Summissa vox: id est, pressa, cui opponitur Clara & elata. ὑφειμένη φωνή. Cicer. de Orat. Oratio placida, summissa, lenis.

Sūmmissē, sive Submissè, Demissè, abjectè, humiliter. [ὑφειμένως, ταπεινῶς. Gall. Bassement, humblement. Ital. Bassamente, humilmente. Ger. Vnderthänigklich/ vnderwürfischen demütiglich. Hispan. Baxa y sometidamente. Polon. Pokornie. Vng. Alazatossan. Angl. Lowlie.] Cicero pro Plancio: Si meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis summissè supplicarat.

Sūmmissīōr, summissiùs, sive voce summissa. ὑφειμένως. Sueton. in Augusto: Nam ad communionem sermonis tacentes etiam, & summissiùs fabulantes provocabat.

Sūmmo, as, n. p. summam facio, κεφαλαιόω. Hinc Consummo, de quo alibi.

Sūmmœnium, nii, n. ſ. [German. Das gemach Hurnhaus auff den Graben bey den Rinckmauren.] Locus sub mœnibus, in quo meretrices prostabant. γυναικωνῖτις.

Sūmmœnīānus, a, um, Mart. lib. 12: Summœnianæ ubi pilantur uxores. Idem alibi: Convivia quisquis Zoili potest esse, Summœnianas cœnet inter uxores. Quibus in locis summœnianas uxores appellat vilissimum meretricum genus, quæ ferè in fornicibus sub mœnibus cellas habebant.

Sūmmōnĕō, vide SVBMONEO.

Sūmmovĕō, vide SVBMOVEO.

Sūmmus, a, um, Altissimus, extremus, maximus. [עליון helion. גבוה gabōh. גבהה Ge. עמוקה Ge. עצום Ge. Gall. Le plus haut, le plus grand, le plus profond, treshaut, treffgrand. Ital. Altissimo, sommo, grandissimo. German. Das höchst. Belg. Dat hoochste, tracste, meerste, grootste. Hispan. Muy alto, muy grande, muy mayor. Pol. Nawysszy, największy. Vngar. Legnagyob, fölsöb. Ang. The highest of all, principall.] Virgil. 4. Aeneid.: summoque ululantes vertice Nymphæ. Cicer. in Hortens. Vox ad summam senectutem valetudine optima. Virgil. 2. Aen. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. Virgilius: Summe deūm, pro maxime deorum. Virgil. 9. Aeneid. Mene igitur socium summis adjungere rebus Nole fugit? ¶ Summum, & ad summum: hoc est, pro eo quod dicimus, Vt summum, vel maximum dicam. Cicer. 5. Verrin. Duo millia numūm, aut summum tria dedisset. ¶ Nonnunquam etiam pro optimè. Cicer. ad Tironem, libro 16: Fac planè ut valeas; nos ad summum, scilicet valemus: id est, ita ut vix melius possimus.

Sūmmē, adverbium, Maximè, excellenter. [ὡς τὸ μέγιστον, ὑπερβολικῶς, ὡς τὸ τοιοῦτον, ὡς τὸ ἐνδεχόμενον. Gall. Souuerainement, tant qu'il est possible, extremement. Ital. Grandissimamente. Germ. Zum höchsten. Belg. Opt hoochste. Hisp. Muy grandemente. Pol. Nawysoci, nabardziej. Vngar. Fölötte igen. Ang. So much as is possible, excellentlie.] Plin. in Epist. 243: Habui eminentium Quæstorem in Consulatu, mei summè observantissimum. Cicero ad Sulpitium libro 3: Tale enim tuum judicium de homine eo, quem ego unicè diligo, non potest mihi non summè efficiendum.

Sūmmōpĕrē, adverbium, Maximè, vehementissimè. [מאד מאד meōd meōd. μέγιστα, ἐκφρόνως. Gall. Tant qu'il est possible, fortement, chaud. Ital. Sommamente. German. Zum höchsten. Hispan. Muy grandemente. Polon. Nabardziej. Vngar. Elöttte igen. Ang. So much as is possible to be.] Cicer. lib. 2. de orator. Vitia verò hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit.

Sūmmĭtās, atis, f. t. Vertex, sive fastigium. [ראש rosch. גב gab. אגף. Gall. Sommité, cime, sommet, coupeau. Ital. Sommità, altezza. German. Die höhe/ oberste. Hispan. Altura, cima de cosa alta. Polon. Wierzch. Vngar. Teto, hegy. Ang. Highness, or the top of any thing.]

Sūmmātēs, m. t. Principes in civitate, qui & Optimates, & Primates appellantur. [ראשים roschim. גדולים gdolim. πρῶτοι, μεγιστᾶνες. Gall. Les principaux, les grands seigneurs, les premiers en dignité, les plus grands personnages, les souuerains. Ital. Primati della città, gouernatori. German. Die höchsten/ oder oberste vnter einer volck/ die obersten am bräu. Hispan. Los principes de la ciudad principales del pueblo. Pol. Przełoiessy świat. Vngar. Fö ember. Ang. The peeres and noble men of a citie or realme.] Plautus in Pseud. Nunc tibi hæc ego loquor deliciæ summatum vnum. Idem in Gistel. -ubi istas videas summo genere natas Summatum matronas.

Sūmmātūs, us, ui, m. q. Imperium & rerum summa. [ממשלה memschalah. ממשלת memschileth. ἀρχαῖος, ἀρχή. Gal. Souueraineté, la premiere & plus haute dignité. Ital. Podestà, imperio, signoria, souerchia. Ger. Der höchste/ oder oberste stand. Hisp. Soberano, imperio muy mayor. Pol. Stan przedniejszy. Vng. Fö elöbbeszag. Ang. Empire and chief dignitie.] Lucr. lib. 3: Imperium sibi quum, ac summatum quisque petebat.

Sūmmātim, adverbium, Per summam. [ἀκρῶς. Gall. A la sum, par les sommites. Ital. Sommamente, alla summità. Germ. Zu höchst/ oder auffersst. Hisp. Por las cimas. Pol. Zwierzchu. Vngar. Summa szerint. Ang. Shortlie, in few wordes.] Columel. libro 3: Sin autem eousque exaruit (scilicet vineæ truncus) ut curvari non possit, primo anno summatim, ita ne radices eruas, aut ledas ablaqueato.

Sūmmūtō, tas, pe. prod. act. p. Aliud pro alio muto, commuto, permuto. [המיר hemir. ἀλλάττω. Gall. Changer. vn pour l'autre.

Tanto. Ital. Mutare. Ger. Abwechseln. Hisp. Mudar una cosa con otra. Pol. Odmieniam. Vng. El valtoztatom el tserelem. Ang. To chang or fir another.] Cicer. in Orat. Hanc hypallagen rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quòd nomina transferantur.

Sumo, is, psi, ptum. Capio, assumo, accipio. [נשא lakách. λαμβάνω, ἀναλαμβάνω, αἴρω. Gal. Prendre. Ital. Pigliare, attribuirsi. Ger. & Belg. Nemen. Hisp. Tomar à so cargo. Pol. Ang. To tak.] Cic. de Clar. Orat. Tu qui à Nævio sumpsisti multa, si fateris vel si negas, surripuisti. Salust. in Iugurtha: Epistolâ super capite temerè positam sumit. ¶ Nonnunquâ ponitur pro arrogo, attribuo, aut plus justo mihi vendico. ἀναιρῶ ἐμαυτῷ. Cic. pro Flaccio: Quasi quam non tantum mihi sumo, judices, neque arrogo. Idem Attico: Tantum mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit. ¶ Item pro eligo. [בחר bachár.] Cic. in Divin. Sumat aliquè ex populo monitorem officii sui. ¶ Item pro conduco. Cic. Quoad enim perventum quò sumptuarius est, non domini est navis, sed navigantium. ¶ Item pro consumo. Terent. in Adelph. Ergo intrò, & cui rei opus est, hûc eum hunc sumamus diè. ¶ Item pro impendo. Terent. in Phorm. Opportunè adeò nunc argentum attuli, Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia, id sumamus ut est, impendam, ut Donatus exponit. Vnde sumptus, de quo infrà. ¶ Sumere obsequium animo, est animo obsequi. Plaut. in Bacch. ego dare me indù meo gnato institui, ut obsequium animo sumere possit. ¶ Sumere operam, frustra laborare. Plaut. in Mostel. Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut concumam? ¶ Sumere supplicium, pro punire. Plautus Merc. Supplicium sumat quid volt ipse ob hanc injuriâ. Cic. 7. Verr. Quâ ob rem supplicium nō sumpsisti? Et paulò post: Dixit se, quod sciret sibi crimini datū iri, pecuniam accepisse, neque de vero arripiata sumpsisse supplicium, ideo securi non percussisse. ¶ Hinc composita sunt, Absumo, assumo, cōsumo, desumo, insumo, præsumo, resumo, transsumo, quæ habent penultimâ productam. Significata eorum explicantur suis locis.

Sumptus, a, um, participium passivum. Acceptus, vel electus: [נשא nikkách. ἀναλαμβάνω, ἀναφέρω. Gall. Pris. Ital. Pigliato, tolto. Ger. Genommen. Hisp. Tomado. Pol. Wyrzi, wybrani. Vng. Vétetett, választatott. Ang. Taken.] ut Sumpta virilitoga. Cic. de Amic. Idem pro Rabir. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandum illius dignitatem.]

Sumptus, pius, m. q. Impensa. [δαπάνη, πολυτελεία. Gall. Mise, despense, coust, coustange. frais. Ital. Spesa, costo. Germ. Kostn. Hisp. Costa è gasto ordinario. Pol. Nakład. Vng. Költség. Ang. Cost, expense.] Plin. Qui eam domum magno sumptu ædificaverat. Terent. in Phorm. Opus est sumptu ad nuptias. Cic. in Parad. Non modò ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad fœnus exiguus. Idem 6. Verr. Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt.

Sumptuārius, a, um. Quod ad sumptum pertinet: [δαπανηρός. Gall. Appartenant à la despense. Ital. Pertinente alla spesa. Germ. Das zu dem kosten gehört. Hispan. Cosa para aquella costa. Pol. Nakładowy. Vng. Költségbeli valo. Ang. Belonging to cost.] ut, Lex sumptuaria, quæ de moderandis sumptibus lata est, quam Cato Cibariam appellat. Cic. Pæto: Ad fungos me tuos cōferam domū, si habebo in denos dies singulos, sumptuariæ legis dies conferam. Tertullianus in Apolog. Leges (inquit) sumptum comprimentes, centum æra non amplius in cœnam subscribi jubebant, non amplius quàm unam inferre gallinam, & eam non saginatam. Hinc centenarias appellavêre antiqui cœnas, ab impensa centum sestertiorum, sumptuaria lege præscripta.

Sumptuōsus, a, um. Qui immoderatum sumptum facit. [πολυτελής, δαπανηρός. Gall. Somptueux, superflu & excessif en despense. Ital. Sontuoso. German. Köstlich, der überflüssigen kosten anwendet. Hispan. Costoso, assi. Polon. Nakładni miedzie cyniacy, chytry. Vng. Költséges. Ang. Of great expenses, costly.] Cic. in Parad. Venio enim jam ad sumptuosos, relinquo istū quæstuosum. Terent. in Adelph. Domus sumptuosa adolescens luxu perdius. Idem Heaut. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. ¶ Sumptuosa cœna, in quam magnus factus est sumptus. πολυτελὴς. Cic. Pæto: Expecta igitur hospitem tùm minimè edacem, tùm inimicum cœnis sumptuosis.

Sumptuōsè. [δαπανηρῶς. Gall. Somptueusement, avec grand despense, somptueusement. Ital. Eccessivamente, sontuosamente. Ger. Köstlich. Hisp. Con grande costa, costosamente. Polon. Nakładnie. Vng. Költségel. Ang. Costly.] Plin. Epist. 189: Quod paulò sumptuosius equos & canes emeret. Cat. Epig. 44: Vos convivia laura sumptuosè De die facitis.

Sumptifăcio, cis, Facio sumptum. [πολυτελέω, δαπανάω. Gall. Faire grande despense, consumer. Ital. Far spessa, consumare. Ger. Sich in ein kosten bringen. Hisp. Hacer gasto, y costa. Pol. Wielki nakład czynić. Vng. Költök. Ang. To mak great expenses or cost.] Plautus:

Si nunc me suspendam, meam operam luserim,
Vel præter operam restim sumptifecerim.

Sūmpsĭto, as, are, secundum frequentativum à sumo. [πολλὰς λαμβάνω. Gall. Prendre souvent. Ital. Prender sovente. Germ. Oft nemen. Hisp. Tomar à menudo. Pol. Vilamuse biorę. Vngar. Fel vettegetem. Ang. To tak often.] Plin. lib. 25. cap. 3: Capitidum autem vomitione, causas morborum extrahit, quondam terribile, plerique studiorum gratia, ad providenda acrius quæ commentabantur, sæpiùs sumptitaverint.

Sūmptĭo, onis, verbale, f. t. Assumptio. [λῆψις. Gall. Prinse. Ital. Presa. Ger. Nemung. Hisp. Tomamiento. Pol. Brauie. Vng. Vétel. Ang. A takeng.] Cicer. lib. 2. de Divin. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Lemmata appellant Dialectici: sed nos Latinè loqui malumus.

Sūtŏ, is, sui, tum, act. t. Sarcio, concinno, compingo. [תפר taphár. ἐράπτω. Gall. Coudre, coudre ensemble. Ital. Cucire. Ger. Nähen, flicken, zusammen setzen. Belg. Lappen naeyen. Hisp. Cosir. Pol. Szyć. Vng. Varrok. Ang. To sew or sew, to joyne or mak fast together.] Cic. 2. de Nat. deor. Cultus dico agrorum, extructiones que tectorū, tegumenta corporum, vel texta, vel suta, omnēq; fabricam artis & ferri. Vnde sutores, qui calceos suunt. Quidā à sue verbum hoc deduci existimant, eò quòd hujus animalis setis in suendo sutores utantur. Sumitur tamen generaliùs pro eo, quod est rem quanvis conjungere, connectere, sive colligere. Gel. Sed hi plerasq; naves loris suebant.

Sutōres, m. t. Qui calceos suunt. [ἐρραπτῶν. Gall. Cordonniers. Ital. Calzolay. Germ. Schuster, Schuhbüger, Schuhmacher. Belg. Scoenmater. Hispan. Capateros, officiales de capatos. Pol. Szewcy. Vngar. Vargag. Ang. Shoemakers, sowers.] Propriè enim artifex calceorum sutor appellatur, quum ille, qui suit pannos potiùs sarcinator dicatur. Plin. lib. 35. cap. 10. de Appelle: Ferunque à sutore reprehensum, quòd in crepidis una intùs pauciores fecisset ansas: eodem postero die superbo emendatione pristinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum prospexisse denuntiantem: Ne supra crepidam sutor judicaret: quod & ipsum in proverbium venit.

Sūtōrĭus, a, um, adjectivum. Quod ad sutorem pertinet. [τὸ τῶν ἐρραπτῶν. Gall. De cordonnier. Ital. Di calzolaio. German. Das zu den Schusteren, oder Schuhmacheren gehört. Hispan. Cosa de capatero. Polon. Szewiecki. Vngar. Vargahoz valo. Ang. Belonging to a shoemaker or sower.] ¶ Sutorium atramentum, nigredo quâ corium denigratur. [χάλκανθος. Gall. Vitriol, ou couperose. Ital. Legramento. German. Schuhmacher schwerze. Hispan. Tinta de capateros.] Est autem metalli species, qua dissolvitur in aqua nigredo fit. Duo ejus sunt genera. Fossilium, quod aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliàs candidum & pellucidum in morem vitri: unde & Vitriolum vulgo appellatur. Factitium verò ex aqua pluviali fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab ira, qui in metalla sunt damnati, in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus æstivis diebus concrescit. Vide plura de hoc apud Plin. libro 34. cap. 12. & Dioscor. lib. 5.

Sūtūra, æ, penult. prod. f. t. Commissura partium consutarum. [ἁρμός, ἁφή. Gall. Couture. Ital. Cucitura. German. Ein naht. Hispan. Cosedura, costura. Pol. Szwa. Vng. Ujue varrat. Ang. A sewing or seyning together.] Cornelius Cels. lib. 8: Sutura oras jungit, quæ ne ipsæ quidem contingere ea toto debent. ¶ In cranio quoque suturæ dicuntur commissuræ illæ, quibus ossa conjunguntur. Celsus libro 7: Rarò calvaria solida sine suturis est, & id caput firmissimum atque à dolore tutissimum est: ex cæteris quò pauciores sunt suturæ, eo capitis valetudo commodior est.

Sūtĭlis, & hoc sutile, penult. corr. nm. t. Quod consutum est: [ἐρραμμένος. Gall. Cousu. Ital. Cucito, cosito. Germ. Das zusamen geflickt, oder gesetzet ist. Hispan. Cosido. Pol. Szyty. Vngar. Varrot. Ang. Sewed or seyned together.] ut, Corona sutilis: cui opponitur pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3: Summaq; autoritas pactili coronæ: sutiles Saliorum sacris invenimus, & solemnibus cœnis. Balteus sutilis. Virg. lib. 12. Aeneid. -tentat quà sutilis alvo Balteus. Cymba sutilis, quâ Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem trajicit. Idem lib. 5. Aen. -gemuit sub pondere cymba Sutilis.

Sūtrĭnā, sutrinæ, pen. prod. f. p. Officina sutoris. [ἐρραφεῖον. Gall. La boutique d'un cordonnier. Ital. Calzoglaria. Germ. Eines Schusters werkstan. Hisp. Tienda de capatero. Pol. Warsztat szewcyki. Vng. Vargamühely. An. A shoemakers shope.] Plin. lib. 10. cap. 43: Tiberio principe ex tœtu supra Castrorum ædem genitus pullus, in oppositam sutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinæ domino.

Sūpellex, ĕctilis, f. t. vel hæc Supellectilia, & apud antiquos hoc supellectile: unde putatur mansisse plurale neutri generis Supellectilia: Ablativum singularem facit supellectile, vel supellectili. Est autem Supellex, domesticum instrumentum, quod neq; argento, auróve facto, vel vesti annumeretur: id est, res mobi-

res mobiles, ut vocant Iurisconsulti, apud quos titulus est, de supellectile legata. [כְּלִי cheli רְכוּשׁ rechûsch. τὰ ἔπιπλα, σκεύη, ... Gall. Les meubles d'vn homme, le mesnage Ital. Roba di casa, mobile di casa, massaritie di casa. Ger. Ein Haußraht/fahrende Haab. Belg. Huysraeth. Hisp. El alhaja de casa. Pol. Nadobie w hylyakie. Vng. Haʒi eskoeʒ. Ang. Houshold stuff the moueables of a man.] Cujus nomine, ut inquit Paulus, continētur mensę, trapezophora, delphicę, subsellia, scamna, lecti inargētati, culcitrę, toralia, mappę villosę, vasa aquaria, pelves, aquiminaria, cādelabra, lucernę, trullę, vasa ænea vulgaria: id est, quę nō proprio sunt loco attributa: prẹterea capsæ, armaria vitrea, escaria & potoria. Hęc Sipōtinus ex 33. Digest. de Supellectile legata l. 5. & l. supellectile. Plin. lib. 15. cap. 9: Totam supellectilē ligneā. Horat. 1. Serm. Sat. 6: Cœna ministratur pueris tribus: & lapis albus Pocula cū cyatho duo sustinet: astat echinus Vilis, cū patera guttus, Cāpana supellex. Cic. 4. Verr. Supellex ex ęre elegantior Deliaca, & Corinthia. Ibidē: Tu P. Cacurii promptissimi hominis & experiētis, & in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti. Virg. 1. Georg. -vilisque supellex, Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.

Sūpĕr. [עַל hal. ὑπὲρ. Gall. Sur ou sus, dessus. Ital. Sopra, di sopra. Ger. Auff/ uber. Belg. Op. Hisp. Sobre, encima. Pol. Nagorze. Vn. Rayta fölyül. Ang. Vpon.] Præpositio est, modò accusativo, modò ablativo casui serviens: deducta à Grẹca pręposítione ejusdem significationis, aspiratione in s, & υ in v, commutatat: ejus antitheton est Subter. Quidā hoc discriminis esse voluerūt inter super & supra, quòd illud contiguitatē, hoc spatium quoddam interjectam importaret. Quę tamē differentia perpetua non est, ut satis constat uno Livii testimonio lib. 44. ab Vrb. ubi sic habet: Vbi citra muros, supra, subterq; terram per dies vigintiquinq; pugnatū est. ¶ Accipitur aliquando Super pro De, cū genitivo περί. Virg. 1. Aen. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. ¶ Aliquādo idē valet quod Pro: ut apud eundem. 4. Aen. Nec super ipse sua molitur laude laborem. ¶ Iuncta verò accusativo, significat Vltra. Virg. 6. Aen. -super Garamantas & Indos Proferet imperium. Apuleius: Iam enim super oppidum profectus, nos citra reliquerat. In qua significatione aliquando etiā ablativo juncta invenitur. Virg. 9. Aen. Nocte super media. Id est, ultra mediam noctem. ¶ Ponitur aliquando adverbialiter sine casu. Plaut. Hinc, atq; hinc super subterq; premor angustiis. ¶ Accipitur aliquando pro vehementer. Virgil. 1. Aen. His accensa super, jactatos æquore toto, &c. ¶ Nonnunquam pro desuper. Virg. 9. Aen. Et super è vallo prospectant Troës. ¶ Super somnū: id est, servus à cubili, interprete Budęo. Curtius: Sed per dispositos, quos super somnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter se excitaretur. ¶ Quandoq; pro insuper, & amplius. Virg. 2. Aen. Cui neq; apud Danaos usquā locus, & super ipsi Dardanidæ infensi pœnas cū sanguine poscunt. ¶ Componitur cum dictione incipiente ab a, ut superaddo: c, ut supercedo: d, ut superduco: e, ut supereminco: f, ut superfluo: i, ut superincido: m, ut supermeo: p, ut superpono: s, ut supersedeo: u, ut supervacuus. ¶ Componitur & cum præpositionibus de & in, ex quibus fiunt desuper, & insuper: de quibus egimus suprà suis locis.

Sūpĕrăbundo, as, Redundo, superfluo. [עָדַף hadhaph περισσεύω. Gall. Estre trop, abonder. Ital. Esser tanto pieno che si sparga, esser troppo. Ger. Gar uberflüssig sein. Hisp. Rebossar lo lleno. Pol. Nazbitmam. Vngar. Fölöttegen bövöl kōdōm. Ang. To abounde greatlie.] Vlpian. Digest. de Regulis juris: Non solent quæ superabundant, vitiare scripturas.

Supersum, superes, superest, superfui, Affluo, abundo. [עדף hadheph נשאר nischaar. περιεῖναι, περιγίνεσθαι. Gal. *Estre de reste, abonder*. Ital. *Abundare*. Germ. Uberig voll seyn / uberennig seyn. Belg. Over zijn. Hispan. *Sobrar*. Polon. *Zbytni iestem*. Vngar. *Megmaradok*. Ang. *To remaine, to abound*.] Virgil. 11. Aen. Auxilioque urbes Italæ, populique supersunt. ¶ Interdum superesse, significat reliquum esse. περιλείπεσθαι. Ennius libro 3. Ann. Inde sibi memorat unum superesse laborem. ¶ Interdum superstitem esse. ἐπιζῆν. Plaut. in Asin. Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ Superesse vitæ sospitem & superstitem. ¶ Interdum vincere, superiorem esse. [נצח nitstsach. ὑπερέχειν.] Virg. 3. Georg. -ne blando nequeant superesse labori. Id est, vincere laborem. ¶ Interdum superfluum esse, περιττὸν εἶναι. Gel. lib. 1. cap. 22: Memini ergo Prætoris docti hominis tribunali me fortè assistere, atque ibi advocatum reum non habere. Et quum is qui verba faciebat, reclamasset: Ego illi supersum: respondisse Prætorem festiviter: Tu planè superes: non ades. Hoc est, superfluus, supervacaneus es. Ex quibus Gellii verbis colligi potest, fuisse nonnullos ea ætate, qui superesse usurparent, pro eo quod est in judicio adesse: quos tamen, ut ineptè loquentes, irridet. Visus tamen est etiam hoc verbo in hac significatione Suetonius in August. cap. 56: Quum Asprenas Nonius arctius ei junctus causam veneficii accusante Cassio Severo diceret, consuluit Senatum quid officii sui putaret. Cunctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. Sic apud Iurisconsultos sæpè superesse suis rebus, pro consulere & prospicere. ἐφορᾶν τοῖς πράγμασι. ¶ Interdum durare. Virgil. 3. Georg. Primus ego in patriam mecum, modò vita supersit.

Supervăcŭus, a, um, Superfluus, non necessarius. [עדף hadheph. περιττός, μάταιος. Gall. *Superflu & ne servant de rien, inutile*. Ital. *Supervacuo*. German. Unnötig / unnütz / uberflüssig. Belg. Onnootsakelick. Hispan. *Demasiado y superfluo*. Pol. *Nie potrzebny, zbytni*. Vngar. *Hiaba valo, haszontalan*. Ang. *Superfluous, vnprofitable, that serueth for nothing*.] Columella libro 3: Itaque supervacuum est hoc repetere, jam tradita ratione terebrationis. Ovid. 2. de Ponto, eleg. 7: -sed me timor ipse malorum Sæpè supervacuos cogit habere metus.

Supervăcānĕus, a, um, Supervacuus. [עדף hadheph. περιττός.] Cicero Appio: Confirmata amicitia & perspecta fide, commemoratio officiorum supervacanea est. Idem 1. de Nat. deor. Quid de reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacaneum est? Pro supervacaneo habere. Liv. 10. ab Vrbe: Cui autem dubium esset ubi unum bellum sit asperum ac difficile, quum id alteri extra sortem manderetur, quin alter consul pro supervacaneo, atque inutili habeatur.

Supervăcŭō, adverb. [ἀδιαφόρως, ἐκ περιττοῦ, περιττῶς, ἐκ περιουσίας, ἐπ᾽ ἀδιαφόροις. Gall. *Superfluement, inutilement*. Ital. *Souerchiamente, inutilmente*. German. Unnötiglich / uberflüssiglich. Hisp. *Superfluo y desaprouechadamente*. Polon. *Zbytnie, niepotrzebnie*. Vngar. *Haszontalanul*. Ang. *Superfluouslie*.] Vlpian. in l. Et si quis §. plerique. ff. De relig. & sumpt. fun. Quod si supervacuo fuerit factum, &c.

Supervādo, is, ere, d. p. Transcendo. [ὑπερβαίνειν. Gall. *Aller par dessus, passer outre*. Ital. *Andarsu*. German. Uberhineyn gehn. Hispan. *Subir encima de otra cosa*. Polon. *Przechodzę, przestępuię*. Vngar. *Altal hagom, raita altal megyök*. Ang. *To go vpon or ouer or beyonde*.] Liv. 1. bel. Maced. Quum omnes victi, metuq; perculsi ex prælio intra vallum protinus inde supervadentem munimenta victorem hostem fugerent.

Supervăgŏr, pen. corr. supervagaris, d. p. Præter justum & æquum vagor, superfluo, vel superfluos ramos habeo. [ὑπερπλανᾶσθαι. Gall. *Passer outre mesure, s'estendre trop, outrepasser*. Ital. *Esser troppo vagante*. German. Darauß schweiffen. Hisp. *Ser muy vagabundo*. Pol. *Nazbyt sie tułam*. Vngar. *Hiaba idestova budosom s bőbtsib hanaikodom*. Ang. *To wander ouer, beyonde, or out of measure*.] Colum. lib. 4. cap. 21: Quinquennis vineæ non alia est putatio, quàm ut figuretur, quemadmodum suprà instituimus, néve supervagetur.

Supervăgānĕus, adjectivum antiquum à verbo Vagor: unde Avis supervaganea dicebatur ab auguribus, quum ex summo cacumine vocem emisisset. Festus.

Supervĕho, is, Super aliquid veho. [ὑπεροχεῖν. Gall. *Porter & charroyer dessus, porter iusques dessus*. Ital. *Portar sopra*. Ger. Uberführen / oder hinübertragen. Hisp. *Traer encima*. Pol. *Przewożę*. Vn. *Rea vonszom*. Ang. *To carie or conueigh vpon*.] Catul. epig. 61:

Ille quoq; eversus mons est, quem maxima in oris
Progenies Phthiæ clara supervehitur.

Sŭpervĕnĭo, is, ire, n. q. Ex inopinato venio, de improviso in aliquid incido. [ἐπέρχεσθαι. Gall. *Suruenir, venir cependant ou apres*. Ital. *Venir à la improuisa, sopranenire*. German. Unversehenlich darzu kommen. Belg. Over den hals commen. Hisp. *Sobrevenir*. Pol. *Niespodziałie nadchodzę*. Vng. *Hirtelen el erközom*. Ang. *To come vnwares vpon one*.] Horat. 1. Epist. 4: Grata superveniet, quæ non sperabitur hora. Virg. 6. Ecl. Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle. Liv. 4. bell. Pun. Munientibus supervenit Marcellus. ¶ Supervenire cum accusativo succedere, ascendere. Ovid. 10. Metamorph. -nam crura loquentis Terra supervenit. Statius 1. Achil. Nescio quid magnum (nec me patria omnia fallunt) Vis festina parat, tenerosque supervenit annos.

Supervĕntus, tus, m. q. Ipse superveniendi actus. [ἐπέλευσις. Gall. *Suruenue, suruenement*. Ital. *Sopraueniménto*. German Zukommung / oder zulauff. Hispan. *Sobreuenida, obra de sobrevenir*. Pol. *Przyście, nadchod*. Vng. *Hirtelen vala elerkezes*. Ang. *A comming vpon one suddenlie*.] Plin. lib. 7. cap. 15: Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluvio magis monstrificum. Acescunt superventu musta, sterilescunt tactæ fruges, &c.

Supervestĭo, is, Veste superintego. [ἐπενδύειν. Gall. *Vestir par dessus*. Ital. *Vestir di sopra*. Germ. Uberkleyden. Hispan *Vestir por de sobre*. Pol. *Przyodziewam*. Vngar. *Föl öltöztetöm*. Ang. *To put vpon*.] Plin. lib. 16. cap. 33: Imagines rerum tenui filo, brevique, & virente supervestiens.

Supervīvĕre, Is dicitur, qui quum jam mortuus videretur, refocillatus resipuit, ac veluti revixit. ἐπιζῆσαι.

Superungo, is, act. t. [ἐπαλείφω, ἐπιχρίειν. Gall. *Oindre par dessus*. Ital. *Ongere di sopra*. German. Ubersalben / ubersch mieren. Hisp. *Vntar por de sobre*. Polon. *Pomazuię*. Vngar. *Fölyül meg kenem*. Ang. *To anoynt or smere ouer or vpon*.] Celsus lib. 7. cap. 1: Deinde superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superunguntur.

Supervŏlo, as, n. p. Suprà aliquid volatu feror. [ὑπερίπτασθαι, ἐπιπτῆναι. Gall. *Voler par dessus*. Ital. *Volar di sopra*. Ger. Uberfliegen. Hisp. *Volar encima de otra cosa*. Pol. *Nalatuię*. Vng. *Fölyül röpülök*. Ang. *To flee ouer*.] Plin. lib. 7. cap. 24: Supervolantes quamvis altè, perniciterque, alites haustu raptas absorbeant. Ovid. 4. Metam. Despectat terras, totumq; supervolat orbem. Plin. lib. 10. cap. 33: Perdices concipiunt supervolantium afflatu, sæpè voce tantùm audita masculi.

Supervŏlĭto, as, frequentativum. [πολλάκις ἐφίπτασθαι. Gall. *Voler souuent par dessus*. Ital. *Volar spesso per di sopra*. German. Offt / und dick uber etwas fliegen. Hisp. *Volar encima muchas vezes*. Polon. *Vlatuię nadlatuię*. Vng. *Fölyül röpülök*. An. *To flee ouer often*.] Virg. 6. Aeglog. -& quibus antè Infœlix sua tecta supervolitaverit ales.

Supervolvo, is, vere, act. t. Suprà volvo. [ἐπικυλινδεῖν. Gall. *Rouler par dessus*. Ital. *Voltar di sopra*. German. Uberwaltzen. Hispan. *Boluer encima de otra cosa*. Pol. *Przywiiaduam*. Vng. *Fölyül rea hengeritöm, vonszom*. Ang. *To tumble or roll vpon or ouer*.] Col. lib. 11. cap. 3: Potest etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercunque satum, si quum est natum, incrementum ejus supervoluto cylindro coërceat.

Supĕrus, a, um, pen. cor. A' super fit: cui opponitur Inferus: [עליון heljón. ἄνω. Gall. *Qui est en haut, hautain, esleué, celeste*. Ital. *Di sopra sourano*. Germ. Das ober oder hohe. Belg. Boven. Hispan *Cosa de arriba*. Pol. *Wyszsza*. Vng. *Fölsö*. Ang. *That is highest or aboue*.] ut Mare superum, Sedes superæ, & aura supera. Virg. 6. Aeneid. -facilis descensus Averni: Noctes, atque dies patet atri janua Ditis: Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Idem 11. Aeneid. Velocem interea superis in sedibus Opim Compellabat, &c. Idem 6. Aeneid. -talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat. Cic. 2. de Nat. deor. Homo spectator superarum rerum atque cœlestium. Idem 4. Acad. Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, cœlum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque præter terram, rem ullam in mundo moveri. ¶ Supera, orum, pro cœlo, substantivè. Virgil. 6. Aeneid. Omnes cœlicolas, omnes supra alta tenentes.

nentes. Cic. 1. Tusc. Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. ❡ Superum mare, idem est cum Adriatico: ita dictum, quòd Italiam suprà: hoc est, ab Ortu, alluat: ἀδριατικὸν πέλαγος, quemadmodum mare Tyrrhenum ab Occasu, quod ideo inferum appellatur. Plaut. Menæch. Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superum omne, Græciamque exoticam, Orasque Italicas omnes, quas adgreditur mare, Sumus circumvecti.

Supĕri, orum, m. f. Pluraliter, & substantivè: Cœlestes, sive vivi & qui inferis superiores sunt. [עליונים *haëljonim*, οἱ ἄνω, οἱ ἄνωθεν. Gal. *Qui sont en haut, celestes*. Ital. *Chi sonno in alto, celesti*. Ger. Die in der höhe sindt / des Himmels eynwohner. Hisp. *Celestiales, de arriba*. Pol. *Niebieszczy*. Vng *Mennyeiek*. Ang. *The saintes or holie companie of heauen*.] Virg. 5. Aen. Attonitis hęsêre animis, superosq; precati Trinacrii Teucrique viri. Ovid. 1. Metam. Talia quæerentes (sibi enim fore cætera curæ) Rex superûm trepidare vetat. Idem 1. de Ponto, eleg. 1: Ipsa movent animos superorum numina nostros. ❡ Contrà inferi, orum, pro Manibus sive mortuis accipi solent. Plin. lib. 12. cap. 18: Fœlix appellatur Arabia falsi & ingrati cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, quum plus ex eo inferis debeat.

Sūpīnus, a, um, penult. prod. Qui dorso incumbit, ita ut faciem, ventremque habeat cœlum versus spectantem: cui cōtrarium est Pronus. [ὕπτιος, κύμβαχος. Gall. *Couché le ventre en haut*. Ital. *Co'l ventre in su, supino, à roverscio*. Ger. Rucklings mit dem bauch obersich. Belg. Met dem buyck opwaerts. Hisp *Cosa papo arriba o trastornada, cosa panda, buelta hazia arriba*. Pol. *Nawznak lezący*. Vng *Hanyatta fekvö*. Ang. *That lyeth on his back, and his face vpward*.] Iuven. Satyr. 3: Cubat in faciem, mox deinde supinus. Cicero de Divin. Nam si omne animal (ut vult) ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino: membraque quò vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit: eaque antè efficit penè, quàm cogitat: quãto id Deo est facilius, cujus numini parent omnia? Manus supinæ. Liv. 6 bell. Pun. Vndique matronæ, in publicum effusæ, circa deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cœlum ac deos tendentes. Virg. 3 Aeneid. tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus. ❡ Et quoniam supinus ille recubitus indicium est hominis soluti & otiosi, factum est, ut supinum pro molli, delicato, otioso, & negligenti ponamus. [עצל *hatsel* ῥᾴθυμος. Gal. *Otieux, paresseux, negligent*. Ital. *Otioso, negligente*. German. Hinlässig/müssig/ der alle viere vō sauls eit von jhm streckt. Hispan. *Perezoso, negligente, descuydado*. Polon *Lien, niedbaliecz*. Vng. *Hervelö, tunia, rest*. Ang *Idle, slouthfull*.] Senec. ad Luc. Est quidem, mi Lucili, supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus, reducitur. Juven. Sat. 1: Et multum referens de Mecœnate supino. ❡ Inde supinior, oris, comparativus. Mart. lib. 2: Nusquam deliciæ supiniores. ❡ Supinus item accipitur pro acclivi, sive montoso. Horat. lib. 1. Carm. Seu mihi frigidum Præneste, seu Tybur supinum. Fuit enim Tybur civitas in ascensu collis posita, cujus etiam hodie ruinæ conspiciuntur. ❡ Supinus Persius dixit pro superbus, Stat. 1: Italo quod honore supinus Fregerit heminas Aretî ædilis iniquas.

Supīnum, A' quibusdam dicitur verbum participiale, sicut gerundia, participialia nomina appellantur. Habet autem duas terminationes um, & u: ut Lectum, lectu. Quod in um finitur, habet significationem activam. Salustius: Legatos ad Iugurtham de injuriis questum misit. Id est, qui quererentur, vel questuros. μεμψομένους. Idem: Non mea culpa sæpè ad vos oratum mitto. P. C. Hoc est, qui orent, sive oraturos παρακαλέσοντας. Do filiam nuptum dicimus: hoc est, quæ nubat. Do venum, vendo. Spectatum admissi sumus: id est, ut spectemus. ❡ Quod verò in u finitur, significationis passivæ est, jungiturque nominibus adjectivis. Virgil. 3 Aen. Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli: hoc est, qui nec videri, nec dici facilè possit. Plinius: Accipenser piscis rarus inventu: hoc est, qui rarò invenitur. Dicimus præterea, Dignum, sive indignum relatu: hoc est, quod referatur. Impium factu, si fiat. Horrendum aspectu, si aspiciatur. Iucundum cogitatu, si cogitetur. Obscœnum visu, si videatur, & sic de reliquis.

Sūpīno, nas, pen. prod. Supinum colloco. [ὑπτιάζω. Gall. *Renverser, coucher à l'envers ou en arriere*. Ital. *Riuersciare, piegare al riuerscio*. Germ. Auff den rucken nider werffen. Hisp. *Trastornar, plegar al reves*. Pol. *Na wznak kłade*. Vng. *Arczal fel fordetom*. Ang. *To lay the bellie vpward*.] Stat. lib. 6. Thebaid. Præcipitatq; retrò juvencum, atq; in terga supinat.

Supīnor, aris, ari, passivum est verbi Supino, Supinus fio. [ὑπτιάζομαι. Gall. *Estre renversé & couché le ventre en haut*. Ital. *Essere riuersciato*. Germ. Hindersich gekert werden. Hispan. *Ser trastornado*. Pol. *Wznak lezę*. Vng. *Arczal fel fordulok*. Ang. *To be layde with the face vpward*.] Horat. Serm. Satyr. 7: -nasum nidore supinor. Vbi Acron interpretes: Nasum (inquit) nidore supinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Supinari igitur est erigi, & Supinum fieri. Accusativum verbo addidit passivo, quemadmodum & Virg. 7 Aen. Loricam induitur, fidoq; accingitur ense. Stat. lib. 12. Thebaid. Iamque supinantur fessis, lateque fatiscunt Penthei devexa jugi.

Sūpīnātus, a, um, particip. [ὑπτιασθείς. Gall. *Renuersé, couché à l'envers ou en arriere*. Ital. *Riuersciato, piegato al reuerscio*. Germ. Hindersich als auff den rucken gewendt. Hispan. *Trastornado, plegado al reves*. Polon. *Nawznak lezący*. Vngar. *Fel forgattatot*. Ang. *Layed with the face vpward*.] Virg. 2. Georg. Antè supinatas Aquiloni ostēdere glebas, Quã lætũ infodias vitis genus. Stat. 5. Thebaid. Incertusq; sui liquidum nunc ætra lambit Ore supinato, nunc arva gementia radens. Pronus adhæret humo.

Suppār, is, penult. corr. m. f. ex sub, & par, Propemodum æqualis. [ὑπόγυος. Gall. *Presque pareil*. Ital. *Quasi vguale*. Ger. Minder vnd mehr gleich. Hisp. *Cosa quasi ygual a otra*. Pol. *Rowni*. Vng *Maid egy ideiwe*. Ang. *Almost equall*.] Cic. de Clar. Orat. Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes.

Suppărăsītor, aris, pen. prod. Subservio, obsequor tanquam parasitus. [ὑποπαρασιτέομαι. Gall. *Complaire & accorder tout pour auoir la repeue franche, seruir de flateur*. Ital. *Andare à versi, compiacere ad alcuno*. German. Schmeichlen / oder lieb kosen als ein tellerschlecker. Belg. Pluym strijcken. Hisp. *Trabajar à otro trabajar por causa del comer*. Polon. *Pochlebować*. Vng. *Hizelkedem*. Ang. *To agree in all thinges to one, and flatter him to haue his repast free*.] Plaut. in Amph. Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri.

Suppărŭs, vel Supparum, pen. corr. Genus togæ levis & angustæ, inde dictum, teste Varrone, lib 4. de ling. Lat. quòd suprà induatur. [ἐπένδυμα. Gall. *Vn roquet, habillement de femme qui estoit de toile estroit & leger*. Ital. *Habito antico da donna di lino*. German. Ein oberjüpplin / ein leicht / eng / oder lang oberkleid. Hispan. *Camisa de lino propria de muger*. Pol. *Czuba*. Vng. *Feyer szeck kötes*. Ang. *A smock*.] quemadmodum subucula, quòd subtus induat. Lucan. 2: -Pharsalię Suppara, nudatos cingit angusta lacertos. ❡ Festus supparum vestem puellarem lineã interpretatur, eandemque esse existimat cum ea, quæ & subucula & camisia dicitur. [Polon. *Giezło*.] Quam sententiam hoc Afranii testimonio fulsit: Puella non sum, supparo si induta sum. ❡ Est & supparum navium insigne, teste Seneca lib. 11. Epist. [Gall. *Le plus haut voile de la nef*. Ital. *Trauersa à la piu alta vela della naue*. Germ. Das oberist segeltuch. Hisp. *Vela ó tienda de la nao*. Pol. *Wierzchni zagiel*. Vng. *Vitorlainkt*. Ang. *The toppe sayle of a shipe*.] Sunt enim Suppara summa vela, quæ cæteris annectuntur, & quæ superannectuntur, & quæ super antennas explicantur. De quibus Lucanus libro 5: -summaque pandens Suppara velorum perituras colligit auras. Statius 3. Syl. -vos summi annectite suppara veli.

Suppĕdāneum, Dicitur id quod pedibus subjicitur, dum sedemus. ὑποπόδιον.

Suppĕdĭto, as, penult. corr. Suggero, ministro. [כלכל *calcal*, ἀναπληρόω, χορηγέω, ἐπαρκέω. Gall. *Bailler & fournir*. Ital. *Dare, sòministrare*. German. Darreichen / darsetzen / vnderstützen. Belg. Geven. Hispan. *Administrar, dar lo que otro ha menester*. Pol. *Dawe potrzebi*. Vngar. *Zolgaltatom*. Ang. *To furnish*.] Varro 2. de Re rust. Largiore cibatu sustentare debet, quò facilius lac suppeditare possit. Cic. ad Treb lib. 7. Epist. An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditare? Id est, chartam tibi deesse. Idem ad Attic. lib. 11: Et velim, quoad poteris, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. Quint. lib. 2. cap. 2: Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet: tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius. ❡ Suppeditare, neutrum absolutum, pro sufficere, satis esse. ἐπαρκεῖν. Cicero 1. Offic. Ob eamque causas studeat parare ea, quæ suppeditant & ad cultum, & ad victum. Plaut. in Asin. Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare. ❡ Interdum ponitur pro opprimere, sive supplantare. ὑποσκελίζω. Cicer. Nunc video in judicio mecum contendere non vis, ubi suppeditari turpissimum, superare pulcherrimum est.

Suppĕdĭtor, aris, deponens. Idem. Cic. ad Att. lib. 14: De Pauliciano nomine quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium.

Suppĕdĭtātĭo, verbale, f. Subministratio. [χορηγία, παροχή. Gall. *Fournissement*. Ital. *L'esser fornire è dare*. Ger. Dargebung / darreichung. Hispan. *Obra de administrar y dar lo que otro ha de menester*. Polon. *Dodanie potrzeb*. Vn. *Zolgaltatas*. Ang. *A furnishing*.] Cic. 1. de Nat. deor. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquit, bonorum, nullo malorum interventu.

Suppello, is, puli, sum, verbum modò honestum, modò turpe. Cicero ad Pætum, lib. 9: Quod ipsa res modò honesta, modò turpia: suppellere, flagitium est: jam erit nudus in balneo, non reprehendes.

Suppĕto, tis, pen. corr. Latenter, seu per fraudem peto. [ὑπαιτέω, ἐπι-

dè, μαγαρίζω. Gall. Demander à fausses enseignes. Ital. Dimandare con inganno. Germ. Heimlich/oder mit einem betrug begeren. Hisp. Demandar engañosamente. Polon. Zdradliwie pożądam. Vngar. Alattomba kérem. Ang. To ask by fals tokens.] Vlp. de Furtis: Apud Labeonem relatum est, si siliginario quis dixerit, ut si quis nomine ejus siliginem petisset, ei daret. Et quidem ex transeuntibus quum audisset, petiit ejus nomine & accepit, furti actionem adversus eum, qui supposuit siliginario competere, non mihi. Non enim mihi negotium, sed sibi siliginarius gessit. ¶ Suppetit verò, in tertia persona, & suppetunt, significat in promptu est, adest, sufficit, satis est. [די dai. ἱκανῶς, ἐξαρκεῖν. Polon. Dostatek, dosyć. Vngar. Eleg vagion.] cui opponitur Deficit, & Deest. Horat. 1. Epist. 12: Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus. Colum. lib. 9. cap. 1: Suppetunt in hanc rem fœliciter cætera. Plin. Iunior in Epist. Cui abundè suppetunt facultates. Liv. 2. ab Vrb. Rudis in militari homine lingua, non suppetebat libertati, animoque. ¶ Suppetat superstes vitæ tuæ. Plaut. in Trin. Bene hercle denuntias, deosque oro, ut vitæ tuæ superstes suppetat: hoc est, post te vivat.

Suppĕtiæ, & in accusativo Suppetias, sine aliis casibus, f. plur. tantùm. Idem quod Subsidium, auxilium. [עזרה עזר hézer hezrah. ἐπικουρία. Gall. Aide, secours. Ital. Soccorso. Ger. Hülff entsetzung. Belg. Hulp. Hispan. El socorro. Pol. Pomoc. Vng. Segitség. Angl. Aide, help.] Plaut. tamen in Epid. diversa esse ostendit, quum ait: Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. Si enim eadem essent suppetiæ & auxilium, alterum vacaret. Rectiùs itaque Auxilii nomine intelligimus quod augendarum virium causa alicui summittitur. Suppetias verò eas dicimus, quæ jam laboranti, & periclitanti feruntur: quod & subsidium dicimus. Suppetias venire: id est, in subsidium. Cæsar 2. Comment. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire.

Suppĕtĭor, aris, d. p. Auxilior, succurro. [עזר hazár. ἀμύνω. Gall. Secourir, aider. Ital. Soccorrere, ajutare. German. Helffen oder beistand thun. Hisp. Embiar socorro, ayudar. Polon. Pomagam. Vngar. Meg segítem. Ang. To aide or help.] Apul. lib. 8: A vobis facilè est suppetiari miserrimo seni.

Sŭppīlo, las, pen. prod. act. p. Suffuror, clàm & paulatim furripio. [גנב ghanab. ὑφαιρέομαι. Gall. Piller & desrober secrettement & en cachette. Ital. Rapire, robbare. Germ. Heimlich entpfrembden/entwehren/stälen. Hispan. Saltear, hurtar a escondidas. Pol. Wyłudzam. Vngar. Lassan alattomba el lopom. Ang. To robbe or steale vnder hand craftely.] Plaut. in Truc. Hæc quum video fieri, suffuror, suppilo, & de præda prædam facio. Pomp. Sarcularia, Alteram apportat, prodigit partem, suppilat semper. Caecil. Nauc. Suppilatum esse cum atque ornamenta omnia. Et Nonio.

Supplanto, as, Pede supposito in terram dejicio. [עקב hakab. ὑποσκελίζω. Gall. Donner le crochet ou le jambet à quelqu'un, & ruer par terre, tromper. Ital. Metter sotto il piede, ingannare. Ger. Den fuß furhalten daß einer falle. Belg. Den voet setten. Hispan. Armar zancadilla, engañar. Pol. Nogę do upadnienia podstawiam. Vng. Hitvsalom, kaluda vetessel el vetem. Ang. To cast to the ground by striking feet or legge.] Cic. 3. Offic. Contendere debet, quàm maximè possit, ut vincat: supplantare eum, qui cùm certat, aut manu depellere nullo modo debet. Et quoniam qui in lucta hac ratione superiores evadunt, fraude magis quàm viribus videntur vicisse, factum est ut supplantare accipiatur pro decipere. ¶ Supplantare verba & vocem, est deprimere, & mutatis accentibus certare. Pers. Sat. 1: & tenero supplantat verba palato. Quasi sonus vocis canoræ in ultimo palati cavo leniter infringatur, quò jucundior fiat. ¶ Est & Supplantare, compositum à verbo Planto, idem significans quod sub re aliqua quippiam plantare. ὑποφυτεύειν. Col. lib. 3: Et vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas.

Supplĕo, ples, act. f. In deficientis locum aliquid substituo. [מלא malè. πληρόω. Gall. Remplir, combler, suppleer, & amender ce qui defaut, fournir. Ital. Supplire, empire, giongere. Germ. Erfüllen/ersetzen. Belg. Vullen/vol maken. Hispan. Suplir lo que falta. Pol. Napełniam. Vngar. Helishe mást szerzek. Ang. To fill vp or make even, to fill the place of him that lacketh.] Virgil. lib. 3. Aeneid. Remigium supplet, socios simul instruit armis. ¶ Accipitur interdum Supplere pro æquare. Virg. 7. Eclog. Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto: id est, Si tot agnos habuero, quot oves, interprete Servio. ¶ Aliquando pro implere. Cato cap. 88: Ibi fiscellam cum sale populari suspendito & quassato, suppletoq; identidem. Idem cap. 69: Facito ut amurcam quotidie suppleas.

Supplēmĕntum, ti, n. s. Quod ad supplendum rei alicujus numerum submittitur: unde militum & remigum propriè supplementa dicimus, quæ ad justum numerum explendum succenturiantur. [מלואה milluáh. ἀναπλήρωμα. Gall. Remplage, accomplissement, supplement. Ital. Supplemento, aggiunta. German. Ein erfüllung/oder ersetzung eines das vnvollkommen ist. Hispan. Supplimiento de lo que falta. Polon. Napełnienie. Vng. Folt, fel tolis. Ang. A filling vp, a supplying.] Cic. Appio Pulchro, lib. 3: Censebant omnes ferè ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur.

Supplex, Supplicium, Vide SVPPLICO.

Supplĭco, as, pen. corr. n. p. Humiliter & demissè precor, supplex sum. [התחנן hithchannén התפלל hithpallél. ἱκετεύω. Gall. Supplier, requerir humblement, faire requeste. Ital. Supplicare, pregare, reverentemente. Ger. Demütiglich bitten. Bel. Ootmoedelijck bidden. Hisp. Supplicar à rogar con reverencia. Pol. Pokornie proszę. Vn. Alazatossan könyörgök. Ang. To intreate or request humbly.] Cic. in Lælio: Quàm multa enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum: precari ab indigno, supplicare, tùm acerbiùs in aliquem invehi. Plaut. Curcul. Volo hic in phano supplicare.

Sŭpplĭcāri, impersonale, Pro supplicationes fieri. Plin. lib. 31. cap. Illiacis temporibus non supplicabatur thure.

Sŭpplĭcassis, pro supplicaveris, legitur apud Plautum in Asin. Hercle istum dii omnes perduint, verbo cave supplicassis.

Sŭpplĭcātĭo, onis, f. t. Ipse supplicandi actus. [תחנה techinnáh תפלה tephillàh. ἱκεσία. Gall. Supplication, procession, requeste publique. Ital. Supplicatione, prego. German. Ein demütige fürbitte. Hisp. Obra de supplicar, ruego. Pol. Prośba, ukorzenie sie. Vn. Alazatos könyörgés, supplicatio. Ang. Humble request or intreatie.] Supplicationes item ἱκετεῖαι dicebantur, quando re feliciter gesta, ex Senatusconsulto templa aperiebantur, divorumque simulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad pulvinaria confluente, diisque suis pro eorum in Rempublicam meritis supplicante, gratiasque agente. Cicer. in Catil. Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites. Cæs. lib. 4. bell. Gal. His rebus gestis, ex literis Cæsaris dierum viginti supplicatio à Senatu decreta est.

Sŭpplex, cis, om. t. Qui alteri abjectè, demissè, & humiliter supplicat, ad pedes sese ejus prosternens: aut genua flectens. [מתחנן mithchannén מתפלל mithpallél. ἱκέτης, ἱκέτις. Gal. Suppliant, requerant à genoux. Ital. Supplichevole. Ger. Der niderkniet vnd bittet/demütiglich bittend. Hisp. Humilde y sujeto y devoto. Pol. Ukorzający sie. Vng. Alazatossan könyörgő. Ang. He that humblie prayeth or requesteth an other.] Vnde & supplicem dictum putant à supplicandis genibus. Cic. 3. Tusc. Quum se Alcibiades afflictaret, lacrymansque Socrati supplex esset, ut sibi, &c. Liv. 7. ab Vrbe: Veniamque supplex poposci. Stat. 1. Achil. Supplex miseranda rogabo, &c. Lacrymæ supplices, Propertius lib. 1. eleg. 15. ¶ Libelli supplices, quos vulgus requestas vocat. Mart. lib. 8: Sed jam supplicibus dominum lassare libellis Desine, & in patriam serus ab urbe redi. Vota supplicia. Virg. lib. 8. Aen. Iunoni fer ritè preces: iramque minasq; Supplicibus supera votis.

Sŭpplĭcĭter, adverbium, Humiliter, demissè, abjectè. [ἱκετικῶς, ταπεινῶς. Gall. En suppliant humblement. Ital. Supplichevolmente, humilmente. Germ. Mit demütigem vnd fußfelligem bitten. Hisp. Devotamente, humilmente. Polon. Zukorzeniem, proszbam. Vngar. Alazatosan. Ang. Humblie, with prayer.] Cæs. 1. belli Gall. Qui quum eum in itinere convenissent, seque ad pedes projecissent, suppliciterque locuti, flentes pacem petissent, &c. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 11: Suppliciter vestros quisq; rogate deos. Virg. 12. Aeneid. & aram Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus, &c.

Sŭpplĭcium, n. s. Supplicatio. [תחנה techinnáh. ἱκεσία, λιτανεία. Gall. Supplication, requeste. Ital. Supplicatione, prego. Ger. Ein demütige fußfelligebitt. Hisp. Supplication, ruego. Polon. Pokorna prośba. Vng. Alazatos könyörgés. An. Praying, requesting.] Salust. in Catil. Non votis, neq; suppliciis muliebribus deorum auxilia parantur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cadunt. Tacit. lib. 3. Sed tum supplicia diis, ludique magni ab Senatu decernuntur. ¶ Supplicia quoq; teste Festo, certa quædam erant sacrificia, à supplicando dicta. Varro: Boves ad victimas faciunt: atq; ad deorū supplicia. ¶ Vsitatiùs verò supplicium accipitur pro pœna. [ענש hónesch. τιμωρία, ποινή. Gall. Supplice, peine pour meffait, punition, amende honorable. Ital. Supplicio, pena, tormento, cruciato. Ger. Ein leibsstraff, ein pein/oder marter. Belg. Peine. Hispan. Pena e tormento. Pol. Kaźń. Vng. Büntetés. Ang. Punishment.] Virg. lib. 4. Aen. Spero equidem mediis (si quid pia numina possunt) Supplicia hausurum scopulis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: cur non Ponderibus, modulisque suis ratio utitur? ac res Vt quæque est, ita suppliciis delicta coërcet? Cic. 7. Verr. Includuntur in carcerem condemnati: supplicium constituitur in illos. Idem lib. 3. de Nat. deor. Summo cruciatu supplicioque Qu. Varius homo importunissimus periit.

Supplōdo, dis, pen. prod. Pedibus terræ illisis sonitum facio. [ספק saphak. מחא machá. ἐπικροτέω, ὑποκροτέω. Gall. Frapper du pié contre terre. Ital. Sbattere i piedi. Ger. Mit den füssen auff dem boden

dem boden stopffen. Belg. Tegen die aerde stoten met de voeten. Hisp. Patear en desonor. Pol. Negami kol'acze. Vng. Toppantok. Ang. To stampe on the ground.] Cic. 1. de Orat. Pedem nemo in illo judicio supplosit: credo ne Stoicis renunciaretur.

Supplôsio, onis, verbale, f. t. Ipse actus supplodendi [[illegible]. Gall. Frappement du piè contre terre. Ital. Battimento del pie à terra. Ger. Das stopffen/oder tappen mit den füssen auff dem boden. Hisp. Obra de patear assi. Pol. Negami kol'atanie. Vng. Toppantas. Ang. A stamping on the ground.] Cicer. 3. de Orat. Supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Idem: Ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis imitatus, & pauca quædam verba, & aliquem fortè sonum.

Suppœnitere, Est aliquantulum, vel propemodum pœnitere. [[illegible]. Gall. Se repentir aucunement. Ital. Pentirsi alquanto. Ger. Zum theil gerewen. Hisp. Arrepentirse vn poco. Pol. Cześciq zal'owac. Vngar. Maid meg banni. Ang. To repent somewhat.] Cic. Att. Iam & illum furoris suppœnitet.

Suppôno, act. t. Subtus pono, subjicio: [[illegible]. Gall. Supposer, soubmettre mettre dessous. Ital. Sottoporre, metter sotto. Ger. Underlegen. Belg. Onderstellen. Hisp. Poner debaxo. Pol. Podkl'adam. Vng. Alaia teszem. Ang. To put vnder, to put in place of an other.] Cic. de Nat. deor. Quin etiam anatū ova gallinis sæpè supponimus, è quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, ut à matribus à quibus excusi, fotiq; sunt. ¶ Supponere falcem aristis. Virg. 1. Georg. -neq; antè Falcem maturis quisquā supponat aristis, Quàm Cereri torta redimitus tēpora quercu Det motus incompositos, & carmina dicat. ¶ Supponere colla jugo: id est, submittere. Ovid. 3. Amor. eleg. 9: Prima Ceres docuit turgescere semē in agris Falce coloratas, subsecuitq; comas, Prima jugis tauros supponere colla coēgit, Et veterem curvo dente revellit humum. ¶ Supponere aliquid judicio alicujus, pro permitto, sive committo. Ovid. Epist. 15: Quum Venus & Iuno, & Pallas in vallibus Idæ Corpora judicio supposuère meo. ¶ Supponere item est falsum loco veri subjicere. [illegible], ut Supponere testamenta, est falsa testamenta supposita persona obsignare, autore Cic. pro Cluent. Qui supposita persona falsum testamentum obsignare curarit. Idem in Parad. Si socios spolias, ærarium expilas, si testamentum amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Idem libro 3. de Legib. Ius esset latrocinari, jus adulterare, jus testamenta falsa supponere si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur.

Suppŏsītĭus, & Suppostus, participium: Id est, sub alio, vel pro alio fraudulenter pôsitus, subornatus: [[illegible]. Gall. Mis dessous, supposé, mis faussement en la place d' vn autre. Ital. Posto di sotto posto falsamente in luoco di vn' altro. German. Betrüglichen vnderlegt/an eines anderen ort gesetzt. Hisp. Puesto debaxo, à vno por otro falsamente. Polon. Podrzucony. Vngar. Tsalardul valaki helibeli allatatot, alaia tetetet. Ang. Put vnder or put and suborned in place of an other.] ut, Saxa supposita cœlo: id est, tantæ altitudinis, ut supposita cœlo, cœlumque sustentare videantur. Sil. lib. 3. De alpibus intelligit. Cic. 7. Verr. Et ut quivis facilè perspiceret, id ab isto actum esse, ut ille suppositus, facilè & libèter se illum, qui non erat, esse simularet. Virgil. lib. 6. Aen. Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto Pasiphaë, mistumque genus prolesque biformis, Minotaurus inest, veneris monimenta nefandæ.

Suppŏsĭtĭo, onis, verbale, f. t. Supponendi actus. [[illegible]. Gall. Supposition, mise dessous, on l' vne pour l' autre. Ital. Esso mettere vna cosa sotto l' altra. German. Vnderlegung. Hisp. Obra de poner debaxo, postura de vno por otro. Polon. Podkl'ad. Vngar. Alaia tetel. Ang. Supposition, putting of one thing fained in place of that which is true.] Colum. lib. 8. cap. 5: Semper autem quum supponuntur ova, considerari debet, ut luna crescente, à decima usq; ad quintam decimam id fiat, nam & ipsa suppositio per hos ferè dies commodissima.

Suppŏsĭtŏr, & Suppostrix. Qui falsum aliquid, seu adulterinum pro vero supponit. [illegible]. Plaut. in Truc. Venefica, suppostrix puerum.

Suppŏsītītĭus, a, um, adjectivum, Quod suppositū est, & alterius loco pro vero & nativo positum. [[illegible]. Gall. Supposé, mis faussement au lieu d' vn vray & legitime. Ital. Chi è posto in luoco di vero & naturale figliuolo ò altra cosa. German. Etwas dargeschobens oder vndergelegts an eines anderen statt. Hispan. Por vno por otro. Polon. Podl'ozony, podrzucony. Vngar. Hamis, tsalard, mas helibe tetetett. Ang. That is counterfaite and fainedlie put in place of another.] Mart. lib. 5: Hermes suppositius sibi ipsi. Varr. 2. de Re rust. cap. 9: Matri suppositiiæ quoque inserviant, quò equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit.

Suppōrto, tas, Subveho, suggero. [[illegible]. Gall. Porter dessous. Ital. Portar sotto. Germ. Hinzufüren. Hispan. Traer debaxo. Pol. Odwożę. Vng. El hordom. Ang. To bring or carie privelie, to conveigh vnder.] Cæsar 1. bell. Gall. Aut rem frumentariam, ut satis commodè supportari posset, timere dicebant.

Supprĭmo, is, pen. corr. act. t. Reprimo, cohibeo, compesco. [חשך chasach. [illegible]. Gall. Supprimer. Ital. Coprire, nascondere. Germ. Vnderdrucken/vertrucken. Belg. Onderdrucken. Hisp. Supprimir, esconder. Pol. Pogrążam kryę. Vn. El nyomom. An. To keep downe, secretlie in silence, to suppresse.] Ovid. 1. Metam. Supprimit exemplò vocem. Cic. 5. Tusc. Hæc sunt igitur officia consolantium, tollere ægritudinem funditùs, aut supprimere & non pati manere longiùs. ¶ Supprimere, pro occultare. [עלם halám. [illegible].] Plin. lib. 25. cap. 1: At nos elaborata abiis abscondere atq; supprimere cupimus, & fraudare vitā etiam alienis bonis. ¶ Supprimere iter, retrahere se ab itinere, & iter differre. Cæs. lib. 1. bell. Civil. Veriti ne noctu impediti sub onere cōfligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerētur, iter supprimunt, copiasq; in castris cōtinent. Nummos, vel pecuniā supprimere, id est, celare, occultare, dissimulare se habere, vel dolo malo retinere. Cicero pro Cluen. Sexcentis millibus nummûm se judicium corrupturū esse dixerat: quæ quum accepisset à pupillo, suppressit, judicioque facto, &c. Et paulò post: Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam judicibus levissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat.

Suppressus, a, um, particip. Depressus: [נחשך nechsach. [illegible]. Gall. Supprimé, caché in [illegible]. Ital. Soppresso, affondato. Ger. Vnderdruckt/vertruckt. Hispan. Supprimido, escondido. Pol. Pogrążony skryty. Vng. El [illegible], el [illegible]. An. Keept downe or in silence.] ut, Navis suppressa: hoc est, depressa, sive submersa. Iustinus: Visti Persæ in naves confugerunt, e quibus multæ suppressæ, multæ captæ. Fuga suppressa: id est, rejecta, cohibita. Ovid. li. 11. Metam. Cum vita suppressa fuga est. Mentum suppressum: hoc est, contractum, nō oblongum, sed breve potius. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 9. de canibus loquens, qua forma esse debeant. Mento, inquit, suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra, & sinistra. ¶ Voce suppressa dicere, idem quod submissa. [illegible]. Cicero pro Sylla: Qui quum suppressa voce de scelere Publii Lentuli, & audacia conjuratorum omnium dixisset, &c.

Suppressĭo, suppressionis, f. t. Ipse actus supprimendi. [[illegible]. Gall. Suppression, larrecin, retirement. Ital. Soppressione, furto, nascondimento. Ger. Verschlahung/verhällung/vertruckung. Hisp. Obra de supprimir, hurto, escondimiento. Pol. Pogrążenie. Vn. El [illegible]. Ang. A keeping downe or in silence.] Cicer. pro Cluent. Statuit ad easdem sibi prædas ac suppressiones judiciales revertendum. ¶ Suppressiones nocturnæ dicuntur, quoties per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa vox, ut nec ita, indiscretaq; edatur: quemadmodum in eo morbo accidere solet, qui Latinis Incubus, Græcis Ephialtes dicitur. Plin. lib. 27. cap. 10: Grana nigra auxiliātur & suppressionibus nocturnis, in vino pota, quod dictum est numero.

Suppromo, is, pen. prod. Promo. [[illegible]. Gall. Mettre ou tirer hors d' vn cellier, ou autre lieu. Ital. Tirare, ò metter fuori. Ger. Herfür geben/hinfür thun. Hisp. Sacar à fuera. Pol. Wydaię. Vng. Ki veszem. Ang. To tak out of a cellar or such place.] Plaut. in Mil. Eho tu sceleste, qui illi suppromis, cho tu.

Suppromus, mi, Cui vinum promendi cura incumbit. [[illegible]. Gall. Despensier, qui tire & baille ce qui il faut. Ital. Dispensiere. Germ. Ein Kellermeister / der alle ding zur speiß nohtwendig herfür thut. Hisp. El que saca de la despensa. Pol. Kluczpek, szafarz. Vng. Koltsar. Ang. A steward.] Plaut. Milite: Bono cella suppromo credita.

Suppŭdet, pen. corr. Aliquantulum pudet. [[illegible]. Gall. Avoir quelque peu de honte. Ital. Vergognarsi alquanto. Ger. Sich ein klein schämen. Hisp. Haver vn poco vergüença. Pol. Wstyd ieſt. Vngar. Maid [illegible]. Ang. To have some shame.] Cic. in Cassio: Puto te jam suppudere, quum hæc tertia jam epistola ante te oppressit, quàm tu schedam, aut literam misisti nō ungeo.

Suppullŭlo, las. Novos pullos: hoc est, nova germina e radice emitto. [illegible].

Suppūro, as, penult. prod. act. p. In pus converto. [[illegible]. Gall. Apostumer, purer, bouer, rendre ordure. Ital. Apostemarsi, convertirsi in marcia. Ger. Zu eyter werden/Erschwären. Belg. Etteren. Hisp. Hazer materia de apostema. Pol. Wrzod się [illegible]. Vng. Meg [illegible]. Ang. To matter or breedeth filth as a sore dueth.] Col. libro 6. cap. 12: Hic idem sanguis nisi emissus fuerit, iam increabit, qui si suppuraverit, tardè procuratur.

Suppūrātĭo, onis, f. t. Generatio puris. [[illegible]. Gall. Apostume. Ital. Apostemie. Germ. Ein Eyterg schwär. Hispan. Apostema. Polon. Ropi [illegible]. Vngar. Meg [illegible]. Ang. A breeding of filth or matter.] Colum. lib. 7: Et quum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro.

Suppūrātus, ta, tum, Quod suppuravit. [[illegible]. Gal. Apostumé. Ital. Apostemato, convertito in marcia. Ger. Das zu eyter worden ist/ erschworen. Hisp. Apostemado. Pol. Zropiały. Vng. Meg [illegible].] Plin. lib. 29. cap. 4: Strumisq; vel suppuratis alligant.

Suppūr-

Supputatorius, a, um, Quod ad supputationem pertinet, vel quod supputare facit. [ἀπουλωτικός. Gall. *Qui fait apostumer ou venir une apostume.* Ital. *Cosa che fa apostemare & maturare.* Ger. *Das zu etter geschwären dienstlich ist.* Hispan. *Cosa para hazer apostema y materia.* Polon. *Dossnchuienia dobra.* Vngar. *Meg enesztö.* Ang. *Belonging to an impostume.*] Plin. lib. 28. cap. 4: Efficacior ad eadem frigmenta à balineis: & ideò miscentur supputatoriis medicamentis.

Supputo, as, pen. cor. act. p. Sarmenta, vel ramos inutiles subseco. [זמר zamár. κλαδεύω. Gall. *Poüer, couper & esmonder.* Ital. *Potare over brustare.* German. *Buden beschneitten.* Hispan. *Podar, cortar.* Polon. *Obciuam.* Vngar. *El metelm.* Ang. *To prune, or cutt trees, to accompt.*] Plin. lib. 17. cap. 10: Præterea semina ipsa fruticantia supputare. ❡ Aliquando ponitur pro computare, vel calculum subducere. [λογίζομαι. Gall. *Conter & supputer.* Ital. *Computare, far conto, calculare.* German. *Rechnen.* Hisp. *Contar por numeros.*] ut, Supputare rationem, apud Plautum in Aulul.

Supra, Præpositio est accusativo casui serviens. [על hal. ὑπέρ. Gall. *Par dessus, outre.* Ital. *Sopra.* German. *Oben.* Belg. *Boven.* Hisp. *Sobre o encima.* Pol. *Nagorze.* Vng. *Felül.* Ang. *Above.*] Virg. lib. 5. Aen. Olli cæruleus supra caput astitit imber. ❡ Interdum est adverbium ἄνω. Salust. in Iugur. Pauca suprà repetam. ❡ Quando præpositio est, aliquãdo pro valde, seu plus satis, ponitur. ὑπὲρ ut, Supra morem, Supra modũ, Supra justum. Virg. lib. 2. Georg. Rara sit, an supra morem sit densa, requiras. ❡ Antiqui etiam Supera protulerunt: sicut Infera & Infra. Cic. in Arat. Hac supera duplices humeros affixa videtur Stella micans. ❡ Suprà quàm credibile est. Id est, plus quã quis facilè crediderit. μεῖζον πίστεως. Salust. Catil. Corpus patiens inediæ, algoris, & vigiliæ, suprà quàm cuiquam credibile est.

Superior, superioris, comparativum à Suprà, aut ab antiquo nomine superus, Altior, excellẽtior, major, potior, sublimior. [ἀνώτερος. Gall. *Plus haut ou plus fort; qui est au dessus, superieur.* Ital. *Piu alto.* Germ. *Das ober oder höher.* Hisp. *Mas alto.* Pol. *Wyssy.* Vngar. *Felsö.* Ang. *He that is higher.*] Cicer. Att. lib. 12: Tota domus superior vacat, uti scis. Cic. 1. Offic. Quantò superiores sumus, tantò nos summissiùs geramus. Idem 1. Verr. Tu quum omnibus rebus inferior sis, hac una in re te mihi anteferri puta oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego, si superior cæteris rebus esses, te hanc unã ob causam accusatorẽ repudiari putarem oportere. Vita superior: id est, vita antè acta. ❡ Superior Dionysius: id est, prior, vel senior: πρεσβύτερος. Sicut inferior, pro juniore aut posteriore. Sic enim ferè loqui solemus, quoties de malis sermo est. Nam si de bonis laudabilibusq; loquamur, majorẽ & minorẽ dicimus. Sic duos Africanos, & duos Cyros Majoris & minoris cognominibus distinguimus. ❡ In consanguinitatis quoq; & affinitatis gradibus superiores eos intelligimus, qui sextum ascendentium gradum excedunt: quemadmodum Inferiores, qui sunt infra sextum descendentium gradum. Varr. lib. 2. de Re rust. Itaque proavus ac superiores, de Tremellis nemo appellatus Scrofa. Superiores, pro iis qui ante nos vixerũt, & qui majores dicũtur. Cic. 4. Acad. Non modò opinionẽ vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, sed etiam gloriam superiorũ. Cic. 4. Verr. Vt ab institutis superiorũ, ab autoritate Senatus, ab jure omniũ Siculorũ ne recedatur. ❡ Superiores dicuntur etiam, qui alios vincunt. Cæs. 5. bell. Gall. Atque una ex parte Hispanis equitibus emissis, quum equestri prælio superiores essent. Ibidem: Ita tamen ut nostri omnibus ex partibus superiores fuerint, atque eos in sylvas, collesq; compulerint.

Supremus, Extremus, ultimus. [אחרון acharón עליון heheljón. ὕστατος. Gall. *Le plus haut, le dernier.* Ital. *Più alto, ultimo.* Germ. *Das aller oberst/letst.* Belg. *Alder hoochst/den laetsten.* Hisp. *Alto ò soberano.* Pol. *Naiwyssy, Ostatni.* Vng. *Leg felsö, utolso.* Ang. *The highest or last of all.*] Virgil. 11. Aen. -qui supremũ comitentur honorem. Plin. lib. 25. cap. 1: M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedũ. Ovid. lib. 2. Fastor. Dies regni illa suprema fuit. ❡ Honores supremi, funeralia. Ovid. ad Liv. Nec juvenis positi supremos destrue honores. Officia suprema, quę morienti exhibentur. Tacit. libr. 3: Quòd supremis in matrem officiis defuisset. ❡ Sole supremo: id est, occidente. Horat. 1. Epist. 5: Supremo te sole domi Torquate manebo. ❡ Aliquãdo ponitur pro summus, maximus, altissimus, ἀνώτατος. Suet. Verùm supremũ cœlum intuentem stupidũ cubuisse. Terent. Proh supreme Iupiter. Virg. lib. 4. Georg. At chorus æqualis Dryadum clamore supremos Implerunt montes. ❡ Supremum supplicium: id est, extremũ, nempe mortis. Cic. lib. 2. de Leg. Incestum Põtifices supremo supplicio sanciunto. ❡ Suprema mulcta, pro maxima, vide in dictione MVLCTA. ❡ Suprema alicujus: subintellige, facta: hoc est, supremũ vitæ tempus. Plin. lib. 16. cap. 44: Circa suprema Neronis principis. ❡ Suprema, pro morte. Tacit. lib. 3: Post celebre carmen quo Germanici suprema defleverat. ❡ Suprema sua ordinare, significat testamentum facere, & ultimam suam voluntatem exponere. ❡ Solvere alicui suprema, pro parentare. Tacit. lib. 1: Igitur cupido Cæsarem invadit solvendi suprema militibus ducique.

Supremò, adverb. Novissimè. [באחרונה beacharonáh. ὕστατον. Gall. *Pour le dernier.* Ital. & Hispan. *Vltimamente.* German. *Zum letsten.* Polon. *Ostatnie.* Vng. *Vtolszor.* Ang. *Last of all.*] Plin. lib. 11. cap. 53: Eadem commeabat ab eo recens assiduè, exitura supremò.

Suppum, Antiqui dicebant quod nunc *supinum* dicimus, ὕπτιον. Lucilius apud Festũ: Si verò das, quod rogas, & si suggerit suppus. Deducitur autem hoc nomen à Græco ὕπτιος, teste eodem Festo, aspiratione in s, literam commutata.

Sura, suræ, f. p. Posterior pars cruris carnosa, quę tantùm homini est: reliqua enim omnia animalia habent crura sine suris. [γαστροκνημία. Gall. *Le gras & mollet de la jambe.* Ital. *La polpa de la gamba.* German. *Die waden an dem Menschē schenckel.* Hisp. *La pantorilla enfrente de la espinilla.* Pol. *Lytki.* Vngar. *Lab ikra.* Ang. *The calfe of the legge.*] Plaut. Pseud. -suram ubi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Horat. lib. 2. Carm. Ode 4: Bracchia, & vultum, teretesque suras Integer laudo. ❡ Quandoque pro toto crure sumitur. [שוק schok.] Virg. 1. Aen. Purpureoque altè suras vincire cothurno. ❡ Suræ, pro ocreis, quibus muniuntur suræ. Iuven. Satyr. 15: Calceus & grandes magna ad subsellia suræ.

Surculus, li, m. f. Quod in ramis simplex oritur, & frondes gerit, detrahiturq; interdũ & resecatur ex arbore, ad alias rursus producendas. [סעיף sahiph פארה puráh זלזל zalzál. κλάδος, ἀκρέμων, φρύγανον. Gall. *Le jetton d'un arbre, une greffe à enter.* Ital. *Rampollo, getto, sorcello.* Ger. *Ein schoß/oder zweig/schößling.* Belg. *Een sprute.* Hisp. *Renuevo que hecha el arbol.* Polon. *Latorosl do szczepienia.* Vng. *Olto ag, tsemete.* Ang. *A graffe or slippe of a tree, a yonge sett or shot.*] Varro de Re rust. cap. 49: Et altera species ex arbore in arborem inserendi, nuper animadversa in arboribus propinquis. Ex arbore enim è qua quis vult habere surculum, in eam quam inserere vult, tumulum traducit, & in ejus ramo præciso, ac diffiso implicat, &c. Cicer. 2. de Orat. Amabo te (inquit) da mihi ex ista arbore quos seram surculos. Virg. 2. Georg. -nec surculus idem Crustumiis, Syriisq; pyris, gravibusq; volemis. Quint. lib. 4. cap. 3: Rogo des mihi surculum ex illa arbore, ut inseram.

Surculosus, sa, sum, Quod surculis abundat. [φρυγανώδης. Gal. *Qui a force gettons ou bourgeons.* Ital. *Pieno di sorcelli.* Ger. *Das viel schoß/oder zweig hat.* Hisp. *Lleno de renuevos que echa el arbol.* Pol. *Pol' ni latorosli.* Vngar. *Az minek sokelta aga vagion.* Ang. *Full of graffes or slippes.*] Plin. Ramis hysopi surculosum.

Surculosè, pen. prod. adverb. [φρυγανικῶς, φρυγανωδῶς. Gall. *Par surgeons & gettons, l'un surgeon apres l'autre.* Ital. *Per sorcelli.* Germ. *Den schossen/ oder schößlingen nach.* Hispan. *Per renuevos.* Pol. *Iako latorosli.* Vng. *Tsemetesen.* Ang. *By yonge shotes.*] Plin. lib. 18. cap. 16. Arescit surculosè.

Sycŏphantă, phantæ, m. p. Calumniator, delator. [הוֹלֵךְ רָכִיל holech rachil. συκοφάντης. Gall. Calomniateur, faux accusateur, trompeur, imputeur, mangeur de figues. Ital. Calomniatore, mangiatore di fichi. Ger. Ein feigenfresser/ ein falscher vertrager/ der einem falschlich ein laster anstricht. Hisp. El que come los higos, calumniador. Pol. Obłyżacz, ki omitwem się karmiąc, przymowcnik, zjadacz fyg. Vng. Patvarosi, ragalmazo. Ang. A quareller or wrangling fellow.] Hujus significationis ratio ab aliis alia traditur. Τὸ συκοφάντης (inquit Plutarchus) ... Hoc est, Sycophantæ ex cupiditate aliis faciendi negotii nomẽ factum ajunt. Nam quum Athenis vetitũ esset efferre ficus, qui eos deferebant, accusabantq;, sycophantæ sunt appellati. Alii tradunt, quum Attici juvenes in hortos alienos irrumperent, ficosq; sublegerent, pœnam capitis in eos, qui id facerent, fuisse constitutam: quam pœnã qui persequerentur ob parvula detrimenta, sycophantas appellatos: dicti itaq; videntur sycophantæ παρὰ τὸ τὰ σῦκα φαί-νειν: hoc est, à ficuũ delatione. Alii nominis hujus etymon ad hujusmodi referunt fabulam, quam & Maximus Planudes in vita Aesopi refert: Quum Xanthi philosophi servus ficus domino ex agro allatos consumpsisset, ejus rei culpam in Aesopum conservum suum rejecit. Qui ut domino innocentiam suam probaret, aquam tepidam ebibit, eandemq; purum, ut hauserat, evomuit. Quod quum jubente hero, alter quoq; fecisset, unà cum aqua ficuum quoq; frusta ejecit: eaq; ratione prodito calumniatore, factum est, ut sycophantam dicamus, qui insontem falso crimine calumniatur. Plaut. in Amphit. Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.

Sycŏphantĭă, æ, f. p. Mendacium, calumnia, fallacia. [שְׂטְנָה sitnah. συκοφαντία. Gall. Calomnie, fausse accusation, tromperie, deception. Ital. Bugia, calunnia, inganno. Ger. Lugenwerck/ lesterung/ falsche ausstreichung eines lasters. Hisp. Calumnia, engaño. Pol. Kłamstwo, zdrada. Vng. Hazugsag, patvar, tsalardsag. Ang. A false or craftie accusation, a forged crime.] Plaut. in Asinar. Per fallaciam, quam amabam, abduxit à lenone mulierem, Neq; puduit id ætatis sycophantias struere. Idem in Asin. Perfidiis laudes, gratiasq; habemus meritò diis magnas, Cum nostris sycophantiis dolis, astutiisq;, Scapularum confidentia, &c.

Sycŏphantŏr, aris, ari, d. p. Sycophantias struere. [הוֹלֵךְ רָכִיל holech rachil שָׂטַן satan. συκοφαντεῖν, Suidæ. Gall. Calomnier, accuser faussement, tromper. Ital. Accusare falsamente, ingannare. Ger. Mit lugenwerck/ oder falschem geschwetz umbgehen. Hisp. Calumniar, acusar falsamente, engañar. Pol. Łgarstwem się bawic mataćz. Vng. Tsalardkodom, patvarkodom. Ang. To invent and forge false crimes or accusations.] Plaut. in Trinummo: Quanquam hoc me ætatis Sycophantari pudet.

Sycŏphantiŏsa, ae. συκοφαντίζω, idem.

Sycŏphantiŏsè, adverbium antiquum: hoc est, dolosè, sive per calumniam. [συκοφαντικῶς. Gal. Calomnieusement. Ital. & Hisp. Calumniosamente. Ger. Mit falschem ausstreichen oder zerden. Pol. Zdradliwie, kłamliwie. Vng. Palvaro son, tsalardul. Ang. By invention of a false crime.] Plaut. in Pseud. Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec malefice.

Sycosis, pen. prod. σύκωσις, Vitium est palpebræ asperæ, & granorum exiguorũ, quæ in ficis frumenta à Plinio appellantur, similitudinem ficus referentis: unde & nomen accepit.

Sydus, & Syderatio. Vide SIDVS.

Syllăbă, bæ, f. p. [συλλαβή. Gall. Syllabe. Ital. & Hisp. Syllaba. Ger. Ein silben eines worts. Pol. Syllaba, składanie. Vng. Egynehany betű. Ang. A syllabe.] Est comprehensio literarum, vel unius vocalis enuntiatio, unius, aut duorũ temporum capax. Omnis enim syllaba aut brevis est, & unum tempus recipit, quod atomum metrici vocant: ut, Vir. Aut longa, & duo recipit tempora: ut, Res. ❡ Dicta est aũt Syllaba ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod est comprehendere. Propriè enim illa est syllaba, quæ ex pluribus literis constat. Quæ autem una vocali proferitur, abusivè syllaba vocatur, & monogramma appellatur. Aliæ dicuntur digrammæ, ut Ne: usq; ad hexagrammam, ut Stirps. Accidũt syllabæ quatuor, tenor, spiritus, tempus, & numerus literarũ. Tenores tres sunt, acutus, gravis, & circumflexus. Spiritus duo, Asper & lenis. Tẽpora tria, breve, longũ & cõmune. Numerus, quia unica litera contenta esse potest, aut plures admittit, senarium tamen numerum non egreditur.

Syllăbātim, adverbium, Per syllabas. [κατὰ συλλαβὰς. Gall. Par syllabes, syllabe apres syllabe. Ital. Syllaba per syllaba, a syllaba. Ger. Den silben nach. Hisp. De syllaba en syllaba. Pol. Syllabe po syllabie. Vng. Czikkelenkent. Ang. By syllabes, or syllabe by syllabe.] Cic. Att. lib. 13: Ergo ego ne Tyroni quidem dictavi, qui totas περιόδους persequi solet, sed Spintheri syllabatim. Dicere syllabatim. Cic. 4. Acad. Quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

Syllaturio. Vide SVLLATVRIO.

Syllepsis, σύλληψις, Figura est orationis, teste Rufiniano, quã duabus diversisq; sententiis verbũ accommodatur alteri non conveniens. Beda diffinit esse dissimilium clausularum per unum verbum conglutinatam conceptionem: ut quum substantivis, nominativis ve diversorũ generum jungitur adjectivum, verbumve alteri tantùm respondens. Virg. 1. Aen. Socia & rege recepto. Idem 1. Aegl. -sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. ❡ Aut quũ pro multis unus ponitur: ut, -uterumq; armato milite complent. ❡ Aut pro uno multi, ut, Vos ò Calliope precor, aspirate canenti. Vtrũq; enim dixisset, O' vos Musæ. Dicta Syllepsis ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν, quod est concipere, unde Latinè conceptionem, sive Comprehensionem vertere possumus.

Syllŏgismus, m. f. συλλογισμός, Argumenti firmissimi genus, ex duobus pronuntiatis conclusionem necessariò inferens. Latinè Ratiocinationẽ vertere possumus, ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι, quod est ratiocinari. Quint. lib. 5. cap. 7: In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit.

Sylvă, væ, f. p. Nomen generale est non solùm arborum, sed etiam

etiam herbarum. [יער jahar. δρυμὸς, ὕλη. Gall. Forest, bois. Ital. Selua, bosco. Ger. Ein Wald. Bel. Een Bosch. Hisp. El bosque de arboles. Pol. Las. Vng. Erdő. Ang. A woode.] Virg. lib. 1. Georg. Subit aspera sylva, Lappæq; tribuliq;. Propriè tamen arborû, & quæ cædua est: hoc est, quæ habetur in eum usum, ut ex ea materia cædatur. Quòd si succisa sit, nihilominus dicitur sylva, quoniam rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. Cic. Att. lib. 12: Manè me in sylvam abstrudo densam atq; asperã: non exeo inde ante vesperam. Quint. lib. 1. cap. 10. de Orpheo: Non feras modò, sed saxa etiam, sylvasq; duxisse posteritatis memoriæ proditum est. Virg. 6 Aeneid. Itur in antiquam sylvam, stabula alta ferarum. Dicta sylva, ab eo quòd Græcis ὕλη: id est, materia dicitur. Et ut illi ὕλην pro materia, sic nostri Sylvam posuerunt. Sylva aũt vel glandifera est, cujus arbores nõ cæduntur, sed ad escam quadrupedibus præbendam servantur: aut cædua, quòd in ea arbores, quum ad justam proceritatem creverunt, cęduntur ut vel ædificationibus, vel aliis usibus materiam præbeant. Lucus nõ est cæduus, sed manu cõsitus, religiosusq; Deo, vel hominis alicujus cineri dedicatus, circa delubrum Dei vel sepulcri. Saltus est sylva invia, ubi pasci & æstivare, vel hyemare pecudes solent. Nemora voluptatis causa comparata, & plena amœnitatis. ¶ Quandoq; sylvam accipimus pro tumultuario, & extemporaneo scripto: quod Græci σχεδιάσματα appellant: cujusmodi sunt Sylvæ Papinii, quas sibi subito calore & quadam festinãdi voluptate excidisse testatur. Quint. lib. 10. cap. 3: Diversum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam stylo quàm velocissimo volunt, & sequentes calorem atq; impetum ex tempore scribunt: hanc Sylvam vocant.

Sylvula, diminutivum, f. p. [ὑλάριον. Gal. Vn petit bois, petite forest, bosquet. Ital. Picciola foresta. Ger. Ein wäldlin. Hisp. Pequenno bosque. Pol. Lasek. Vng. Erdőcske. Ang. A litle woode.] Colum. lib. 1. cap. 15: Sunt enim quibus cordi est vel in sylvulis tamaricum, aut scirporum frutetis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus sylvulis occupetur.

Sylvester, stris, vel hic & hæc Sylvestris, & hoc sylvestre, Sylvosus. [ὕλαιος, ὑλώδης. Gall. Sauuage, rustique, champestre. Ital. Seluatico, silvano. Ger. Waldechtig. Item, Bewrisch. Bel. Wildt, Boerschen. Hisp. Cosa de bosque. Pol. Leśny. Vng. Erdei. Ang. Wilde.] Livius 7. bell. Pun. Tumulus erat sylvestris inter Punica & Romana castra. Cic. in Læl. Quũ locis ipsis delectemur montosis, & sylvestribus, in quibus diutiùs cõmorati sumus: hoc est, locis qui in montibus sunt, & sylvis. ¶ Interdum ponitur pro incultus, agrestis, sive rusticus. ἄγριος. Ovid. 2. Fast. Transtulit Evander sylvestria numina secum. Virg. 1. Aeglog. Sylvestrem tenui musam meditaris avena. ¶ Hinc Sylvestrior comparativus. Plin. lib. 26 cap. 27: Sylvestriora omnia tardiora.

Sylvaticus, a, um, Quod est sylvę, seu quod ad sylvam pertinet. [ὑλικός. Gall. De forest, sauuage. Ital. Seluatico, di selua. Ger. Des Walds. Hisp. Cosa perteneciente à bosques. Pol. Lyasowi. Vng. Erdőbéli vale. Ang. Of a woode.] Varr. lib. 1. de Re rust. Vt falces dicitur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex, sirpiculæ quinq;, sylvaticę quinq;, arborariæ tres, rusticariæ decem. Sylvatica laurus, crescens in sylvis. Cato cap. 8. Sylvaticus mus: id est, agrestis, sive in sylvis habitans, Plin. lib. 30. cap. 9.

Sylvicola, æ, pen. corr. Qui sylvam incolit. [ὑλονόμος. Gall. Qui habite és forests. Ital. Chi habita nelle selue. Ger. Ein Waldwohner. Hisp. El que mora en los bosques. Pol. Lesniak. Vng. Erdőben lakó. Ang. That dwelleth in a forest or woode.] Propert. lib. 3. eleg. 13: His tum blanditiis furtiva per antra puellæ Oscula sylvicolis empta dedêre viris.

Sylvicultrix, icis, f. t. Sylvæ habitatrix. [ὑλονόμος. Gall. Celle qui habite és bois & forests. Ital. Donna che habita nella selua. Ger. Ein Waldwohnerin. Hisp. La que mora en los bosques. Pol. Wieśnie mieszkaiac. Vng. Erdőben élő. Ang. She that dwelleth in a woode.] Catul. Epigr. 58: Vbi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus?

Sylvifragus, a, um, pen. corr. [ὑλοτόμος, δρυμοὺς ἢ ὕλας κατακλῶν. Gall. Qui rompt & abbat les forests. Ital. Spezza selue. Ger. Das die Wäld zerreißt. Hisp. Quebrantador ò cortador de bosques. Pol. Lamilas. Vng. Erdőrontó. An. A cutter of a woode or forest.] Venti epitheton est quo arbores in sylvis & franguntur, & eruuntur. Lucret. lib. 1: montesq; supremos Sylvifragis vexat flabris. De vi & impetu ventorum loquitur.

Sylviger, a, um, Sylvosus: [ὑλώδης. Gall. Plein d'arbres, boscageux. Ital. Seluoso, pieno d'alberi. Ger. Waldechtig / das viel Wäld hat. Hisp. Lleno de bosques. Pol. Lasisty pełni. Vng. Erdős. Ang. Full of trees or forestes.] ut Montes sylvigeri. Plin. lib. 31. cap. 3: Ideo sylvigeri ab Aquilonis tantùm parte sunt.

Sylvosus, a, um, Sylva obsitus, arborum densitate sylvæ imaginem referens. [ὑλώδης, ὑλήεις. Gall. Plein d'arbres boscageux. Ital. Seluoso, pieno d'alberi. Ger. Waldechtig. Hisp. Lleno de bosques. Pol. Gęsty lasisty. Vng. Erdős. Ang. Full of woodes or trees.] Livius 9. ab Vrbe: Saltus duo alti, sylvosiq; sunt, montibus circa se perpetuis inter se conjuncti. Plinius libro 12. capite 5: Superiores ejusdem rami in excelsum emicant sylvosa multitudine.

Sylvesco, is, ere, n. t. In nimiam ramorum, sarmentorúmve ubertatem luxuriare. [ὑλομανεῖν. Gall. Deuenir sauuage. Ital. Diuentare seluatico. Ger. Zu einem Wald werden mit viele der schossen. Hisp. Hazerse bosque. Pol. Wlas sie obracam, lesieiec. Vng. Meg erdősülni. Ang. To waxe wild or thick of boughes lik a woode.] Cic. in Catone: Quam multiplici serpentem lapsu, & erratico, ferro amputans, coërcet ars agricolarum, ne sylvescat sarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Col. lib. 4. cap. 11: Nec pali vitem supervacuis frondibus luxuriantem sylvescere.

Symbalλota, pen. prod. συμβαλλωτά, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, Vestes quædam coacti per se velleris implexu potiùs, quàm textu confectæ.

Symbolum, li, pen. corr. n. f. Nota, signum, collatio. [אות oth. σύμβολον. Pol. Znak nacżesli spolni, spolnę grosz dobiesiadi. Vng. Iegy. Ang. A signe, token or badge to know one bie.] à συμβάλλω, confero. Hinc fit ut Symbolum accipiatur pro eo quod in cœnam comparandam plures conferunt. [Gall. Enseigne de recognoissance, escot. Ital. Segno, contrasegno, scota. Ger. Ein urteitem, ein wahrzeichen. Hisp. Colecta de dichos ò sentencias, sennal, appellido en la guerra. Pol. Hasło, wyznanie. Vng. Szer.] Terent. in Andr. Symbolum dedit, cœnavit. ¶ Dicitur etiam Symbolum, signum bellicum quod à Latinis tessera appellatur, quo socii ab hostibus & exploratoribus dignoscuntur: ut in Marii exercitu Lar Deus in castris Syllæ Apollo Delphicus: inter Cæsarianos, Venus genitrix. ¶ Ab hujus similitudine Symbolũ Apostolorum dictum est, quoddam quasi totius nostræ fidei breviarium: quo veluti quadam tessera pseudoapostoli à veris discernerentur. Erant enim eo tempore Iudæi quidam, qui simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicujus, vel ventris gratia ad prædicandũ proficiscebantur: nominantes quidem Christum, sed non verè & piè eum annuntiantes. ¶ Hoc etiam nomine dicebantur tesseræ quædam, quæ dabãtur publicè à civitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, ut hospitaliter, & amicè acciperentur in oppidis fœderatis. Sic etiã hodie vocari possunt tesseræ collybisticæ, ad permutandum pecuniam sine vecturę periculo institutæ. ¶ Iulius Pollux interpretatur symbolum, parvum numisma. ¶ Aristoteles originem ad est, etymologiam vocabulorum Symbolum appellat, per quam vis verbi, vel nominis per interpretatiõnem cognoscitur. ¶ Symbola item dicuntur notæ arcanioris cujuspiam mysterii significativæ: ut quum ciconiam dicimus esse symbolũ pietatis, & papaver fertilitatis. ¶ Item breves quædam & involutæ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, rem aliquam occultam & reconditam significantia: quæ & αἰνίγματα & ἀπαγορεύματα à Græcis appellantur: cujus generis sunt symbola Pythagorica.

Symbolus, pen. corr. σύμβολος, Symbolum, anulus, tessera, chirographum. Plaut. in Bacch. Eo præsente homini extemplò ostendit symbolũ. Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio. N. Quid, ubi ei ostendit symbolum? C. infit dicere, adulterinũ, & non eum esse symbolum. Idem Pseud. Date eum symbolũ illi. Iustinus lib. 2: Solicitarè inquietos in partes suas statuit: & quum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quo in loco Symbolos videtur appellare literas sive notas, quibus militibus indicabatur locus quò essent conventuri.

Symbola, fœm. gen. Apud antiquos in eadem legitur significatione in qua Symbolum. Plaut. in Sticho: Iam hercle ego per hortum ad amicam transibo meam, Mihi hãc occupatam noctem: eadem symbolam Dabo, & jubebo apud Sangarium cœnam coqui.

Symmetria. [συμμετρία. Ger. Gleichmessigkeit / gleichförmigkeit / wesentliche abmessung oder proportion. Pol. Dobrik, ysal'c.] Apta membrorum partiúmve omnium proportio: quæ quibus adest symmetrá, σύμμετρα dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 8: Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte quàm Polycletus, & symmetriã diligentior. Idem: Nondum habet Latinum nomen Symmetria.

Symonianum. [Ein gattung des kleetrauts / wachst in der Prouing in Franckreich / und bey Mompelier / schmeckt oder stinckt wie Bergwachs oder Asphaltum in den Apotecken genannt.] trifolium, vel (ut Ruellio placet) Symoniacum Herba quam in hæc verba describit Colum. lib. 6 cap. 17: Symonianum trifolium, quod invenitur confragosis locis, efficacissimum traditur, odoris gravis, neq; absimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit quàm pratense.

Sympathia. Verbum ex verbo, cõdolentia, compassio. [συμπάθεια. Gall. Sympathie, accord & conuenance naturelle. Ital. Compassione. Germ. Mitleidung / ubereinstimmung. Hisp. Compassion, consentimiento. Pol. Spolnajaš'esz.] Cicero 3. de Nat. deor.

deor. Illa verò cohærret & permanet naturæ viribus, non deorum: estq; in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci vocant.

Symphōnēsis, συμφώνησις, passio quæ metris accidit, cùm duæ scilicet syllabæ, scandendo, in unam coeant. Hoc autem fit, quum in diversis actionibus una parte orationis vocali, vel m litera terminata, sequens item à vocali incipit: ut, Atq; iterum ad Trojam magnus mitteretur Achilles. ¶ Fit etiam Symphonesis in eadem dictione quatuor modis. Vel quum duæ syllabę longę pro una longa ponuntur: ut, Vnius ob noxam & furias Ajacis Olei. Vel cùm duæ breves pro brevi: ut, Cornua velatarum obvertimus antennarum. Vel cùm longa & brevis pro una longa: ut, Fixerat acripedem cervum. Vel quum brevis & longa pro una longa: ut, Dependent Lychni laquearibus aureis. Hæc etiam synalœphe dicitur.

Symphonĭă, æ, s. p. [συμφωνία. Gal. *Accord de son.* It. *Harmonia, consonantia, concento.* Ger. Zusammen stimmung/mischung Hisp. *Consonancia en la musica.* Pol. *Zgodna dźwięk.* Vng. *Az eneklésben való egyenlő zengés.* Ang. *Concordand ag greance of swne.*] Consonantia & musicus concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, quod est consonare, sive concinere. Cic. pro Cælio: Accusatores quidem libidinis, amores, adulteria, Baiis acta convivia, commessationes, cantus, symphonias, navigia jactant. Cicer. ad Tironem lib. 15: Symphoniam Lysonis velim vitasses. ¶ Symphonia herba, quæ & gumphæna dicitur. Plin. lib. 26. cap. 7: Symphonia vel gumphæna alternis viridibus roseisq; per caulem foliis in posca sanguinem rejicientibus medetur.

Symphoniăci pueri, Servi musicam tenentes, qui & in conviviis, itemq; in classe adhibebantur. [מנגינים *menaghghenim.* συμφωνιακοὶ παῖδες. Gall. *Chanteres, musiciens.* Ital. *Cantori, musici.* Ger. Sänger Hisp. *Cantores.* Pol. *Spiewacy.* Vng. *Eneklés giermekek, musikusok.* Ang. *That singeth in tune melodiousslie.*] Cicer. pro Milone: Milo rum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat. Pædianus autor est, cani remigibus celeusma per symphoniacos servos solitum olim fuisse, interdum per assam vocem: id est, ore prolatam, interdum per citharam.

Symphōnĭăcă, herba, eadem cum Apollinari sive hyoscyamo, teste Apuleio. Palladius: Si cæsus æstu canicularium fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam jubet, vel ex ea juxta unum caudicem cubile fieri.

Symphrĕātĭdēs. Qui iisdem utuntur puteis. [Pol. *Ziednoci studnie czerpaiący.*] Cic. li. 2. de Legibus: Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo statuas: unam naturæ, alteram civitatis: ut ille Cato quum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. Itaq; quum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriæ, alteram juris: ut vestri Attici, priusquam Thesceus eosdem migrare ex agris, & in Asty, quod appellatur, omneis conferre se jussit, & symphreatidas ex Atticis fieri: sic nos & patriam dicimus, ubi nati, & illam qua excepti sumus: quo in loco tamen nonnulli συμφεαρήσιοι, legere malunt, quasi ἐμφέρειαι: hoc est, ejusdem animi & sententiæ.

Symphytŏn petræon. [σύμφυτον πετραῖον. Gall. *Bugle* Ital. *Sinfita, consolida.* Ger. Steingunsel. Hisp. *Suelda.* Pol. Kostywał.] Herba in saxis nascens, ramis tenuibus, parvis, origani similibus, capitulis thymi, surculosa tota, odorata, gustu dulcis, salivam ciens, longa radice, subrufa, digiti crassitudine. Latini alum, rustici in Gallia *Buglum* appellant. ¶ Symphyton alterum, caule nascitur cubitorum binum aut majore, anguloso, inani, ut sonchus, & crasso, qui per brevia intervalla circundatur foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphiti retinuerũt. Herbariis & vulgo *consolida major* vocatur. [Pol. Żywokost.]

Symplator, oris, m. t. Amicus sponsi, qui cum eo per convivia ambulat.

Symplegă, σύμπλεγα. Videtur esse opus in quo luctantes, qui omnino concertatores spectantur.

Symplegas, adis, f. t. Complexio.

Symplegmă, atis, n. t. σύμπλεγμα, Latinè complexus, concursus dicitur. Martial lib. 12.

Sympinĭum, συμπίνιον, Vas vinarium, non dissimile cyatho, quo in sacrificiis utebantur, ἀπὸ τοῦ συμπίνειν, quod est compotare. Iuven. Satyr. 6: Et quis tunc hominum cõtemptor numinis, aut quis Sympiniũ ridere Numę, nigrumq; catinum? Quo tamen in loco non desunt, qui sympullum legere malint: quæ vox & apud Plinũ & apud Varronẽ legitur. Verba Plinii sunt hæc, lib. 36. cap. 12: In sacris quidẽ, etiam inter has opes, non murrhinis, crystallinisve, sed fictilibus prolibatur sympullis. Varro autem sic habet, lib. 4. de ling. Latina: Quòd vinum dabant ut minuratim funderent, à guttis guttum appellarunt. Quòd sumebãt ut minutatim, à sumendo sympullũ nominavere. In hujusce locũ in convivis è Græcia successit epichysis, & cyathus: in sacrificiis remansit guttus & sympullum.

Sympōsĭum, sii, n. s. Compotatio, cõvivium. [משתה *mishteh.* συμπόσιον. Gall. *Banquet, festin.* Ital. *Convito.* Ger. Ein gastmahl. Hisp. *Combite.* Pol. *Biesiada y ucztna.* Vng. *Lakodalom.* Ang. *A banket or drinking together.*] Cic. lib. 9. Epist. ad Patum: Sapientius nos quàm Græci: illi symposia, aut synodopeas: id est, compotationes, aut cõcœnationes: nos *convivia*, quia tum maximè simul vivitur.

Sympōsĭăstes. [συμποσιαστής. Gall. *Faiseur de banquet & festin.* Ital. *Chi fa convito.* Ger. Ein gastgesell oder gastter. Hisp. *El que haze combite.* Pol. *Spolnie czynniecz.* Vng. *Lakozó, vendég.* Ang. *A maker of a banket.*] Convivator, seu convivii dominus: ipsi autem compotores, sympotæ, σύμποται. Cujus femininũ est sympotria, συμποτρία, compotrix.

Sympsălmă, σύμψαλμα, Vocum in cantando copulatio. Diapsalma, disjunctio earum, ubi quædam requies distinctæ cõtinuationis ostenditur. Psalma, quod psallitur.

Symmystă, [σύμμυστος. Pol. *Rzecz tajemnich spolnie biesiadni.*] Secretarius: seu secretorum cõscius, ut apud interpretem Origenis. Sicut Iohannes Symmista pronuntiat, dicens: Quisquis peccaverit, advocatum habemus apud Deum Iesum Christum.

Sȳn, συν, Præpositio Græca, quæ in compositione significat simul: quemadmodum apud nos con.

Sȳnærĕsis, f. t. συναίρεσις. Contractio: figura qua duæ syllabæ in unam contrahũtur, nullo sublato elemento: ut Acin dissyllabum pro crei. Virg. lib. 6. Aeneid. Centum aras, claudunt vates, &c. Item ferru per duas syllabas pro ferrei. Ibidẽ: Ferrei Eumenidum thalami. Dicta synæresis ἀπὸ τοῦ συναιρεῖν, quod est contrahere. Huic figuræ contraria est diæresis, quum una syllaba in duas resolvitur.

Sȳnăgōgă, pen. prod. [συναγωγή. Ger. Versamlung/Gemeinschaft.] idem quod congregatio, vel cœtus. ἀπὸ τοῦ συναγεῖν, quod est congregare.

Sȳnălœphē συναλοιφή, Absumptio vocalis dictionem finientis, sequẽti dictione incipiente à vocali. Dicta synalœpha ἀπὸ τοῦ συναλείφειν: hoc est, à conglutinando, propterea quòd per eam duæ syllabæ in unam coalescant.

Sȳnānchē, [συνάγχη. Gall. *Esquinancie.* Ital. *Schinancia.* Ger. Halsgeschwär/Halswehe. Hisp. *Esquinancia.* Pol. *Spalenie wgardle*, item, *duszenie wgardle.* Vng. *Torok gyik.* Ang. *The quinsy, a disease so called.*] Angina, morbus in faucibus, & propter ex musculorum interiorum inflammatione, teste Aegineta. Nam quum malũ guttur ipsum invaserit, potiùs Cynanche, κυνάγχη, appellatur. Quæ tamen differentia non rarò confundunt. Celsus lib. 4. cap. 4: Vt hoc autem morbi genus circa totam cervicem, sic alterum æquè pestiferum, acutumq; in faucibus esse cõsuevit: nostri *Anginam* vocant: Apud Græcos nomen, prout species est. Interdum enim neq; rubor, neq; tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur, id κυνάγχην vocant. Interdum lingua faucesq; cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi veruntur, facies pallet, singultusq; est: id κυνάγχη vocatur. Illa communia sunt, Aeger non cibum devorare, non potionem potest: spiritus ejus includitur. Levius est, ubi tumor tantummodò & rubor est, cætera nõ sequuntur, id παρακυνάγχην appellant. Hæc Celsus.

Sȳnathrœsmŭs, συναθροισμός, Figura est, quam non congrium vertere possumus, ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis verbis, & pluriũ verborum conjũctione fieri. Singulis, hoc modõ. Sed quum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul cum revocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio. Plurium verborum conjunctione sic apud Licurgũ: Nemo enim nocens sine summo mœrore est. Iudices, sed multa simul cum perturbant: quod adest, solicitudinis plenũ: quod futurum est, formidolosum: lex paratũ supplicium ostentans, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficii capiens inimicus, quę quotidie ejus animum vehementer excruciant. Vide Rutilium.

Sȳncātēgōrēmă, tis, n. t. συγκατηγόρημα, Latinè dici potest vox consignificativa. Sunt enim syncategorémata particulæ per seipsas nihil significantes: quæ tamen orationẽ ingressæ, aliarum compositioni nonnihil addunt. Hujusmodi sunt quæ à Dialecticis vocãtur *Signa universalia*, & *particularia*, ut Omnis, Nullus, Quidam.

Sȳncātēgōrēmătĭcŭs, matica, ticum, συγκατηγορηματικός: id est, consignificativus.

Sȳncerăstum, inquit Varro lib. 6 de ling. Latin. dicitur omne eduliũ antiquo vocabulo Græco. Pacuvius in Phaeone: Hunos synceraſto perit pernis, glandio.

Sȳncērŭs, a, um, pe. pro. Integer, illæsus, nõ mutilatus [אמתי *emithi* תמים *tamim* טהור *tahor.* ἀληθινός, ἀμώμητος: Gal. *Sincere, pur et net, sans mixtion et meslage.* It. *Sincero, puro, intero, reale.* Ger. Gantz vermischt, unversert. Bel. *Degeraffs/rein.* Hisp. *Cosa sincera y pura.* Pol.

Pol. [illegible], *sil, uncorrupted*. Vng. *Epp, tiszta*. Ang. *Pure, syncere, simple, vncorrupted, without dissimulation.*] Tractum ab eo, quòd qui dividere fructum communem alveorum cum socio volunt, simul cum cera mel partiuntur: quòd si mel tantùm sine cera assignent, fraudant socium, nec agunt integrè. Syncerum ergo, quasi simul cum cera. Ovid. 12. Metamorph. -rursus sine velocere corpus Syncerumq; fuit. Lucret. lib. 3: Sin ita synceris membris ablata profugit, Ve nullas partes in corpore liquet ex se, &c. Cic. lib. 13. Epist. Hoc mihi da, ut M. Curiũ integrũ syncerumq; conserves. ¶ Accipitur item syncerus pro puro, & incorrupto. [illegible]. Horat. li. 1. Epist. Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit. ¶ Aliquando pro vero, & minimè fucato. [illegible]. Cic. lib. 2. de Divin. Quod licet existimare, in aliis quoq; oraculis Delphicis aliquid non syncerè fuisse. Idem lib. 2. Offic. Perspicere quid in quacunque re verum syncerumq; sit. Liv. lib. 9. bel. Pun. Si spatium ad sua, ut velit componenda detur, nihil syncera fide cum Romanis actum. Syncerus, inquit Donatus: id est, purus, sine fuco & simplex, ut mel sine cera: quod etymon si admittamus, Syncerus i. Latino scribendum erit. Cui opponitur insyncerus, quasi vitiato & corrupto. Virg. Insyncerus apes tulit cruor.

Syncerissimus, superlat. [illegible], Purissimus. [Vng. *Tiszbb, legtiszta, erezdt.*] Gell. lib. 16. cap. 1: Quintus Claud. optimus & syncerissimus scriptor.

Syncerè, adverbium, Purè & integrè. [illegible]. Gall. *Sincerement, purement, entierement.* Ital. *Sinceramente, puramente, interamente.* Ger. Aufrechtigtlich/getreulich. Hisp. *Limpia y enteramente.* Pol. [illegible]. Vng. *Eppen tisztan.* Ang. *Purely, sincerely.*] Cæsar 7. belli Gallici: Hæc ut intelligatis, inquit, syncerè à me proferiari, audite Romanos milites. Cic. ad Attic. lib. 3: Crassi liberum nihil puto syncerè loquutum.

Syncerìter, aliud adverbium. ejusdem significationis. Gel. lib. 13. cap. 15: Quas qui syncerìter capiunt.

Syncerìtas, tis, f. t. Puritas, integritas. [תם *tem* [illegible] *tamimuth* [illegible] *tahorah*, [illegible]. Gall. *Pureté, sincerité, intégrité.* Ital. *Sincerità, purità, integrità.* Ger. Lauterkeit/aufrichtigkeit. Hisp. *Limpieza è integridad.* Pol. [illegible]. Vng. *Epség, tisztaság.* Ang. *Purenesse, sincerity.*] Plin. lib. 31. cap. 7: Salinarum syncerìtas summa fecit suam differentiam. Colum. lib. 4. cap. 26: Atq; alia cõvertenda, quæ syncerìtatem habent: alia summovenda, quæ vel cariosa, vel justo breviora sunt.

Synchronos, [illegible], Contemporaneus. [Pol. *Sedmegy wida.*] Unde scribit Hieronymus Oseam Prophetam fuisse synchronon Esaiæ. Et Varro ait, nõ esse dubium quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Hesiodus, eosq; synchronos fuisse testatur.

Synchysis, [illegible], Confusio, turbatio ordinis: [Pol. *Meszkeuz.*] Unde accipitur pro figura, seu vitio orationis, quum ordo perturbatus est: quod & hyperbaton appellãt: cujusmodi illud Virgilianum: Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali medius quæ in fluctibus aras. Dicta synchysis, [illegible], quod est cõfundere, seu perturbare.

Sinciput, Vide SINCIPVT.

Syncopa, [illegible], Concisio, figura quum littera vel syllaba è medio dictionis abscinditur: ut Compostus pro Compositus: Virûm pro Virorum. Dicta Syncope, [illegible], quod est concidere.

Syncrisis, pen. corr. [illegible], Figura eadem cum antithesi: hoc est, comparatio rerum atq; personarum inter se contrariarum: ut, Tu delinquis, ego arguor pro malefactis. Cic. pro Murena: Vigilas tu de nocte, ut cõsultoribus tuis respondeas: ille ut maturè, quò intendit, cum exercitu perveniat: te gallorum cantus, illum buccinarum strepitus excitat.

Syndicus, ci, pen. corr. m. f. [illegible], Patronus, qui cum alio causam aliquam tuendam accepit, quive secundis actionibus causam defendit: ut in causa Cornelii Balbi Cicero. ¶ Syndici enim sunt civium advocati & defensores juris publici: quasi in causam publicam communiter incumbentes. [Pol. *Szolgalatra menesegie.*] Unde apud Plutarchum legimus, Aristidem ab Atheniensibus creatum fuisse Syndicum, ut communem causam Græcorum, civium suorum nomine defenderet. Demosthenes quoq; [illegible], refert lege sancitũ fuisse Athenis, ne cui iterum Syndicũ fieri liceret, creatiq; à populo: idq; idem, ne [illegible]: id est, Syndici munus ob publicam utilitatẽ inventum, verteretur in quæstum, compendiumq; privatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri vocant. Bud.

Synecdoche, [illegible], Figura locutionis, qua à parte totum: vel à toto pars intelligitur: ut Puppis, pro navi: & Annus, pro hyeme. Virgilius: Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus Transpontum fugat: id est, frigida hyems.

Synechon, [illegible], A Latinis Rhetoribus cõtinens, vel firmamentum dicitur [illegible], quod est continere.

Synedrus, m. f. Latinè consessor & cõsiliarius. [Vt *jobiti szinédr.*] [illegible]. Gall. *Senateur, conseiller.* Ital. *Senatore, consigliere.* Ger. Ein beysitzer/Rhatsherr. Hisp. *Senador, consejero.* Pol. *Radni pan.* Vn. *Tanacz zék wöltö, tanacsbeli.* An. *A senatour or one of the counsayle.*] Liv. 5. Decad. lib. 5: His rerum externarum cognitionibus interpositis, Macedonum rursus advocatum concilium: pronũtiatum: quod ad statum Macedoniæ pertinebat, Senatores, quos *Synedros* vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.

Synephebi, pen. prod. [illegible]. Dicũtur adolescentes simul pubescentes. [Pol. *Mi odjuna indnicb liatb.*] Quod nomen inditum est comœdiæ Statii Cæcilii. Cic. 1. de Finibus: Synephebos ego (inquit) potiùs Cæcilii, aut Andriam Terentii, quàm utranq; Menandri legam? Idem de Senectute: Ait Statius in Synephebis.

Synephites, [illegible], Gemma est lactei coloris, alio nomine galactites. Plin. lib. ult. cap. 10: Galactites ex uno colore lactis est. Eandem dicunt leucogæam, & leucographiam Appellant & synephites lactis succo & sapore notabilem.

Syngraphà, æ, f. p. Syngraphus, & Syngraphum, phi, pen. cor. [illegible]. Gall. *Scrõule, obligation, poince.* Ital. *Polizza.* Ger. Ein handgeschrifft. Hisp. *La escritura entre dos.* Pol. *Cirograph.* Vng. *Tulaidon kezirat.* Ang. *A bille of mens hand, an obligation, acquittance.*] Scriptura sive Schedula quæ fit propria manu contrahentium, ad pactorum fidem. Plautus in Asin. Agè, istum ostende quem conscripsi syngraphum. Inter me, & amicum, & lenam. Cicer. Treb. lib. 7: Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses: sic pecunia ablata, domum redire properabas. Idem de Aruspic. resp. Alterum putabo Regem, si habuerit unde tibi solvat quod ei per syngraphã credidisti. Suetonius: Cujus patri non dubitavit à quibusdam jusjurandum, atque etiam syngraphum exigere. Dictæ syngraphæ [illegible], quod inter cætera significat, scripto cavere.

Synochitis, [illegible], Gemma qua Magi asserunt umbras interorum evocatas teneri. Plin. lib. 37. cap. 11.

Synodium, orum, [illegible], Congressus, colloquium: ex [illegible] & [illegible]. [Pol. *Zibaszka.*] Cic. ad Att. lib. 10: Injecta autẽ mihi spes quædam est, velle mecum Servium Sulpitiũ colloqui: ad eum misi Philotimum libertum cum literis, si vit esse volet, det clara synodia, sin autem, erimus nos quales solemus.

Synoditæ, [illegible], in L. 6. C. de episcop. aud. dici videntur monachorum comites. Nam [illegible] viatorẽ significat. Solent enim monachi ex collegii sui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli *Culopulsos* appellãt: quòd (ut quidam ajunt) à tergo monachorum concionantium sedentes illos horæ præteritæ culi pulsione admoneant.

Synodontites, [illegible], Gemma ex cerebro synodontis piscis. Autor Plin. lib. ult. cap. 10.

Synodus, duntis, [illegible], Piscis genus, in cujus cerebro synodontites gemma invenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Synodus, di, pen. corr. & f. f. [illegible]. Ger. Ein Versamlung. Pol. *Zieszd.*] idem quod conventus sive cœtus. A [illegible] præpositione, & nomine [illegible].

Synodicus, ca, cum, [illegible], Quod ad synodum pertinet. Hieronymus: Ante annos plurimos, quum juvarem Damasum Romanæ urbis episcopum, & Orientis atq; Occidentis synodicis consultationibus respondẽrem.

Syncrisis, pen. prod. [illegible], Figura quæ docet diversas res conjungere, & communi opinioni cum ratione adversari, & habet magnam vim, vel ex laude vitiũ, vel ex vitio laudem exprimendi. Cujusmodi est illud Hyperidis: nam hominis avari atq; asoti, unum atq; idem vitium est. Vterq; enim nescit uti, atq; utriq; pecunia dedecori est: quare meritò utrique pari pœna afficiuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

Synonyma, [illegible], Dicuntur, quæ sub diversis vocibus idẽ significant, ut Ensis, mucro, gladius.

Synonymia, [illegible], Figura, quæ communio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere eloquutionis, quoties uno verbo non satis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare. Ideoq; in eandem significationẽ plura conferuntur: ut si dicamus, Prostravit, afflixit, perculit.

Synopsis, [illegible], Perscriptio & inventariũ, deducto nomine ex eo, quòd quæ latè patebant, in unum contracta simul omnia conspici cerniq; possint. L. 9. §. D. de reb. eor. qui sub tutel.

Syntagma, atis, [illegible], Tractatus, ordinatio, rerũ constitutio, documentũ [illegible], quod est cõponere, ordinare.

Syntaxis, [illegible], Dici potest constructio & series, à [illegible], ordino.

Syntexis, [illegible], Colliquatio, & tabes corporis ex diuturno morbo: [illegible], quod est liquefieri. Plin. lib. 22. cap. 23: Tali sorbitionis genere emendantur syntexes: id est, defectiones ex longis morbis sumptæ. Idem: Aqua mulsa præclaram utilitatẽ habet viribus recreandis. ¶ Inde Syntectici, [illegible],

πνευμονικοί, dicti sunt, quorum corpus longo morbo exhaustum est, & colliquefactum. Idem lib. 22. cap. 23: Præcordiorum vitiis syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralysi.

Sȳnteresĭs, pen. prod. συντήρησις, Dici potest attentio, seu conservatio: nam à συντηρέω, quod est conservo, derivatur. Unde ea pars animæ, quæ vitiis adversatur, & sese semper immaculatam cupit à vitio conservare, & perpetrata malè continuo arguit, Synteresis dicitur.

Sȳnthēmă, pen. prod. genitivo synthematis, pen. corr. σύνθημα, Signum bellicum quod datur instructæ aciei. ¶ Item tessera vigiliarũ, quæ erat tabella scripta à tribuno data. ¶ Item nota & tessera quædam epistolaris, commendatrix ejus qui eam reddebat. ¶ In Pandectis item Græcis Synthemata vocantur Diplomata, quæ iis dabantur, qui cursu publico utebantur. ¶ Synthemata item dicuntur breves quædam & obscuræ sententiæ, & quædam quasi ænigmata, altiorem quendam & reconditum sensum occultantiã: cujusmodi sunt Pythagoræ symbola. Habet & alia significata apud Græcos: quę quoniam ad linguæ Latinæ instructionem nihil pertinent, ex Græcorum Lexicis petenda relinquimus.

Sȳnthĕsĭs, pen. corr. f. t. σύνθεσις, Compositio, ἀπὸ τοῦ συντιθέναι, quod est componere. Quintus Serenus pro commistione accepit: vilem (inquiens) deprehēdit in illis Synthesin, & vulgata satis medicamina tulit. ¶ Est item Synthesis, figura contraria ἀναλύσει, à quibusdam confessis exordiens, & desinens in id quod in quæstione est. Analysis autem quasi retexio est cōplexionis. ¶ Significatur item hoc nomine apta & concinna orationis & verborũ structura & collocatio: in qua ita componuntur & struuntur verba, ut non asper eorum concursus, non hiulcus sit, sed leniter coagmentatus, & molliter fluens. De qua ratione satis multa disseruerũt Cic. 3. de Orat. & Quintil. lib. 9. ¶ Est etiam Synthesis genus vestis brevis, qua Romani peculiariter in Saturnalibus utebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & synthesim induebant. Dicta synthesis ab eo, quòd consuta contextaq; esset cōpositione quadam versicoloni. Martial. lib. 14: Synthesibus dum gaudet eques, dominusq; Senatus, Dumq; decent nostrũ pilea sumpta lovem. Sueton. in Neron. cap. 51: Ac plerunq; synthesin indutus, ligato circa collum sudario prodiesit in publicũ sine cinctu, & discalceatus. ¶ Synthesis præterea aliquando accipitur pro tota veste in vestiario composita. Scævola in l. Titia, de Auro & argent. legat. Quemadmodum ex universa veste id est, synthesi tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit.

Sȳntŏmĭă, συντομία, Quam Latinè concisionem vertere possumus, figura est, qua res quantumvis magnæ, brevi & compendioso verborum ambitu redduntur. Quam eandem nonnulli Græcorum σύνεγγυον appellant, à luce quam rebus addit. Nonnulli etiam σύνεγγυον, à movēdi efficacia. Dicta Syntomia, ἀπὸ τοῦ συντέμνειν, quod est concidere, abbreviare.

Sȳpharium, arii, n. f. Velum fuit (inquit Probus) sub quo latebant paradoxi, quum in scenam prodibāt, aut hostium mimi. Alii dicunt esse omne quod constantem mimum prævũ suspenditur. Vide GIPARIVM & SVPPARIVM.

Syræum, pro sapa, huc non pertinet: quum prima ejus syllaba apud Græcos per υ scribatur: quod & ipsum etymi ratio exigit. Nam παρὰ τὸ σέσαρθαι dictum putatur, cò quòd ad tertiam partem ad ignem exsiccetur.

Syricum, συρικόν, Color factitius ex synopide, & sandyce mistus, quo minium adulteratur. Plin. lib. 35. cap. 6: Sublimi autē syrico minium, compendii ratio demonstrat. Et paulò antè: Præterea è vilioribus ochra, cerussa usta, sandaracha, sandyx, syricum, atramentum.

Syringites, συριγγίτης, Gemma quæ stipulæ internodio similis est, ac perpetua fistula cavatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Sȳrinx, gis, [סרינ chalil σῦριγξ Pol. *Surma.* Vng. *Sip.* Ang. *A pipe, a squirte.*] fistula, sive ea simplex sit, quam Græci vocant μονοσύριγγον: sive ex pluribus calamis contexta, quam illi πανσύριγγον appellant. ¶ Fabulantur poētę Syringa nympham fuisse Arcadiæ, quę quum Panos vim effugere non posset, miseratione deorum mutata est in palustres calamos. Ovid. 1. Metamorph.

Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit, Nymphæ Syringa vocabant.

Sȳrĭscŭs, [סרוק *dodh* συρίσκος.] Vas vimineum in quo ficus solent asservari. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 3.

Syrites, συρίτης, Lapis qui in lupi vesica nascitur. Plin. lib. 11. cap. 37: In vesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur.

Sȳrmă, atis, n. t. σύρμα. Genus vestis tragicorum, vel cauda, sive tractus vestis fœminarum. Martial. lib. 12: Aptasti longum tu quoq; syrma tibi. Idem lib. 1: Musa nec insano syrmate nostra tumet. Seneca de Bacch. Qui habitu muliebri nonnunquam se ornabat, auro decorum syrma barbaricum. ¶ Sumitur interdum pro longa tragicæ orationis serie, tenorem suum usque in ultimum protrahente: à σύρω, traho.

Syrmæă, συρμαία, Cibi genus ex adipe & melle confectũ, purgationibus in primis aptum. ¶ Idem certaminis genus apud Spartanos, in quo victor hujusmodi syrmæa donabant. ¶ Item raphani genus, apud Herodotum. Vide Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 23.

Syrupus, συρός, succus qui trahit, à σύρω, quod est traho.

Syrŭs, sive potiùs Sirus per i nostrum, m. i. fossa seu cuniculus subterraneus, in quo frumentũ conditur, & diutissimè conservatur. [λάκκος Gal. *Vas fossæ à tenir froment.* Ital. *Fossa.* Ger. *Ein Korngrub.* Hisp. *Cuna à hoyo.* Pol. *Groba dla chowania, pia.* Vng. *Gödza verem.* Ang. *A place under the earth to lay up and keep wheat in.*] Siros, inquit Curtius lib. 6, vocāt Barbari circa Caucasum, quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderint, invenire non possint: in iis conditæ fruges erant. Plin. lib. 11. cap. 30: Utilissimè servantur in scrobibus, quos syros vocant ut in Cappadocia & Thracia, Hispania & Africa. Columell. li. 1. cap. 6: Vbi puteorum in modum, quos appellant siros, exhausta humus à se fructus recipit. Vide plura de hoc supra in dictione SIRIS. ¶ Syrus item autore Nonio, scopas significat à Græco σίγειν. Varro in Marcipore: Ventiq; frigido ice ab axe eruperant phrenetici septentrionum filii, secum ferentes tegulas ramos syros.

Sȳsĭtĭă, συσσίτια, Græca vox est, solidiatem significans sive convictum. Vnde σύσσιτοι dicuntur sodales, quiq; eadem utuntur mensa. Caius Iurisconsultus de Verborum significat. Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt, quos Græci σύσσιτοι vocāt.

Systŏlē, συστολή, Figurā qua longa syllaba contra naturam corripitur: ut apud Virgilium: Connubio jungam stabili, propriamq; dicabo: ubi nu, syllaba corripitur, quæ naturaliter longa est: quum à nubo deducatur, cujus prima syllaba producitur. Quare & in nomine connubium erat producenda: quo pacto etiam idem usus est tertio Aeneidos: Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas?

Sȳzȳgĭă, συζυγία, Conjugium, sive conjugatio. Vide Galenum lib. 8. 9. & 10. De usu partium, septem illas parium nervorum productiones, quibus sensus à cerebro in universum corpus distribuuntur, syzygias appellat. Harum prima est nervorum ὀπτικῶν, hoc est, visoriorum, qui circa medium sui coeuntes, χ Græcæ literæ imaginem referunt, rursusq; separati, in oculos recipiuntur, quibus spiritum visorium subministrant. Secundæ syzygiæ nervi in oculorum musculos inserti, motum ei suppeditant. Tertia gustus sensum in linguam, reliquasq; oris partes defert. Quarta toti palati tunicæ inseritur. Quinta ad aures fertur, iisq; sensum auditus suppeditat. Sexta ad intestina, visceraq; omnia sensum transmittit, nervosq; recurrentes producit. Septima dat motum linguæ, & rectis laryngis musculis. ¶ Est & alia præter has, quæ versus aures odoratus gratia deferitur: quæ ideirco non annumeratur inter nervorum syzygias, quòd extra cranium non prodeat. Vide plura de his apud Galenum de dissect. nervorum, & lib. 8. 9. & 10. De usu partium.

T

LITERA, ut cæteræ mutæ, ori nonnihil inter pronuntiandum exhibet negotii. Quod & Lucianus significat, qui in judicio vocalium ludens, Σ inducit T literæ objicientem, quòd vinculis quibusdam vocem humanam intorqueat, ac dilacerare conetur. Apud Atticos & Dores frequenter ρ sede sua ejicit. Rursus apud Latinos non pauca per r scribi solebāt, quæ nuper per s scribimus. Nam meretare & pultare antiqui dicebant, nos meretrare & pultare dicimus. Habet præterea t litera cognationem quandam cum d, ut ait Quintil. li. 1. cap. 4. Veteres nanq; Alexanter & Cassantra scribebant, ubi nos Alexander & Cassandra.

T ante A.

Tăbănŭs, tabani, pen. corr. m. f. Muscæ genus, quod & asilum Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maximè infestat. [τάβανος. Gall. *Taban.* Ital. *Tafano, tanano.* Ger. *Ein bräme.* Hisp. *El tanano.* Pol. *Gąk, bak, sirkoń, bydlę.* Vng. *Heremkergeób szemebogar.* Ang. *A flie sucking the bloods of beasts, a bog flie or dog ge flie.*] Vnde Poētæ fingunt Io puellam, tabano à Iunone immisso, versam fuisse in mulierem. Plin. lib. 11. cap. 27.

Reliquum